



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Codex traditionvm Corbeiensivm**

**Falcke, Johann Friedrich**

**Lipsiae ; Gvelpherbyti, 1752**

Pars Secvnda. De Traditis Bonis Tempore Corbeiensis Abbatis Warini Ab  
Anno 826 Vsqve Ad 853.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36114**

TRADITIONVM CORBEIENSIVM  
PARS SECVNDA,

IN QVA

EXPONVNTVR EA, QVAE TEMPORE  
CORBEIENSIS ABBATIS

W A R I N I

TRADITA SVNT ECCLESIAE CORBEIENSI,

IMPERANTE

HLVDOVVICO PRIMO

ET

REGNANTE

HLVDOVVICO IN ORIENTALI FRANCIA

AB ANNO 826 VSQVE AD 853.



TRADITIONVM CORBEIENSIVM  
PARS SECVNDA

IN QVA

EXPOVNTVR EA QVAE TEMPORIS  
CORBEIENSIS ABBATIS

W A R I N I

TRADITA SVNT ECCLESIAE CORBEIENSIS

IMPERANTE

HELVDOVICO PRIMO

REGNANTE

HELVDOVICO IN ORIENTALI FRANCIA

ANNO DNI MCCLXXXIIII





§. 26.



Tradidit meinric in uilla nuncupante *sneuthi* (X) II mansos cum aedificiis et seruum unum sine uxore similiter autem et unum litum cum uxore et infantibus eorum testes *bozo ecbert* (Y) hrodhard hildiuuart aldmer bruni mannic eddic gelo redbern uuilrec gerdac halecbert.

§. 27.

(X) Villa *Sneuthi* erat, teste Sarachone in Registro B. et P. A. C. sita in pago *Logne*. De villa Procul dubio significatur vicus *Schneen* in principatu Gottingensi. Sneuthi.

(Y) Verisimillimum est, per *Ecbertum* hic designari *Ecbertum ducem Saxoniae*, ac patrem abbatis nostri *Warini*, et *Luidolfi* ducis. *Bozo* ergo nobis vir quidam illustri- De Ecberto du- ce Saxo- num. lus, et missus ab imperatore rerum cognitor *Hludouuico* existisse, videtur, missus, ut ipsius nomine praesto esset, cum abbas *Warinus* in abbatiam *Corbeiensem* introduceretur. Patet utique e Chronico nostro *Corbeienfi* Manuscripto, *Ecbertum* anno 826. adhuc in viuis, praesentemque fuisse cum illustrissima *Ida ac Misso caesaris*, cum *Warinus*, primus e nobilissimis Saxonibus praeful *Corbeienfis* vngeretur abbas. Putamus ergo, eodem tempore hanc traditionem esse peractam. Id ipsum quoque ex eo fit verisimillimum, quod in sequentibus traditionibus fratres *Warini* abbatis inter testes apparent. Sit itaque *Ecbertus* ipse pater *Warini*, qui teste *Vfingo* ducatum habebat super *Saxones*, qui inter *Rhenum et Visurgim* maxima flumina inhabitabant; sitque *Bozo* missus caesaris et comes, paterque *Theutbergæ* vxoris regis *Lotharii*, et filius *Bosonis* comitis *Mauriennæ*, satoris ducum *Sabaudicorum*. Ne autem hoc sine aliqua probabili coniectura perhibeamus, necessum est ostendere modum, quo is ad *Corbeiam* nostram accedere potuerit. Narrat *Eginhardus* *Annal. Rerum Francorum* anno 826. p. 174. iussisse imperatorem *Hludouuicum*, filium suum *Pipinum*, *Aquisgranum*, quo tunc imperator hyemabat, venire; *Pipinum* quoque cum suis NB, optimatibus, ut iussus erat, venisse. Inter hos optimates *Boso comes* esse potuit. Et quamuis perhibere voles, *Pipinum* regem paulo post reuertisse in *Aquitaniam*, ibidemque omnem instantem ætatem transegisse, neque id probabile esse, hominem, in *Italia* sedem nactum, inter optimates regis *Aquitaniæ* esse voluisse; certissimum tamen est, imperatorem medio *Maii* *Aquisgrano* egressum, et circa *Kal. Iunii* *Ingelheimium* venisse, ut haberet ibidem generalem conuentum populi eumque celebratissimum, atque ut ibi legationes ex diuersis terrarum partibus et ex *Italia* quoque missas audiret atque exploraret. Incredibile ergo non erit, accessisse quo-



Ab anno  
286 vsque  
853 im-  
perante  
Hludo-  
uico et

## §. 27.

Tradidit haulfus in *baion* (Z.) duos mansos cum curtillis (a) et filuif et in *sturmitibi* (b) duas partes de manso testis liuthard *liudolf* (B) bernhard ragmold reindac eilger rainhard herding thiadgif raduuard. tradidit helmold in *buntloun* (c) mansum unum testis rinkis eurmarm euir-dag adalhard.

## §. 28.

Tradiderunt ado et odo pro anima ingeld quiddid habuerunt in uillis his nominibus *uuesterof* (d) *saltbeke* (e) *uualdeles* (f) *olua*

que ad hæc comitia *Bosonem* comitem, postea ab imperatore ad nostram Corbeiam missum, ut testis hic loci esset rerum illarum, quæ cum ducis *Ecberti* filio et cæsaris consanguineo ibidem agenda erant ac perficienda.

- De villa Haion. (Z) Villam *Haion* refert Saracho in Registro B. et P. A. C. ad pagum *Tilithi*. Incertum autem est, an intelligatur *Hagen* locus ad Wiseram in ducatu Hannouerano, an *Haion* vicus in Principatu Wolferbuttelano, olim in dominio Homburgico et sub inspectione Hallensi situs. Vterque locus non procul abest a monasterio *Keminadensi*, ad Wiseram posito, quondam vero ad pagum *Tilithi* relato. Postremum momentum diplomata comprobant. In utroque loco abbatia nostra possidet prædia ac bona haud vna.
- De vece curtis. (a) *Curtis*, *curtilis*, et *curtilum* vocabula sunt, medio ævo valde vsitata. *Curtis regia* nunc ponitur pro palatio regio; nunc autem pro prædio, ad regium fiscum pertinente, adhibetur. Quapropter *curtis dominicata* erat *ein Kayserlich Kammer-Gut*, vulgo dicta *ein Königs hof*. Erant præterea aliæ *curtes*, quæ cæsari non erant penitus propriæ. Atque hæc erant cum *curtes dominicales* seu principales, quæ alias *curtes* seu *curtila*, eaque siue vicina siue contigua comprehendebant, tum *curtes*, quæ erant prædia rustica siue *curtes minores*, implicatæ curti principali. Hanc distinctionem nostra diplomata admittunt. *Hajon* ergo, si vicus *Haion* intelligendus, id quod nobis videtur verisimillimum, curtis principalis fuisse videtur, olim dominis de *Vrencken* ab abbatia nostra in beneficium feudale data.
- De marca Sturmeti. (b) Saracho abbas in suo Registro intelligit *marcam Sturmeti*, quæ quondam erat in ducatu Westfalie siue in pago *Wessalon* inter *Gesekam*, *Lippstadtium*, et *Sufarum* oppida, atque *Eruete* curtem. Hæc marca non confundenda est cum pago *Sturmidt*, de quo agimus infra §. 166. Designari hoc loco *marcam Sturmeti*, patet omnino ex bonis, quæ in traditionibus nostris ecclesiæ Corbeiensi fuerunt donata, quæque in eadem *Sturmeti marca* erant sita. Accuratissime enim hæc bona concordant cum bonis, quæ ecclesiæ Corbeiensis in eadem marca vsque in hodiernum diem possidet, uti suo loco siue in *Clientela Corbeiensi* demonstrabimus.
- De Luidolfo. (B) *Luidolfum* fuisse germanum abbatis Corbeiensis *Warini*, infra demonstraturi sumus. Patre adhuc superstite, ipse nulla dignitatis nota insignitus, infra *comes* appellatur.
- De villa Hundloun. (c) *Hundloun* villa erat, Sarachone teste, conspicua in pago *Leri*. De hoc pago confer infra §. 35. Intelligitur hic *Hundlosen*, locus ad fluuium *Hunta* in præfectura *Wildeshausen* situs. Distinguendus autem hic locus est a curte dominicali *Huntlosen*, quam olim comites *Sutfenenfes* (*zurphen*) cum aliis bonis ab ecclesiâ Corbeiensi habebant, in beneficio seu feudo acceptam.
- De villa Westeros. (d) Villam *Westeros* appellat Saracho in Registro B. et P. A. C. *Westerbusen*, eamque cum villis *Saltbeke*, *Walderles*, atque *Olua* tribuit pago *Northburingi*. De pago *Northburingi* egimus supra §. 20. vbi, designari locum *Westerbusen*, ad *Albim* in ducatu Magdeburgico inter urbem *Magdeburgum* atque oppidum *Frofe* iacentem, monuimus.
- De villa Saltbeke. (e) *Saltbeke* in pago *Northburingi* vel *Saltza*, vicus non procul a *Frofa* oppido situs, videtur fuisse.
- De villa (f) *Waldisles* in *Northburingi* pago est probabilissime locus *Welsleben*, inter *Frofam* et *Saltzam*



*olua* (g) testef beio helmeric ailbern rainold gherhard bernhard *liudolf* (G) gubernante Corbeiam Warino.

## §. 29.

Tradidit cumbro (h) in uice odonif comitif quidquid ille habuit in uilla nuncupante *sunstede* (i) in pago *derlingo* (k) testef *cobbo* (l) *efic*

Saltzam in ducatu Magdeburgico situs. Hunc locum fuisse urbem *Wallisleui*, Waldisquam Widekindus nostras tempore Heinrici aucupis a Redariis esse captam refert *leif. Annal.* Lib. I. p. 639, supra §. 20. arbitrari fumus. Volebat enim Widekindus suis fratribus ad animum reuocare damnum, quod abbatia nostra ex hac barbarorum ferocitate fuerat passa. Nullam enim aliam causam videmus, cur Widekindus tantum solius urbis *Wallisleui* mentionem fecerit, cum, alia castra eadem quoque calamitatem passa esse, probabile sit. Quæ cum ita sint, per *Wallisleui* cum Nic. Hier. Gundlingio in *Henrico aucupe* p. 182. oppidum *Fallersleben* in ducatu Luneburgico intelligere non possumus. Oppidum enim *Fallersleben* quondam erat pars pagi *Derlingo*; villa autem *Waldislef* ad pagum Norththuringi referebatur. Et quamuis Widekindus noster *Wallisleui* locum urbem appellet, hoc tamen non impedit, quo minus nostrum *Waldislef* locum intelligamus, siquidem Widekindi tempore castra etiam vrbes appellabantur, vti multis, si opus foret, exemplis comprobare possemus. *Redarii* autem erant populi, qui inter Albim et Panim fluuios, seu inter Leontium (*Lentzen* ad Albim) et Diminum vrbes, atque ita in aliqua parte *Prignizzæ* et *Stargardiæ* habitabant.

- (g) Villæ *Olua* situm accurate nondum indicare possumus. Reperiuntur in ducatu De villa Magdeburgico *Oluenstede* atque *Ouelgunne*. Fuere ibidem quidam nobiles di-Olua. *Et de Oluersforp*. Inuenitur quoque in eo fluuius *Olua*, qui se non procul a loco *Hundsburg* cum *Beuera* miscet. Probabili autem coniectura iudicamus, intelligi locum *Elbenau*, non procul a *Westerhusen* situm.
- (G) De *Luidolfo*, fratre abbatis Corbeiensis *Warini*, vide supra §. 27. not. (B). De Luidolfo.
- (h) *Cumbro* hic quadam donat vice *Odonis comitis*. Fortasse ab hoc *Odone* villa *Odenbus* fuit donata, quam in pago *Derlingo* existisse vidimus supra §. 24. Caue, ne hunc *Odonem comitem* confundas cum *Odone comite*, cuius meminit diploma regis *Arnolfi*. Repugnat enim chronologia. Diploma regis *Arnolfi*, infra §. 163. allatum, datum est anno 888; hæc autem traditio facta circa annum 826 vel 827, quo tempore *Otto* illustris, cuius in diplomate *Arnolfi* ratio habita est, nondum in viuis fuisse videtur. Confer celeb. *Gruppenii Origines Pyrmontanas* p. 162, et infra §. 188. De villa *Sunstede*.
- (i) *Sunstede* hodie appellatur *Sunsted*. Locus spectat ad ducatum *Brunsvicensem* De villa eiusque præfecturam *Königslutter*. Ecclesia in *Sunsted* filia est monasterialis ecclesie in *Königslutter*. *Sunstede*.
- (k) De pago *Derlingo* egimus iam supra §. 15.
- (l) *Cobbo* germanus erat abbas Corbeiensis *Warini*, abbatissæ *Herfordiensis Hadwi*, De comite *Cobbone*. ducis *Saxoniz Luidolfi*, et comitis *Beuonis*. Illud demonstrabimus infra ita, vt de eo dubitatio nequeat superesse. Hæc adducimus verba auctoris *Translationis S. Puffinæ* e Tomo I. *Scriptorum Rerum Brunsvicensis. Leibnitii* p. 182. quia in tractatione sequenti ad ea sæpissime prouocare debemus, addituri in præfens autem scholia nostra, vt pateat cunctis, quo sensu nos eadem verba exponamus, atque vt simul intelligatur, omnes eruditos hæc verba nondum recte interpretatos esse. Ex iis vero, quæ infra dicturi sumus, cunctis fiet palam, nostram interpretationem firmissimo niti fundamento. Accipe ergo ipsa verba: *Fundata igitur duo nobilissima cænobia sunt tempore augustæ memoriæ Ludouici imperatoris: quorum vnum nominatur CORBEIA, alterum HERIFORD vocatur; vnum domino militantibus monachis, alterum sanctis virginibus, domino consecratis! Quorum edificatio a reuerendissimis viris, et summa laude celebrandis, ADALHARDO videlicet, eiusque fratre WALA, qui et merito ei et regimine successit, instituta est. Nec alienum nostro proposito videtur perstringere, propter ignorantium institutionem, quod hi duo, tam morum honestate et vitæ pariter sanctitate, quam etiam generositate præstantissimi fuerunt: fuerunt enim CONSOBRINI sua ætate maximi et celebrandæ memoriæ CAROLI IMPERATORIS AVGVSTI; quod ideo prælibaui, vt ex condito-*



Ab anno 826 usque 853 imperante Hludouico et

efic (m) immed (n) bernhard uufheri fibold uuikric (o) hunnuard bodo teodoric item uuihric renold heuo.

## §. 30.

Tradiderunt eilger horic et uuilheri in uice thiadboldi in heribrumun (p) duof manfos testef uuido reinheri baldric marcuuard riculf hrotghat hrodunard uulfger adalger redbern emmo uuillo dago dachbert.

## §. 31.

Tradidit redman in haslbechi (q) mansum unum et hominem cum uxore

*ditorum dignitate locorum dignitas colligatur: hoc quippe non modo non postrema laudis, sed summa glorie apud maiores fuit. Et ut superiora repetamus, quod ex CORBEIA FRANCIE hi duo monachi et abbates fuerunt, CORBEIAM ad eius similitudinem nominari voluerunt. Quo in monasterio primus abbas ad iidem uenerabilibus institutus est WARINVS, nobilissimo genere propagatus: fuit enim genitus ECHBERTO CLARISSIMO COMITE ET DYCE, matre splendidissima nomine IDA, tam nature muneribus et generositatis quam elegantia morum, cuius (scilicet Warini: iam enim nihil impedit, quo minus hic supra dicti fratres Warini intelligamus) fratres adaque clarissimi viri, magnis dignitatibus illustres et apud exteros et apud domesticos emittuerunt.*

*Horum (scilicet Adalhardi et Walæ) ergo nepitis, utpote ex eorum sorore (ergo Ida ducissa soror fuit Adalardi et Walæ) genita, patre viro spectabili et valde inclyto ad regimen bevisfordensis monasterii venerabilis Haduini (infra in his traditionibus nominatur Hadwi) diuino nutu promoti, et diuino amore et maiorum suorum exemplis, tamquam quibusdam stimulis emulationis incitata, cum desideraret, tam sanctæ religionis deuotione quam patrocinio sanctorum monasterium, quod susceperat, illustrare posuit pia intentione, quamquam difficile impetratu uideretur, excellentis CAROLI REGIS super hoc auxilia flagitare: non enim aliter, quolibet in loco regni eius sanctorum pignora forent, ea consequi posse uidebat. Erat autem aditus ad ipsum, siue consanguinitatis gratia, cum ei tertio quartoque cognationis gradu coniungeretur, siue quod maires eius multa familiaritate ac liberalitate memorati principis visi essent, tum etiam, quod FRATER EIVS COBBO in palatio quotidianis eius adhaerebat obsequiis; et etiam quod pretiosissimis saepe donatus ab eodem fuerat muneribus, non minimum eius animos accendebat, et, ne tirebaret in aliquo ius inolitæ familiaritatis, effecerat. Ex his verbis, fideliter transcriptis, apparet, Cobbonem comitem fuisse fratrem tam abbatissæ Haduine, quam abbatis Warini. Cum itaque in his traditionibus infra §. 126 Luidolfus appelletur germanus Cobbonis, sequitur et Luidolfum fuisse filium Eberti ducis, atque Ebertum fuisse fatorem Heinrici aueupis atque Ottonum Augustorum.*

De Esicone.

(m) Hunc Esiconem caue ne confundas cum Esicone comite, sine mascula prole defuncto, qui grandis natu monasterio Fuldensi se addixit, et de quo egimus supra §. 23. Cobbo, qui hoc tempore senex nondum esse potuit, hic ante Esiconem collocatur. Id factum non esset, si venerabilis ille senex hic intelligendus esset. Probabiliter est denotatus Esic iunior, de quo agimus infra §. 195.

(n) De Immedo vid. supra §. 4. not. (h).

(o) De Wihrico confer §. 17. not. (i).

De villa Heribrumun.

(p) Villam Heribrumun in pago existisse Pathergo, docuit nos abbas noster Saracho in Registro B. et P. A. C. Pagum Pathergo fuisse in Paderbornensi episcopatu, et quidem circa urbem Paderbornam, ad liquidum deducemus infra. Designari ergo existimamus vicum Herbram, in diocesi Paderbornensi situm inter Lichtenau, Iggenfen, Dalen et Nienherfe. Thiadboldus, qui duos manfos in hac villa fitos Corbeiensibus tradidit, videtur fuisse comes Theadboldus, quem supra §. 21. inter testes deprehendimus. An is fuerit comes per pagum Pathergo, id quidem nunc in medio relinquimus.

De villa Haslbechi.

(q) Villa Haslbechi erat, teste Sarachone in suo Registro, sita in pago Auga, in quo præterea erat visenda ipsa nostra abbatia Corbeiensis. Procul dubio hæc villa inter desolatam est recensenda. Nullus enim vicus in tota illa regione, in qua olim

pa-



re et filiis et in *biueran* (r) mansum unum et hominem cum uxore et filiis testef rainuerc marcobodu gichi esic aldmer eddic balding brunger uuilhelm.

guber-  
nante  
Corbe-  
iam Wa-  
rino.

## §. 32.

Tradidit theodhardus in pago *huuetigo* (s) in uilla nuncupante *bracu* (t) mansos duos cum filiis testef oio hauuard helmulfus ico adedger heriuuard.

## §. 33.

Tradidit folcbold pro patre suo hildiboldo quiddid habuit in uilla nuncupante *budinifeld* in pago *logne* (u) similiter quiddid habuit in uilla

am-

pagus *Auga* reperiebatur, in praesens inuenitur, cuius nomen quandam similitudinem cum villa nostra habet. Quodsi autem ex nobis rescire desideras, quoniam in loco haec villa olim steterit, tunc negamus, illud nos certo scire. Diu sane nos vexasse hanc villam, noctesque atque dies in situm eiusdem nos studiose inquisiuisse fatemur. Sed, oleum atque operam nos perdidisse, negare non possumus. Tandem in mentem venit locus quidam, non procul a vico Luchteringen ad Wiseram obuius, qui appellatur *Haglbeck* seu *Hekelbeck*, qui nobis suspicionem attulit, quondam ibidem villam *Haslbechi* existisse.

- (r) Villam *Biueran* quoque spectasse ad pagum *Auga*, refert Saracho abbas in suo *Registro*. Nullum itaque dubium erit, intelligi, oppidulum *Beuren*, olim in comitatu Euersteinensi, hodie autem in ducatu Brunluicensi situm ad fluuium dictum *die Beuer*, qui inter oppidum *Holtzmindam* et praefecturam *Forst* influit *Wiseram*. Cum autem hic locus, aequae ac villa *Haslbechi*, iaceat cis *Wiseram*, inde patescit, pagum *Auga* quondam in vtraque *Vifurgis* ripa existisse. Mansum, quem *Redman* in villa *Biueran* tradidit ecclesiae Corbeiensis, ab eadem ecclesia quondam domini, *de Frencken* dicti, in feudo tenere, iam habent generosissimi nobilesque viri *de Haken*, in vico *Ohren*, haud procul ab vrbe *Hamela* sito, habitantes.
- (s) De pago *Huuetigo*, quondam in comitatu Pymontano et ditone Swalenbergenfi reperiundo, vide supra §. 3. not. (c)
- (t) *Bracu* (non *Bracii*, qui error tythotheta est in *Originibus Pymont.* p. 4.) olim erat vnum *Vorewerck*, spectans ad villam *Liuthi*, seu *Alten Lude*, hodie desolatam, quam caue ne confundas cum oppido *Lude*, iter dimidiae horae sito ab acidulis Pymontanis.
- (u) Situm villae *Budinifeld* exploraturis prius in situm pagi *Logne* inquirendum est. Primo autem hunc pagum probe discernendum esse censemus a pago *Loingo*, qui existit in Frisia orientali, de quo egimus supra §. 8, deinde a pago *Loingo*, in terris ducatus Lunenburgici obuius, et denique a pago *Logingaba* seu *Lognacogwe* in Hassia ad fluuium *Logana*, hodie dictum *die Labne*. Passim huius vicini pagi meminere Traditiones Fuldenfes. Id a scopo nostro non alienum esse videtur, si villas, in illis pagis olim conspicuas, ordine qualicumque enumerauerimus. Tradidit scilicet anno 821 *Waltrata*, *Adriani* vidua relicta, in pago, qui dicitur inferior *Lognabi*, quiddid visa est habere in *Feldum*, in *Wilare*, in *Barnbehibu*, in *Setim*, et vnum *bisang* in littore *Huuilinu* et in marcu villarum *Setim* et *Feldum* quaedam mancipia, testante Corpore *Trad. Fuld. S. bannati* p. 133. seq. Anno 824 *Waltrat* (probabilissime eadem femina) et Voto tradunt in pago, qui dicitur inferior *Lognabi*, in *Feldum*, in *Wilare*, in *Barnbebbiu*, in *Setim*, et vnum *bisang* in litore *Vulnii*, in marcu villarum *Setum* et *Feldum* quiddid visi sunt habere l. c. p. 145. Porro anno 831 pago *Logenabe* tribuitur villa *Sualbach*, in qua quondam viri nobiles *Appo* et *Suiker* commorati bona quaedam Fuldenfi monasterio tradidisse dicuntur p. 161. seq. Anno 912 *Cbuonradus* rex praefato illi monasterio ob preces intercedentes genitricis suae *Glimuoda* quasdam res iuris sui et paterne hereditatis in pago, *Hustin* dicto, et in comitatu *Badonis* sitas, id est, curtem *Dribura* nuncupatam cum curtilibus atque omnibus appenditiis ea ratione in proprium donauit, ut praefata genitrix sua a monasterio Fuldenfi in pago, *LOGNACOGWE* appellato, in comitatu *Ortonis* fratris sui, loca, qua vocantur *Mittiu*, *Altin*.

De villa  
Biueran.

De pago  
Hueti-  
go.  
De villa  
Bracu.

De villa  
Bunifeld,  
et pago  
Logne.



Ab anno  
826 vique  
853 im-  
perante  
Hludo-  
uico et

*Altinchiricha, Mestinesbusa, Linna et Niuunchiribba cum omnibus, ad eadem loca peruenientibus, ad dies vite sue e contra in proprietatem accipiat, et post vite sue discessum in ius et dominium eiusdem canonicis redeant, testantibus litteris Chaonradi I regis l. c. p. 227. Teste Ebirhardo monacho Fuldensi l. c. p. 305. spectarunt ad pagum Logenabe, Logenabegecoe, Blidenstat, Salaba, Lundorf, Saltzbutine, Loab et Roda, item Walchedorfe, Megeratesheim, et Wolemare, nec non Rodobusum super fluium, qui dicitur Amana, item locus Blidenstadt, qui est super ripam fluminis Amana, Holzbusen, Asfaltre, Seleheim, et mont, qui dicitur Hagenberc, Zegemonden, Westerst, Nezzaba, Vfleida, Bora, Suuigi, Witmane, Rudingebab, item loca Rostorf, Holbus, Brettenbrunnen, Hobeim, Sibenbrunnen super ripam fluminis, quod dicitur Antrafa, sita. In his autem locis bona tradiderunt ecclesie Fuldensi Argoz eiusque coniux Lipgart, Adelburch, Bidane, Rodun, Argoz comes et coniux eius Liubire, atque Altrat. Tandem, eodem referente Ebirhardo p. 306. et 307, erat in prouincia Logane *Sigibab*, in pago *Logenabe* et in comitatu Herimanni *Erbenbusen*, et in pago *Logenabe* *Abbenbrunnen*, in quibus Antrat, Graman et Guto bona possederunt, inter quae fortasse villa *Erbenhusen*, quippe in comitatu Herimanni et in pago *Logenahe* sita, referenda est ad pagum *Logne* in principatu Gottingensi, eademque villa est, quam infra appellabimus *Eriscn*. Haec non procul ab Adelipsen vico existit. Hisce omnibus addenda est villa *Cinzmbab*, in pago *Logene* posita, in qua Hacho quidquid proprietatis habuit, tradidit ecclesie Fuldensi, eodem Ebirhardo teste p. 307. n. 44.*

*Pagus Logne*, cuius haec nostra *traditio* meminit, sine dubio nomen accepit a flumine *Loine*, seu *Leina*, quo nomine nostra antiquissima et recentiora diplomata hoc flumen expriment, hodie dicto *die Leine*, de quo Joan. Joachim. Schüsler, doctissimus scholae Einbeccensis rector, ante aliquot annos quadam programma publicauit, quae vt vno volumine edantur, optamus. *Leinographiam* idem postea contexit, diplomatibus copiosissimis referentem et J. C. Harenbergii Praepositi praefatione, qua potamotheologia exhibetur, instructam, propediem euulgandam. Quod scriptum multis instillabit cupiditatem de aliis Saxoniae nostrae et Germaniae fluminibus aliquid consimile tentandi.

Fluuius *Leina* in vico *Leinfelde* intra *Eichsfeldiam* primordium capit, et inde per principatus *Gottingensis*, episcopatus *Hildesheimensis*, atque Electoratus *Hannouerani* terras tandem intra Ducatus *Luneburgici* oras influit *Aleram*. Queritur vero, quenam harum regio a progenitoribus nostris *pagus Logne* denominata fuerit. Aequum et luculentum est, facem heic praeferre diplomata. Annotandum autem, diplomata hucusque edita non vna ratione hunc pagum efferre.

Nostra protographa diplomata et documenta chartacea hunc pagum modo *Langne*, modo *Logi*, modo *Logni* et modo *Logne*, appellant. Aliorum denominationes iam non diiudicabimus, certo haud scientes, an illae cum originalibus diplomatis accurate conueniant, nec ne. Alii enim *Lagni*, alii *Lochne*, alii *Lacne*, alii *Lainegba*, alii *Loinge*, alii *Lacni*, alii *Loghne* legunt.

Villas huius pagi multas annotauimus. Infra praeterea plures producemus, quas hic adducere nolumus. Qui volet, in eas ope indicis facile incidere poterit. Ere autem erit, villas, ad pagum nostrum referendas, secundum alphabeti seriem, additis annis, quibus vnumquodque diploma exaratum est, collocare.

Primam villam nominat S. Bernwardus *Bredinbiche* ad annum 1022, caesar autem Henricus locum adpellauit eodem anno *Bredentche*. Vterque asserit, eandem existisse in comitatu Herimanni. Videtur nullus alius subesse vicus, atque *Bremcke*, locus nobilis diocesis *Gleichen*, ad dominos, de *Vslaria* cognominatos, iam dudum referri solitus.

2) *Bergotesbusen* seu *Beringotesbusen* anno 1022 memoratur in villarum numero et quidem in comitatu seu praefectura eiusdem comitis Herimanni. Probabiliter facimus iudicium, rati, designatam fuisse villam *Beniebusen*, in eadem diocesi sitam, atque ad eisdem dynastam *de Vslar* referendam. Sin haec tibi displicet, delige locum *Barliesen*, in dynastia *Juhnde* intra principatum *Gottingensem* spectabilem.

3) Existit anno 834 in ducatu Saxoniae *Budinesuelt* iuxta fluium *Wiserae* intra pagum *Logi*, testante autographo diplomate imperatoris *Hludouici*. Hunc eundem locum fuisse putamus, ac illum, qui in hoc §. 33. appellatur *Bunifeld*, con-



conspicuus in pago Logne, quique nullus alius esse poterit, ac oppidum Bodenfelde, intra principatum Göttingensem intra præfecturam Niennouerensem adiacens Vifurgi.

- 4) *Dransfelt* anno 1022 in comitatu Herimanni erat. Nostra ætate nominatur locus Dransfeld, ac præfecturæ Mundenfis oppidis adtribuitur.
- 5) *Erpeffum* æque positum fuit in comitatu Herimanni comitis. Ita enim auctor Vitæ Meinwerici, episcopi Paderbornensis T. I. Leibn. p. 835. num. 55. *Quidam item vir, nomine Hathamarus, diuina inspiratione commotus, quicquid proprietatis habuit in Erpeffum in pago Lachni et in comitatu Herimanni comitis, cum favore matris suæ Bezzulan, heredis iustissime, eo tenore in proprietatem ecclesiæ tradidit, ut sibi soli, quamdiu superster esset, omni anno de episcopali substantia III talenta darentur.* Intelligitur procul dubio vicus *Erpsen* in principatu Göttingensi, ad ditionem dominorum, de *Adelipfen* dictorum, referendus.
- 6) *Erbelleuebuson* anno 990 in pago Lochne atque in comitatu Herimanni comitis, teste diplomate in celeb. Harenbergii *Histor. Ganderisheim*, p. 625. memoratum, esse poterit vel *Edelersbusen*, villa desolata, cuius meminit Jo. Lertznerus in *Chronico Dassel*. Lib. VII. p. 128, 129, et 131. vel *Adelipfen*, anno 1289 appellata *Adeleuesen*, olim vero dicta *Adeleuesen*.
- 7) *Gardnebiki* anno 1032 in pago Lachni et in comitatu Herimanni fuit posita. An indicatur Gardelbic, cuius anno 1093 mentionem iniecit diploma fundationis monasterii Bursfeldensis? aut Gladebeck in præfectura Harste?
- 8) *Gemmet*, anno 970 in comitatu Bernonis comitis, erit Gimmel seu Gimte ad Wiseram, præfecturæ Mundenfis in principatu Göttingensi locus, vulgo *Jimte*.
- 9) *Hattichebuson*, anno 990 in comitatu Herimanni, erit *Hetgersbusen* in eodem principatu, sub præfectura Harste adquietens.
- 10) *Hemlion* anno 835 erat in Angrariis in Logni, et anno 943 *Hemli* in pago Langne, vti testantur duo originalia diplomata Ludouiciana, quorum alterum est imperatoris atque alterum regis Hludouici. Designatur sine vilo dubio vicus *Hemelen*, adiectus ad Wiseram intra præfecturam Münden. Et simul patet e diplomate cesaris, pertinuisse pagum Logni ad Angariam seu Saxoniam mediam, ex parte ad minimum.
- 11) *Hese*, vti legit diploma S. Bernwardi, seu *Yhese*, vti habet Charta Heinrici II, erat anno 1022 in præfectura comitis Herimanni. Procul dubio indicatur vel *obern* vel *niedern Jese*, non procul ab vrbe Göttinga.
- 12) Ad hunc pagum quoque spectasse palatium regium *Grona*, nemo negare poterit. Illud enim vndique villis, ad pagum Logne relatis, cinctum est. Nostra illud appellatur ætate *Borg-Grone*, et est intra præfecturam Münden. De quo alio tempore pluribus disserere libet.
- 13) *Huuinadal*, anno 1032 in pago Lachni et in comitatu Herimanni comitis sita, an *Haubenthal* non procul a castro Berlebsch, an Heifendal, villa desolata in præfectura Münden, designetur, anceps est coniectura.
- 14) et 15) *Lengede* et *Lengede*, seu, vti habet diploma Heinrici S. *Lengide* et *Lengide* anno 1022 in præfectura Herimanni comitis, erunt *Grossen* et *Kleinen Lengede* intra præfecturam Niedeck Principatus Calenbergici eiusque Göttingensis.
- 16) *Lengleron* sita erat anno 990 in pago Lochne et comitatu Herimanni comitis, anno 1022 *Langlere* et *Laclere* appellata, et in præfectura comitis Herimanni. *Lenglern* in præfectura Harste hic venit in censum.
- 17) *Ltudingebuson*, anno 990 in comitatu Herimanni comitis sita, probabilissime est *Lodingsen* in Adelipsensi tractu iudiciali.
- 18) *Ludolfesbusen*, anno 1032 in pagi Lachni et in comitatu Herimanni comitis sita villa, *Ludolfshausen* in præfectura Friedland.
- 19) *Manisi* ad annum 990 commemoratur. Hæc est villa *Meinsen* intra præfecturam Brackenberg.
- 20) *Molduggauel*, anno 1032 in comitatu comitis Herimanni posita villa, erit *Mollensfelde* in eadem præfectura.
- 21) *Peranbuson*, anno 990 in comitatu Herimanni comitis sita, est *Parnsen* in principatu Göttingensi, præfecturæ Harste adnumerata.
- 22) *Roderesbuson*, a. 990 in comitis Herimanni comitatu conspicua, erit probabilissime vicus *Rodersbusen*, cuius meminit Leuckfeld in *Antiquit. Katlenburg*. p. 41. 49. 61. et 65.



Ab anno  
826 usque  
853 im-  
perante  
Hudo-  
uico et

23) *Redoluesbusen* et

24) *Rodoluesbusen*, villa, erant anno 1022 sita in praefectura comitis Herimanni. Quinam vero intelligantur vici, dubio haud vacat. Quondam reperiebantur intra praefecturam Moringen *Radolsbusen*, *Reddersen* et *Reinsen*, quae hodie sunt desolatae. *Radolsbusen* autem adhuc aliqua superest in principatu Göttingensi et praefecturae domicilium est, intra quam etiam inuenitur *Reinholdsbusen* seu *Rendersbusen*. *Reinhausen* erat olim monasterium, hodie praefectura in eodem principatu, ad quam spectant Lichtenhagen et Ischenrode. *Rekersbusen* refertur ad praefecturam Friedland, et *Retmersbusen* ad Dominum Baronem Carolum de Görtz in Wrisberg. *Reinoldshof* autem hodie visitur in praefectura Friedland, olim monasterio Weende contributa.

25) *Salta* anno 937 in pago *Lainga* et in comitatu Luidgeri comitis, *Saltowe* anno 1059 in pago *Loinge*, obuia, videri posset fuisse *Salz der Hellen* in ducatu Grubenhagenico; sed cum ea in regione fuerit pagus Suilbergi, hunc vicum ex hoc catalogo plane expungendum, et per *Salta*, locum in comitatu Luidgeri positum, *Soltaw* vicum in ducatu Lunenburgico situm intelligendum esse, censemus. Eadem enim in regione ad *Soltaw* quoque pagus *Loingo* erat.

26) *Schitun*, villa anno 1046 in pxgo *Lochne* obuia, erit vel *Ober-* vel *Nieder-Scheden*, non procul ab oppido Münden visenda.

27) *Suen* villa, anno 1022 in praefectura comitis Herimanni sita, fuisse videtur vel maior vel minor *Schneen*, intra praefecturam Friedland deprehendenda.

28) *Suecbusen* seu *Sueghusen*, a. 1022. memorata in comitatu Herimanni, videtur eadem esse villa, in qua monasterium Reinhusanum quondam bona quaedam habebat.

29) *Sulbichi*, anno 835 in Angrariis et in Logni, erit *Sulhek*, *Sälpe*, cuius ecclesia spectat ad ecclesiasten vici Stockheim, intra praefecturam Grubenhagen ad Leinam siti. Cum autem ipse vicus Stockheim referatur ad pagum Suilbergi, in ea ipsa regione sunt termini pagorum Suilbergi et Logni quaerendi. Caue autem, ne villam *Sulbichi*, sitam in pago Logni, confundas cum duabus villis *Sulbeke* et *Sulbechi*, in pago *Auga* sitis, quae, ut infra videbimus, desolatae sunt.

30) *Thimarda* et *Timertba* erat anno 1022 in praefectura comitis Herimanni obuia. Probabilissime, vicum *Dimerden*, ad fluuium *Garte* sub praefectura Friedland positum, denotari, iudicamus.

31) *Walesbusen* villa anno 1022 in eadem praefectura Herimanni comitis erat. *Wahlshausen*, ad fluuium *Schwulme* non procul ab oppido *Vslar* adiacens, locum hic sibi vindicat.

32) *Winitbe* villa, que fuit a. 1022 in eiusdem comitis Herimanni praefectura, est *Weende*, iter vnus horae ab vrbe Gotinga versus septentriones disiuncta.

33) *Wilmerbusen*, eodem anno obuia in praefectura Herimanni, appellatur eodem anno in litteris Heinrici II Caesaris *Wilmeresbusen*. An designatur *Willenten*? An *Wienhusen* in praefectura *Vslar*?

34) *Wimthusen* villa fuit a. 1022 in comitatu. Haec est villa desolata, olim sita in saltu Sollingano ac in loco, dicto *das Wintfeld* intra praefecturam Nienover. Confer §. 5. not. (k).

35) *Wilmerbusen* seu *Witmeresbusen*, anno 1022 memorata, in praefectura comitis Herimanni *Wiersbusen* intra praefecturam Mündensem esse videtur.

36) *Wizzeresbusen*, in pago Logni anno 990 sita, *Wiersbusen* in diocesi iudiciali *Jühnde*, dominis liberis baronibus *de Groten* obnoxia et subiecta.

37) *Wolcamerbusen*, a. 997 memorata, est *Volkmeresbusen*, non procul a vico *Gumbte* ad *Wiseram* intra praefecturam Münden sita, et denique

38) *Wosthelmerbusen*, anno 1022 in praefectura comitis Herimanni, videtur esse vel *Wolmershusen* in iudiciali diocesi *Gleichen*, vel *Wolbrechtsbusen* in dynastia *Harenberg*. Posterior inter desolatas recensenda est villas.

Totidem villae, quot haecenus recensuimus, reperiuntur quoque in Traditionibus nostris. En haec: 1) *Aetwerlan* 2) *Alieresbus* 3) *Aschem* 4) *Bilugesbusen*, 5) *Budinifeld*, 6) *Bulibem*, 7) *Eilfershusen*, 8) *Erperbus*, 9) *Gadersbus*, 10) *Gelighus*, 11) *Guddingun*, 12) *Hagersheim*, 13) *Herfisi*, 14) *Hiadonofon*, 13) *Hessebehiritibi*, 14) *Hiddesbus*, 15) *Husleri*, 16) *Lengitibi*, 17) *Liammannerbus*, 18) *Ludulfinbus*, 19) *Northgu*, 20) *Odighus*, 21) *Olenbus*, 22) *Ossentborpe*, 23) *Sneutibi*, 24) *Sneuidi* 25) *Marca Sneuidi*, 26) *Steinanebeke*, 27) *Steynbem*, 28) *Reinholdesbus*, 29) *Valabus*, 30) *Vffenbus*, 31) *Wigbeke*, 32) *Wegballidi*, 33) *Wig-*



*ambrichi in pago hessi* (v). testel offic haletdag heui gherhard aldmer anulo  
uuulfger bauo. guber-  
nante  
Corbe-  
iam Wa-  
rino.

§. 34.

33) *Wigredeshur*, 34) *Winadabus*, 35) *Wuringereshusun*, 36) *Wynithun*, et  
37) *Assapa*, de quibus infra pluribus. Neminem ergo negare posse censemus,  
pagum Logne quondam existisse in principatu Gottingensi.

(v) *Pagum Hessi* non procul a villa Budinifeld, inserta pago Logne, abfuisse, probabi-  
le est. Idem enim *Folboldus* qui bona sua in Budinifeld tradidit, donauit et-  
iam, quidquid habuit, ecclesie Corbeiensi in villa *Ambrichi*, ad *pagum Hessi* rela-  
ta. Quilibet autem facillime perspicere poterit, nullam regionem superesse in  
principatu Gottingensi ad collocandum ibi pagum predictum *Hessi*. Conscen-  
damus ergo nauem, qua transportemur in alteram fluminis Visurgis ripam, et in-  
uestigemus, an ibi pagum *Hessi* inuenire queamus. Agedum, nauis feliciter  
transuecti, in alio territorio sumus, in terris Landgrauatus Hassie. Heic vero  
aliud habemus flumen obtium, quod ab omnibus, qui hasec regiones incolunt,  
non Deimela, uti Tabule geographice Ducatus Brunsvicensis Jo. Bapt. Homan-  
ni, atque alii, illud appellant, sed *Dimola*, teutonice *die Dimel*, nominatur. Hic  
autem idem est fluuius, in cuius vtraque ripa pagum nostrum *Hessi* existisse, pu-  
tamus.

Prius vero quam illud ostendimus, necesse est, ut pagum nostrum *Hessi* pro-  
be fecernamus ab alio pago, qui eodem nomine *Hessi* a veteribus insignitus fuit.  
Duplex enim pagus *Hessi* existit, scilicet *pagus Hessi Saxonicus* et *pagus Hessi Fran-  
conicus*. Ille ad fluuium Dimolam, hic autem ad flumen Adranam, hodie di-  
ctum die Eder, viscitur. Hanc distinctionem solido niti fundamento, com-  
probant *Annales Rerum Francorum*, comprobant diplomata Cesarum, et com-  
probat *Registrum B. et P. A. C.* diligentissimi Corbeiensis abbatis *Sarachonis*. De  
*pago Hessi Franconico* Poeta Saxo, quem monachum Corbeiensem fuisse e *Chro-  
nico nostro* Mfeto didicimus, quemque Leibnitius *Tom. I. Scriptum Rerum Brun-  
svicensium* publici iuris fecit, p. 123, ad annum 774 ita cecinit:

*Tales Italicis dum res agerentur in oris,  
Saxones sibi contiguos inuadere fines  
ausi, FRANCORVM PAGVM, qui dicitur HASSI,  
predantur, flammisque simul populantur et armis,  
quos animauit ad hoc longinqua profectio regis,  
credentes ulciscendi sibi tunc fore tempus,  
damna prius per eum qui maxima susinere,  
qui tamen usque locum, qui Fridesblar vocitatur  
progressi, quandam cupierunt tradere flammis  
ecclesiam, quam sacrauit Bonifacius illic  
martyr et antistes Christo dilectus in ævum.  
Hoc frustra nisos facinus complere nefandum,  
inuaste subito terror diuinitus ingens,  
atque fuga turpi trepidos repedare coegit  
ad patriam, quos non hostes, non arma fugarunt.*

Regionem, sitam ad fluuium Adernam, insignitam esse nomine *Pagi Hassio-  
rum*, discimus ex Eginhardi *Annalibus Rerum Francorum*, quippe qui ad an-  
num 778 p. 150. ita scripsit: *Quorum (Saxonum) vestigia secuti, qui a rege  
missi fuerunt (Alemanni et Franci), IN PAGO HASSIORVM SVPER FLV-  
VIVM ADERNAM iter agentes repererunt: eosque statim in ipso fluminis vado  
adorti, tanta strage ceciderunt, ut ex ingenti multitudine ipsorum vix pauci domum  
fugiendo peruenisse dicantur.*

De pago autem *Hesse Saxonico* loquuntur sequentes imperatoris Heinrici litte-  
rae, in quibus Cesar monasterio S. Benedicti, vulgo dicto *Abdinghov*, in subur-  
bio ciuitatis Paderbornæ sito, confirmat bona, ad villam *Nedere in pago Hesse Sa-  
xonico* sita, quasque e manuscripto addere libet. En illas:

**C** In nomine sce et indiuidue trinitatis *Heinricus* dei gratia romanorū  
impator augustus. generalis Xpi fidelium nouerit industria aliud in ho-  
mine esse quod regere ualeat tanquam uir aliud tanquam femina quod  
I 2 rega-



Ab anno  
826 usque  
853 im-  
perante  
Hludo-  
uico et

regatur. hac contemplatione interiori uigilantes et exteriori quasi obdormiscentes diuini amoris respectu et dilectissime femine siue coniugis nre *cunigunde* scilicet imperatricis auguste interuentu ecclesie noue quam in honore scē marie omniumq. scōrum uenerabilis epūs meginuercus in occidentali parte Paterbrunnensis suburbii dedicatione consummando construxit predium tale proprietarium quale quidam redialdus nomine legaliter et capitulariter ad nras manus imperiales hereditauit *in pago hesse Saxonico in comitatu herimanni comitis* in uilla *nedere* nominata cum mancipiis utriusq. sexus areis pratis pascuis aquis aquarumq. decursibus piscationibus molendinis siluis uenationibus et omnibus appendiciis cunctisq. qualicunq. modo nominari possunt utensilibus eodemq. tenore ut fratres eiusdem monasterii Xpō concordia caritatis sub regula scī benedicti famulantes proprietario iure potestatis illud habeant atq. possideant. Et ut hec traditio nre liberalitatis stabilis et inconuulsa permaneat. hanc cartam inde conscriptam manu propria roborantes sigillo nro subterbullari iussimus.

Signum domni  
Heinrici



inuietissimi romano-  
rum imperatoris  
augusti.

Guntherius cancellarius uice erkanbaldi archicapellani notauit.

Actum liezgo. data VI idus iulii indict. XV anno dominice incarnationis. M. XVII. anno uero domni Heinrici scēdi regnantis XVI. imperii III.

Quemnam terminum uterque habuerit pagus, e documentis chartarum veterum nobis est discendum. Villam *Wulfisfangar* limitem fuisse utriusque pagi, collegimus e diplomate Caroli M. In eo enim ita loquitur Caesar: *Venit Hiddi ad villam, cuius est uocabulum uuluisanger, quam tunc temporis Franci et Saxones pariter inhabitare uidebantur, cupiens ibi manere, sed minime potuit, tunc pergens ad locum, qui dicitur hauucabrunno inter uuiseraa et Fuldaa occupauit sibi partem quandam de silua, quae uocatur bocchonia.* Heic tradit imperator, Francos et Saxones villam *Wulfisfangar* pariter incoluisse. Id ideo factum fuisse uiderur, quod commixti ibi habitauerunt, nec termini ea in regione tam accurate, uti fit hodie, eo tempore fuerant distincti. Affirmandum itaque esse arbitramur, utriusque pagi *Hessi*, tam *Saxonici* quam *Franconici*, terminum constituendum esse in regione uillae *Wulfisfangar*, quam ab urbe *Casselis* non longe abesse, habemus competentum. Nullus autem non uider, hoc solum intelligendum esse de limite pagi *Hessi Saxonici* uersus meridiem. Orientem uersus *pagus Hessi Saxonici* conterminus erat *pago Logne*. Uersus occidentem urbs *Geismaria*, quippe qua, testante *Otilonis Vita S. Bonifacii*, in *metis*, id est, terminis *Hessorum* posita erat, pagi nostri terminus fuisse uiderur. Uersus septentriones autem *pagus Hessi Saxonici* contiguus erat *pago Netga* seu *Nithega*, id quod infra planius erit edisserendum.

Ex nullo autem auctore terminum utriusque pagi melius discere poteris, quam ex Traditionibus nostris et *Sarachonis Registro* B. et P. A. C. Ille enim accurate indicat, quanam uilla ad *pagum Hessi Saxonici*, et quanam ad *pagum Hessi Franconici*, spectauerint. Quibus accurate distinctis iudicium ferri poterit de reliquis, quae generatim tantum traduntur ad *pagum Hessi* relate fuisse. Audiamus ergo primum nomina uillarum, ad *pagum Hessi Saxonici* spectantium. Ha sunt sequentes:

1) *Adal-*



- 1) *Adalmandingawertbien* villa in tradit. nostris occurrit §. 295. Eius vero situs adhuc latet in obscuro. gubernante Corbeiam Warino.
- 2) *Ambrichti* §. 133. memorata, hodie dicitur *Emmerke* seu *Ammerke*, in episcopatu Paderbornensi non procul ab oppidulo Borgentrik sita.
- 3) *Bernhalesbus* villa §. 330. memoratur. An vero intelligendus sit vicus Borkhufen seu *Bornkbusen* in eisdem episcopatus terris non procul ab oppido Borcholte, seu *Bernicbusen* in Landgraviatus Hassiæ tractu, spectans ad castrum Malsburg, definire non audemus.
- 4) *Beuerbeke* §. 329. vel *Beuerbiki* §. 372. olim existit ad syluam Reinhardswald in Landgraviatu Hassiæ.
- 5) *Buria* §. 103. *Burium* §. 326 et 349, hodie dicta *Holtz-Büren* ad syluam Reinhardswald in eodem Landgraviatu, non procul ab oppido Drengelborg disiuncta, est villa.
- 6) *Dalbus* §. 321. hodie adpellatur *Dalbusen*, iacetque in Paderbornensis episcopatus tractu intra dominium Defenberg.
- 7) *Desburg* §. 215. est nostra ætate dictum *Dasborg*, ad radices castri Defenberg in eodem Paderbornensis episcopatus territorio obuium.
- 8) *Franconbus* villa memoratur §. 180. et 247. Locus olim non procul a monasterio Hardehufano in eadem dicecesi Paderbornensi existit, dudum euersus.
- 9) *Fridwardighus* §. 456. Locus *Frederinghusen*, intra principis Waldeccensis terras, præfecturæ Arolsen accensetur.
- 10) *Grimlesbusen* §. 141. vel *Grimulesbus* §. 327. sine vilo dubio est *Grimmelsen*, intra principatum Paderbornensem vno milliari ab oppido Warborg distans.
- 11) *Halchrifun* §. 389. Huius loci situs nondum nobis est cognitus.
- 12) *Helsfo* §. 176. nullus esse poterit alius vicus nisi *Helsen*, adiacens ad flumen, dictum *die Aar*, intra præfecturam Arolsen in principatu Waldeccensi.
- 13) *Heuerscutte* §. 329. hodie adpellatur *Euerschütte*, vicus iacens ad Dimolam intra Landgraviatus Hassiæ terras.
- 14) *Hildwardeshus*, memorata §. 318. villa, nullus esse alius locus poterit, nisi *Helmersbusen* ad Dimolam in terris Landgraviatus Hassiæ. In hoc loco bona quædam abbatiæ Corbeienfi tradit celeberrimus comes Thiatmarus, tempore Heinrici aucupis clarus, cuius et posterius in eodem loco anno 998 fundarunt monasterium, inferuiturum Monachis O. S. Benedicti, et olim abbatibus imperialibus annumeratum. At ad alia est festinandum.
- 15) *Holtenheim*, cuius iniicitur mentio §. 76, est villa desolata, olim sita non procul a vico Büne, qui generosissimis Dominis de Spiegel dictis, intra principatum Paderbornensem episcopalem parere consuevit.
- 16) *Horobus* villa §. 280. est *Horobusen* in eodem principatu, sita ad radices montis *Eresburg*, hodie *Stadberge*, in quo olim famosissimum Saxonum idolum, *Irmensuhl*, visebatur. Ex huius villæ situ euidentissime patescit, castrum *Eresburg* quoque ipsum spectasse ad pagum nostrum *Hessi Saxonicum*. Atque ex eis, quæ sequuntur, fiet palam, eandem regionem Widekindi Magni posteris paruiffe. E quibus colligimus, eandem regionem quondam ad ipsum Widekindum Magnum veluti ad dominum fuisse relatum. *Hor* est lutum, cænum, vnde mensis lutosus, Februarius, nomen *Hornung* obtinuit. Notæ sunt villæ cæno oppletæ *Hordorf* intra præfecturam Campe, *Horunstet* seu *Hrunstet* prope Helmstadium, *Horenborg* oppidulum Principatus Halberstadtensis. Omittimus alia complura.
- 17) *Hrotburgubus* villa, §. 395. indicata, hodie nuncupatur *Rotenburg*. In dynastia Defenberg ipsa præsto est, et terris episcopatus Paderbornensis adnumeratur.
- 18) *Hummi* §. 216. est *Humme* in præfectura Drengelborg, sub iurisdictione serenissimi Landgrauii Hassio-Cassellani adquietens.
- 19) *Louos* §. 289 probabilissime habetur pro *Louen*, vico, intra Paderbornensem episcopatum non procul a flumine Dimola inter *Peckelsen* atque *Ossendorp* sito.
- 20) *Manderwesteian* villa legitur §. 272, et procul dubio desolata est. Fortassis olim existit locus in silua Reinhardswald, referenda ad ditionem Cassellanam. Iterum iterumque eam siluam pedibus peragrauimus, sed locum, villæ nostræ congruentem, nondum detegere potuimus. Doctiores et ad veterem geographiam attentum Hassi in situm villæ illius accuratius inquirent, oramus.
- 21) *Manrode* §. 456. sine vilo dubio est *Manrode* vicus, vix iter duarum horarum situs ab oppido *Helmershufen* intra terras Landgraviatus Hassiæ. Tradidit



Ab anno  
826 usque  
853 im-  
perante  
Hludo-  
uico et

didit autem sita ad eandem villam bona quaedam ecclesiae Corbeiensi marchio orientalis *Geroldus*, seu *Gero*. Probabile videtur, eam villam nominatam esse a Munno quodam, qui fortassis nomen acceperat a Manno, quem olim Germani nostri, Tacito teste, filium quippe Tuistonis conditoris nostrae gentis, carminibus celebrarunt.

22) *Medriki* villa, §. 242 indicata, sita est ad Dimolam, et hodie dicitur *Meybeck* seu *Medebek*.

23) *Menni* §. 109. appellatur aetate nostra *Menne*, vicus inter Warborg et Peckelsen, oppida in principatu Paderbornensis Episcopi.

24) *Nalinhusen* §. 237 ex probabilissima coniectura est *Mublen* locus, non procul ab oppido Helmershufen ad Dimolam situs.

25) *Nannun* §. 345. villa, extincta olim, exstitit in dynastia Desenberg inter Cörbeke et Lutgen-Bühne intra episcopatus Paderbornensis terras.

26) *Nyantborpe* villa indicata §. 312, hodie appellatur *Neudorf*, intra praefecturam Eilhausen in Principis Waldeccensis Comitatu obuia.

27) *Odonbus* §. 39 et 49. non est alia villa quam *Odenhusen*, intra regionem Landgraviatus Hasslo - Cassellano vicus, quem rustici appellant *Udenhusen* seu *Uenhafen*.

28) *Pyku'esun* §. 468. citra controuersiam est *Peckelsen*, oppidum in Paderbornensi episcopatu, spectans ad iura illustrium Dominorum de Spiegel, qui se appellant *Spiegelios* ex *Peckelsheim*. Cur vero ipsi se malint scribere *de Peckelsheim*, quam de *Peckelsen*, rationem non videmus. Vltimum est in sermone omnium, atque vulgatissimum, et conueniens cum antiquitate, nomen.

29) *Rimbecki* §. 92. *Rimbeke* §. 180. et *Rinbeke* §. 327. hodie vocatur *Rimbeke* seu *Rembeck*, sita in terris Episcopi Paderbornensis non procul a Dimola inter Scherwe et Narden vicus.

30) *Rotbollerbus* §. 432. procul dubio villa desolata, cuius adhuc situs in obscuro delitescit.

31) *Scerua* §. 41. quae §. 327. appellatur *Scherua* §. 48. et 77. est *Scherbe* vicus in episcopatu Paderbornensi, itinere duarum horarum ab oppido Peckelsen disiunctus.

32) *Sualanbus* §. 314. et *Siuuldesbus* §. 349. est ex probabili coniectura *Sanhusen*, intra dynastiam Desenberg in eodem episcopatu obuia villa.

33) *Thesbur* §. 311. videtur *Dehusen* esse, locus in principatu Waldeccensi sub praefectura Rhoden adquiescens.

34) *Thesli* §. 432. est vicus *Deiffel*, in Landgraviatu Hassiae situs inter Hetistallum Saxonicum atque oppidum Drengeborg.

35) *Thetmeresbus* §. 432. absque dubio est *Detmersen* in Paderbornensis episcopatus terris, non procul ab oppido Peckelsen distans.

36) *Tinchilburg* villa §. 403. est *Dinkelborg*, in eodem episcopatu sita, inter Borgentrick, Klingenborg, Rösbeck, Embrik, et Narzungen obuia.

37) *Tuistai* §. 147. et *Tuistina* §. 289. hodie appellatur *Twiste* in principatu Waldeccensi, praefecturae Arolsen ditioni subiecta.

38) *Vorste* §. 268. est villa desolata, olim sita non procul a vico Cülte intra praefecturam Wetterburg intra Waldeccensis principatus terras.

39) *Walieresbus* §. 363. hodie dicitur *Wulmersen*, non procul sita ab oppido Helmershufen, spectans ad Nobiles de Stockhusen Equites.

40) *Wellirbi* §. 95. sine dubio est vicus *Welde* ad fluuium *Twiste*, qui a flumine Dimola ebibitur, non procul ab oppido Warborg in Paderbornensi episcopatu eminens.

41) *Wetium* §. 327. villa nulla esse potuit alia, nisi vicus *Weten* seu *Weiten*, situs in principatu Waldeccensi intra praefecturam Rhoden, non procul a Dimola fluuiio disiunctus.

42) *Westerelisingen* §. 350. existimatur probabilissime fuisse vicus *Elfsingen* in Landgraviatu Hassiae intra praefecturam Zierenberg. Nomen autem prodit, anno 900 quoque exstitisse eadem in regione *Ostereisingen*, quae etiamnum ibidem visitur. Adpellatur vnus vicus *Nider - Elfsingen*, et alter *Ober - Elfsingen*.

43) *Witmeri* §. 482. est *Witmersen* non procul a monasterio Wormel in Paderbornensi episcopatu, et villa

44) *Wuringresbus* §. 148, quae esse videtur *Wirminghusen*, in principatu Waldeccensi intra praefecturam Arolsen obuia.

Hunc



Hunc situm locorum si nobis ante oculos ponimus, negari non posse cense-  
mus, pagum *Hessi Saxonicum* in vtraque fluminis Dimolæ ripa olim existisse. Ex  
eo porro collegimus, villam *Rotmehesbusun*, in pago *Hesse* atque in *Osterbeun*  
*marca* sitam, spectasse etiam ad pagum eundem, de qua loquuntur sequentes  
Ottonis I litteræ, quas ex originali, in omnibus suis partibus illæso atque opti-  
me conseruato, addimus, cuius verba sunt sic expressa:

Q In nomine scæ et indiuiduæ trinitatis otto diuina fauente clementia  
rex: nouerit omnium fidelium nostrorum tam presentium quam et futu-  
rorum industria qualiter nos pro amore dñi precatui fratris nri *Brun*  
diaconi obtemperantes pro salute nra in elemosina eiusdem germani  
nri usibus fratrum corbeiensis monasterii in honore beatissimorum Xpi  
martyrum stephani atq. uiti constructi. proprietatis nrae centum XX.  
iugera cum XLIII curtalibus. locis in pago *Hesse* nominato in uilla *rot-*  
*mehesbusun* dicta in *osterbeun marca* in comitatu allonis. hoc liberali-  
tatis nrae precepto iure perenni in proprium donauimus. cum omni-  
bus quae infra eandem proprietatem continentur utilitatibus mobilibus  
et immobilibus. Et ut hæc nrae regalis munificentiae concessio in ele-  
mosina antedicti germani fratris nri in prelibato loco dō seruientibus  
inuiolabilis perpetualiter perduret manu nra subtus illud firmauimus et  
anuli nri impressione corroborari iussimus.

Signum domni  
ottonis



serenissimi regis

brun cancellarius ad uicem fridurici  
archicapellani recogni et *///*

Sigillum Ottonis Magni,  
his litteris adfixum, exhi-  
betur in tabula I. n. 2.

data X. kl. iul. anno incarnationis domni nri ihu Xpi DCCCCXLII  
indictione XIII. anno domni ottonis inuictissimi regis VI. actum mimi-  
leiba in dñi nomine amen.

*Osterbeun marca* terminus fuisse uideretur Saxoniae, uel potius Angariae. Con-  
stituenda illa ac collocanda est ad fluium Warme, qui influit Dimolam, ubi vi-  
cus *Ostheim* uideretur, eiusdem marcae uestigium, superesse. Erat autem *Osterbeun*  
*marca* nihil aliud, nisi meta Hessonum non procul ab oppido Geismar intra  
Landgrauatus Hassiae terras. Villa autem *Rotmehesbusun*, quæ olim curtis do-  
minicata erat, dudum euerfa est, et cum uico *Ostheim* in unam sedem confluit,  
uti e documentis nostris patet, e quibus elucebit, nobiles de *Ostheim* dictos ab  
abbatia Corbeiensi eadem bona, olim ab Ottone M. tradita, tenuisse in feudo.  
de quibus in Clientela Corbeiensi pluribus exponemus, si Deo fuerit uisum.

Ad villas, pago *Hessi Franconico* olim insertas, quod attinet, patescit e supra  
adductis, locum *Fridesblar*, hodie dictum *Fritzlar*, situm ad fluium Adernam, Hessi  
ad eum spectasse, cui e Traditionibus nostris addimus sequentes. Referimus  
huc villas, quæ sequuntur, scilicet

1) *Baldualdun*, in qua Oddo, quem pro nepote caesaris Ottonis I reputamus  
pro suo propinquo Godscaleo bona quædam tradidit, testante §. 417. Sine uilo  
dubio



Ab anno  
826 usque  
853 im-  
perante  
Hludo-  
uico et

dubio designatur vicus Battenfeld, in superiori Hassia haud procul ab oppido Battenberg conspicuus.

2) *Balemari* §. 253. videtur esse *Balern* in Hassia inferiori intra terminos Waldeccensis principatus, et, si recte situm huius villæ memoria tenemus, spectat ea ad præfecturam Niederstein. *Erdag*, qui bona in hac villa tradidit, filius erat Esiconis comitis, eiusque vxor *Gherburgh* filia erat Hludouici regis, in orientali Francia regnantis.

3) *Berchem* §. 114. est *Bergheim*, ad fluuium Adrinam hodie dictum *die Eder*. Wilheri, qui dimidium mansum in hac villa tradidit, ad progenitores nobilium dominorum, de Inter dictorum, videtur referendus.

4) *Calriki* §. 216. et *Calerike* §. 279. Sita in hac villa bona tradidit supra dictus *Erdag* pro coniuge sua *Gherburgh*, quam regis Hludouici filiam fuisse, nostri Corbeienses memoriæ prodiderunt. Intelligimus autem, per villam paulo ante indicatam significari vicum *Keller*, in inferiori Hassia, intra terminos Waldeccenses positum.

5) In *Duerun* idem *Erdag* bona quædam possedit, quæ Corbeiensibus largitus est, testante §. 279. Villa ex probabilissima coniectura est locus *Duren*, situs in inferiori Hassia inter Spangenberg et Suntra.

6) *Hadunueni* §. 212. videtur esse *Huddingen* villa, in principatu Waldeccensi intra præfecturam Wildungen sita.

7) Tradidit Warinus in *Hildimereshus* et *Rikinem* homines quosdam proprios abbatiæ nostræ, testante §. 276. *Hildimereshus* videtur nunc adpellari *Elmershusen* in inferiori Hassia. *Rikinem* est Rediken in eadem Hassia. Warinus autem probabilissime existimatur fuisse Vaiarinus seu Werinharius, auus regis Conradi I.

8) *Hittanbocho* §. 252. verisimiliter putatur esse *Hattenbach* in principatu Hersfeldensi. Landwardus atque Hodo, pro quibus bona huius villæ tradita sunt, videntur fuisse generi comitis Esiconis, quem patrem supradicti *Erdagi* fuisse statuimus. Landwardum autem filium comitis Cobbonis, ex *Ludolfo* duce Saxonie nati, fuisse, alias docebimus.

9) *Hrithem* §. 114. Si locus non est Rieden, cuius mentionem faciunt *Analecta Hassiaca* clar. Kuchenbeckeri *Collect.* IV. p. 352. vel villa Ritte, quæ in eisdem *Analect.* *Hass.* *Coll.* V. p. 33. occurrit, vel Rode in iisdem *Anal.* *Hass.* *Coll.* IV. p. 405. reperiunda, in censum veniet Rodene ad fluuium Adrinam, cuius meminere eadem *Anal.* *Coll.* V. p. 222. Confer quoque *Collect.* IV. p. 352. et *Collect.* VI. p. 447.

10) Largitus est quidam Vaiarinus Corbeiensibus sita intra villam *Rarbecke* bona quædam pro matre sua, quam serenissimam *Gherburch* fuisse, credimus. Videtur Warinus hic fuisse is, qui bona in villis *Hildimereshus* et *Rikinem* quædam sita tradiderat, vti codex noster refert §. 295. Villam autem *Rarbecke* habemus pro *Rarbach*, in principatu Hersfeldensi visenda.

11) *Rikinem* §. 276. Vide supra num. 7.

12) *Sandburst* §. 219. Huius villæ situs adhuc latet in obscuro. Esse enim eandem Suntra villam, statuere non audemus.

13) *Thurisloun* §. 57. et 60. et *Thuresloun* §. 196. Huius villæ situs nobis nondum accurate cognitus est. Villa vero

14) *Tuischinun*, §. 60. obuia, est *Zuschen* in præfectura Wildungen ad riuum dictum *die Elbe*, qui in Landgrauiatu Hassiæ committitur fluuiio Adrinæ. Hic hodie appellatur *die Eder*.

E situ harum villarum patet, pagum *Hessi Franconicum* occidentem versus fuisse conterminum pago *Itergove* in principatu Waldeccensi, versus meridiem pagis *Loginacogove* et *Grapsfeld*, et versus septentriones pago *Hessi Saxonico*. Quibus animaduersis, facile diiudicatu esse poterit, ad quemnam probabiliter pagum transcribendæ sint villæ, quæ generatim pago *Hessi* tribuuntur. Annotauimus vnam et alteram.

Anno 831. erat in pago Hassorum *Alabstat*, in qua Lantswinda vidua Agilberti comitis olim bona quædam tradiderat, teste documento, quod edidit J. F. Schannatus in *Corpore Tradit. Fuld.* p. 162.

Anno 850. Gozmar tradidit in prouincia, quam *Hessi* inhabitant, bona sita in locis et villis, quæ vocantur *Affaltra*, *Gilibba*, *Buocbela*, *Fiermenmi*, *Scrouffi* et *Mebilina*, l. c. p. 191. Teste Ebirhardo l. c. p. 301. num. 37. tradidit Ostac omnem proprietatem suam in pago *Hessim* in villa *Holzhusen*. Rodun porro tra-

tra-



## §. 34.

Tradidit riger quiddam habuit in *herfiti* (w) in *hagersbem* (x) fimiliter in *uinadabus* (y) latof III et de terra quiddam habuit in *eiffeshufen* (z) latof III et de terra quiddam habuit in *steinamebeke* (A) latum et feruum

gubernante Corbeiam Warino.

tradidit in pago Hessorum in *Holzbusen* et *Biberaffa*, in *Ebilizdorf* et in *Hoheim*, scilicet ibi quiddam proprietatis habuit l. c. p. 305. n. 4.

Porro tradidit Alouuin eidem ecclesie Fuldenfi tale pradium, quale ei ex hereditate parentum suorum obtrigerat in pago Hessorum in *Rutenemarca* in *Bateresdorf*. Porro Reginwarr de pago Hessorum tradidit proprietates suas, in villa *Dejele* fitas intra pagum Hessorum. l. c. p. 305. n. 9. et 10.

Sita in *Rumbingenemarca* in pago Hessorum S. Bonifatio 280. tradiderunt iugera et 30 mancipia Reginhartus et Meginhartus comites. Vide l. c. p. 306. n. 16.

Porro tradiderunt in pago Hessorum Megenheres in *Milleremarcha* 20 iugera, Rutwin in villa *Peisheim* S. iugera, et Dangbraht tradidit in villa *Hefilenbab*, ybi plumbum elaborari potest, in regione Hessorum in *pago Bernuffe*. l. c. num. 17. 18 et 19.

In eodem pago Hessorum tradiderunt Engelhere et Rudune pradia sua sita in locis *Passabe* et *Fanache*. In regione Hessorum in villa *Hersten* bona quaedam largiti sunt Lantswint et Tuto l. c. et f. c. num. 22. et 23.

In *Tiffenbab*, quod erat in *Gozfeldenemarca* provincia Hessorum, Ortelah tradidit, quiddam proprietatis habuit, item Ruthard vnam capturam in sylua *Boconia* iuxta fluiuium *Anatrafia* in pago Hassie provincia, Esico vero comes S. Bonifatio largitus est in provincia Hassie tria pradia in locis *Embriches*, *Enmines*, *Duruuin*, et in *Howide* p. c. num. 24. 25 et 27. Porro tradiderunt Branicho eiusque vxor Vta in *Glene* et *Werebratesusen*, et in pago Hessorum in villa *Anatrafia* proprietatem suam, Hilda de Hassia in ciuitate *Antanaba* vnam arealem, atque Engelhere et Eggewin de Hassia donarunt, quiddam proprietatis habuerunt in villis *Ritehessis* et *Fanabessis*, nec non *Wertdorf* et *Beihbusen*. l. c. p. 307. n. 35. 38. 45. et 46.

Buzeri de pago Hessorum tradidit bona sua in *Ebirstate*, et in inferiori *Witari*, et in villis *Phufferungen* et *Julingesbelda* l. c. p. c. n. 50. et Adalrich comes proprietatem suam in prouincia Hessorum Fuldensibus tradidit, additis eis, quae inter *Wiseram* et *Vultaham* habuit in *Rosbab*, *Cburbeche*, *Elsungen*, *Hittebusen*, et in *Hawide* V. manfos cum mancipiis l. c. p. 308. n. 57.

Quibus omnibus tandem addimus villas *Bunabu*, *Eginbeim*, *Heilingo marcam*, *Ruiperathusum*, *Wetterungamarcam*, *Benahermarcam*, *Dudafheromarcam*, *Guntuotere*, *Harafeld*, *Zungele* et *Wissenbalmson*, de quibus atque aliis, quae hinc inde in notis ad Traditiones nostras infra occurrent, in historia Monasterii Schakenfis copiosius agendi occasio nobis suppeditabitur.

(w) *Herfiti* villa erat, Sarachone teste in praestantissimo suo *Registro Bonorum et Pro-De villa uentuum abbatis Corbeiensis, in pago Logne*. Sine vilo dubio designatur vicus *Herfiti*. Harste, hodie sedes praefecti vnus in principatus Göttingensis tractu. Iter duarum horarum hic vicus ab vrbe abest Gotinga.

(x) Villam *Hagersbem* existisse in eodem *pago Logne*, docuit nos idem Saracho abbas De villa in suo *Registro* iam excitato; sed situm huius villae inueniendi, nobis haecenus Hagershem nondum est occasio ministrata. Aliis ergo eundem inquirendi potestas et fortuna referuatur. In principatu Göttingensi inueniuntur quidem *Hillerse* in dynastia Hardenberg, *Hettensen* in praefectura Hardefen, *Hetgerhusen* in praefectura Harste, et *Harriebusen* in praefectura Westerhof; sed nulla ex his villa *Hagersbem* esse videtur. Fortassis desolata haec villa dominis de Heger, ministerialibus abbatis Corbeiensis, nomen praebuit. Quod ipsum aliis perferendum relinquimus, quibus hanc lampada subinde tradendam esse, existimamus.

(y) *Winadabus* est villa desolata. Erat, Sarachone teste, in *pago Logne*. Olim exstitit in saltu Sollingano, in loco, vsque ad hodiernum diem dicto *dar Winsfeld*, villa commemorata. De villa Winadabus.

(z) *Eiffeshufen* erat, eodem Sarachone teste, in *pago Logne*. Significari vicum *Elvesse* in dynastia Hardenberg intra principatum Göttingensem, nulli dubitamus. De villa Eiffeshufen.

(A) *Steinamebeke* villam itidem refert Saracho ad *pagum Logne*, de quo vide supra §. De villa



Ab anno 826 vsque 853 imperante Hludouico et uum unum testef *uuiricus* comes (B) tado hramuuard liuduuard bennic fuit-hard adi asuuard hadulf uuerimmer foco bodo drogo haddo geruuard heridach bouo hugo hrodulf *uuibert* (C) tiadmund afic maynbold.

## §. 35.

Tradidit officio in pago *leri* in ducatu *falhon* (D) in uilla . . . . . man-

Steina-  
nebeke.

33. not. (u). Intelligimus, vicum subesse *Steinbach*, intra praefecturam *Vslar* in *Gotingensi* principatu situm.

(B) De comite *Wirico* vide supra §. 5. not. (k).

(C) An hic *Wibertus* filius *Widekindi* M. et pater *Walberti* fuerit, iudicent illi, quibus illud diiudicare volupe erit.

(D) Situs *pagi Leri* et *ducatus Falhon* cum in disceptationem venire queat, dignitas argumenti a nobis postulat, vt studiose in eum inquiramus. Vidimus enim virum quendam celeberrimum in *Origin. Pyrmont.* p. 6. per *ducatum Falhon* intelligere *Ostfaliam*, et per *Leri pagum* pagum *Liergewe*, qui ad *Wolfenbuttelam* et *Brunswicum*, oppida, olim obuius erat. Eam in sententiam vir optimus eo adductus est, quod villa, quae in codice nostro legi non poterat, non erat addita, quam autem post haec didicimus e *Registro Bonorum et Prov. Abbatia Corbeiensis*, per *Sarachonem* abbatem scripto. Hac villa adducta, speramus, fore, vt vir ille egregius opinionem suam mutet, et in castra nostra transfiliat. Vt ergo villam eam ipsam eo melius nobis ante oculos ponamus, adferenda sunt ipsa *Sarachonis* verba, quae sic habent: *In Dungenstorphe in Falhon in pago leri continentur salice terre CXX iugera quae habent dietwart friduren gerweric et adigo et unusquisque quotannis persoluit XIII modios siliiginis XVI modios auene II pannos vnius scile et II oues.* Hanc villam *Dungenstorphe* esse vicum *Dunxstorp* non procul a monasterio *Wildeshufen* ad flumen dictum *die Huente*, omnino arbitramur. Quamuis enim in ducatu *Brunswicensi* non procul a flumine *Ouacera*, nunc dicto *die Oker*, et quidem in inspectione ecclesiastica *Thidensi*, inueniatur vicus *Denstorf*, quae qualemque similitudinem cum villa nostra *Dungenstorphe* profert, quaeque in diplomatibus ad pagum refertur *Astfalo*; vicus tamen *Denstorf* in litteris antiquis appellatur *Thenesdorp* et *Dennistorp*. In hac villa abbatiam *Corbeiensem* aliquid iuris vel bonorum possedisse, nullo modo comprobari posse, censemus. Quem admodum autem e situ villae *Dungenstorphe* in *Westfalia* colligimus, *ducatum Falhon* in *Westfalia*, non vero in *Ostfalia*, exstitisse; ita sequitur ex hoc momento id primum, ducatum illum *Westfalicum* diuersum fuisse a ducatu *faxonico*, de quo supra §. 13. egimus, et deinde id praeterea, vocabulum *Falhon* fuisse nomen generale, et tam *Saxonia Ostfalia*, quam *Westphalia*, inhæsisse.

De pago  
generali  
Astfala.

*Saxonia Ostfalia* erat regio illa, quae inter *Loinam*, *Albiam*, *Salam*, atque *Vnstradam*, flumina interiacet, cuiusque incolas scriptores *Francorum* antiqui ex eo, quod orientem versus habitabant, modo *Saxones orientales*, modo *Ostheruidos*, modo *Ostherlingos*, modo *Austrasios*, modo *Austerlandos*, modo *Austherim-gos*, modo *Austerlendos*, et modo *Astheruidos* appellabant. Olim in vasto illius terrae tractu multi reperiebantur speciales pagi, quorum vnus erat pagus *Falhen*, ab aliis quoque dictus *Valim*, *Valen*, *Valedungon* et *Valetbungon*. Infra depredemus villam *Othderesbus* sitam in *Astfala* in pago *Falhen*. Ex quo dicimus, *Astfala* fuisse generalem, et *Falhen* specialem, pagum, in quo erat villa *Othderesbus*, per quam, omnibus rite ponderatis, non intelligimus vicum *Adersen* in ducatu *Brunswicensi* intra ecclesiasticam inspectionem *Thidensem*, sed *Ochtersen*, in praefectura *Marienburi* in *Hildesheimensi* episcopatu conspicuam prope *Hildenesheimi* urbem.

Si sumimus vocabulum *Astfalo* in sensu generali, *Heinricus II* imperator in diplomate, a *D. Grupenio* in *Origin. Hannover.* producto, ad annum 1022 tribuit pago *Astfalo* sequentes villas, et quidem

1) *Asheim*, quae erit vicus desolatus *Essen*, olim spectans ad praefecturam *Steuerswald* in *Hildesheimensi* episcopatu. Alii praferent, pagum *Yfen* situm intra praefecturam *Marienburiensem*,

2) *Ni-*



mansof II cum omnibus adiacentiis eius testes boister albmarus ragenbaldus dudo herradus.

§. 36.

gubernante  
Corbeiam  
Wario.

- 2) *Niteloun*, hodie dictam *Netlingen* in eadem Steuerwaldensi praefectura, ubi est praedium equestre Dominorum a Salder cognominatorum.
- 3) *Laffordi*, quae est vel maior vel minor vicus *Lafferde* in praefectura Peina in eiusdem episcopatus terris: qui probe discernendi sunt a vico *Leiferde*, qui in ducatu Brunsvicensi sub inspectione Thidensi obuius est.
- 4) *Gudenstide*, hodierno die dictam *Gadensted*, intra praefecturam Peinensem inter Olsburg et Lafferde sitam.
- 5) *Smitenstide*, hodie dictam Schmedensted in eadem praefectura ad flumen, nominatum *die Fulse*, non procul a vico Dungenbeck, probe discernendam a *Schmedestet* villa, in Thuringia haud procul ab vrbe Erforto posita.
- 6) *Wingon*, quae esse poterit vel *Waggen* in ducatu Brunsvicensi sub inspectione Campen, cuius ecclesia adnexa est ecclesiae in Hordorp, vel *Winningen* in principatu Halberstadensi, vel *Weimingen* in praefectura Ruthe in episcopatu Hildesheimensi. Praeferendus est locus postremus.
- 7) *Hedilentsorp*, quae erit vel *Hallendorp* in ducatu Brunsvicensi non procul a vico Engelnsted sub inspectione Bahrum, vel *Handorf* in praefectura Liebenburg, cuius ecclesia spectat ad ecclesiam in Jersted, vel *Handorf* in praefectura Peina ad flumen dictum die Fulse, qui vltimi vici in episcopatu Hildesheimensi bene discernendi sunt ab *Handorf* vico, in praefectura et comitatu Hoia sito.
- 8) *Heridesheim*, quae erit *Hersum* ad fluuium dictum *die Innerste* in praefectura Woldenberg in episcopatu Hildesheimensi non procul ab oppidulo Salzdorf, quod rectius vicum dixeris.
- 9) *Dusenbem*, per quam malumus intelligere vicum *Dötzen* in praefectura Gronau, quippe in qua monasterium S. Michaelis Hildesiae, teste *Plenario S. Bernwardi de anno 1321*, vnum mansum cum area litonica tenuit, quam *Diosen* villam, in praefectura Lauenstein. Villa *Dusen* probabilissime spectasset ad pagum Guddingo, ad quem quippe refertur vicus *Deinsen*, qui non procul abest a vico *Deinsen*, *Duisen*. Pagus autem Guddingo nostra ex sententia referendus erit ad Angariam, in orientali regione Visurgis procedentem. Poteris autem quoque intelligere per villam *Dusenbem* vel magnum vel paruum vicum *Dingen* intra praefecturam Marienburg situm in episcopatu Hildesheimensi, vel vicum quandam *Dumzenbusen*, olim ad nobiles de Bortfeld spectantem.
- 10) *Dennstorp*, siue *Bennestorp*, prout hanc villam legit illustris Gruberus in diplomate S. Bernwardi in *der Zeit- und Geschicht-Beschreibung der Stadt Göttingen* P. III. p. 23. Si prior lectio bene se haberet, intelligi posset vel vicus *Dandorp* non procul ab oppido Vorsfelde, vel *Destorp* in ducatu Magdeburgico, vel *Denstorp* in ducatu Brunsvicensi sub inspectione Thidensi. Si autem tibi magis placeat lectio posterior, villa *Bennestorp* esse posset vel *Benstorp* in praefectura Weferling, vel *Bennstorp* in praefectura Wolfenbuttel. *Benstorp* in praefectura Poppenburg spectauit ad pagum Guddingo, quem malumus referre ad Angariam in orientali regione, quam ad Ostfalam. *Denstorp* villa praefecturae Eich videtur ceteris preferenda.
- 11) *Vorden* videtur *Voren* in praefectura Peina. Hanc villam discernas velim 1) a magno et paruo *Forden* in comitatu Hoiano in praefectura Stoltzenau, 2) a *Vorden* in episcopatu Osnabrugensi, 3) a *Vobrede* in praefectura Ehrenburg, et 4) ab oppido *Vorden* in episcopatu Paderbornensi, olim ad illustrissimos comites de Swalenberg spectante.
- 12) *Wimmbusen*, videtur esse vel *Wendsen* non procul a vico Ahlen in praefectura Wolfenbuttel, vel *Wendbusen* in ducatu Brunsvicensi sub inspectione Saltzthal, spectans ad dominum comitem de Dehn, vel *Wendesen* ante silvam Thrimmining hodie dictam *Drömling*, vel *Wendbusen* in praefectura Steuerwald in episcopatu Hildesheimensi. Locus postremus venit potissime in censum.
- 13) *Edinbusen* villa erit *Edthusen* in praefectura Winzenburg non procul a villa Beiten seu *Pitbili*, quam abbas noster Saracho refert ad pagum Guddingo, ad quem etiam spectauit villa desolata *Valuburgun*, olim inter Gronau et Banteln visenda, et probe discernenda a Feldbergen in praefectura Steinbruck. Cum er-



Ab anno  
826 vsque  
853 im-  
perante  
Hludo-  
unico et

go villa *Edinhusen* referatur ad pagum generalem *Affala*, limites Angariæ atque Ostfalie in eadem regione constituendæ videntur.

14) *Alem*. Nisi vicus *Alem*, iter dimidiæ horæ distans ab vrbe Wolfenbuttel, in traditionibus nostris appellaretur *Alubi*, intelligere vellemus eundem vicum. Probabiliter ergo indicatus creditur vicus *Alden* seu *Alen* non procul ab vrbe Hannouera, alias spectans ad pagum Selesen.

15) *Eiershem*. Cum pateat e plenario S. Bernwardi, iam supra nominatum monasterium S. Michaelis possedisse bona in *Eggelsen*, malimus intelligere vicum *Hoben Eggelse*, quam villam *Eggerfen* haud procul a salinis Hemmendorfiensibus in præfectura Lauenstein, quippe quæ in traditionibus nostris §. 84. refertur ad pagum Guddingo, atque *Eggehem* appellatur. Succurrit villa Eiershusen præfecturæ Winceburgensis, quarto lapide distans Gandershemio, alibi Eiersheim dicta ac ad pagum specialem Flenithe relata. Elige, cui dicas, tu mihi sola places.

16) *Linnithe* esse poterit vel *Oster-Linden* vel *Wester-Linden* in ducatu Wolfenbuttelensi sub inspectione Lichtenberg, vel *Linden* cis Ouaceram non procul ab vrbe Wolfenbuttel, vel *Leinde* in eodem ducatu sub inspectione Barum, vel *Lubnede* in episcopatu Hildesheimensi sub præfectura Ruthe. Adridet postrema.

17) *Thornithe* esse poterit vel *Doren* vicus, spectans ad præfecturam Weferling in principatu Halberstadiensis, vel maior vel minor vicus *Doren* in præfectura Liebenburg in Hildesheimensi episcopatu, vel *Doruten* in eadem præfectura, vel *Doren*, vicus in præfectura Coldingen, vix iter dimidiæ horæ ab vrbe Hannouera situs. Erant autem omnes hæ villæ anno 1022 in præfectura comitis *Tammonis*. Adridet villa postrema.

In comitatu ducis *Bernardi* et in pago *Affalo* eodem anno erant

18) *Osleuessem*, per quam designari credimus vicum *Offelse*, qui anno 1550 erat in præfectura Coldingen, teste litterarum compendio in B. Treueri *Historie der Herrn von Munchhausen* p. 175. Hodie refertur locus ad præfecturam Ruthe in Hildesheimensi episcopatu, et eadem probabiliter villa est, quæ in *Vita S. Willibadi* p. 678. ab Ansgario nostro Hamburgensi archiepiscopo appellatur *Osleueshusen*.

19) *Hottenem* probabilissime erit vicus *Hottelem* in Hildesheimensi episcopatu sub præfectura Ruthe. Hæc eadem villa extitisse videtur, quæ olim spectabat ad comitiam iuxta Cherstede, quam Otto, episcopus Hildesheimensis et simul dux de Brunsvich natus, redemit a Brunone de Guftede, testante *Hildesheimensi Chronico Tom. I. Script. Rerum Brunsvicens. Leibniti* p. 754.

20) *Wiringe*, hodie dicta *Wiringen*, sita est intra præfecturam Ruthe, non procul a vico Weimingen in eiusdem episcopatus Hildesheimensis territorio.

21) *Hefede* videtur esse villa *Hefsethe*, in qua Reinaldus Colonienfis archiepiscopus, cum officio Hildesheimensis præposituræ fungeretur, tres mansos cum decima ecclesiæ Hildesheimensi donauit, teste *Libro Donationum ecclesiæ prædictæ factarum Tom. I. S. R. B. Leibniti* p. 770. quæque probabilissime est *Hefede* in episcopatu Hildesheimensi, sub præfectura Ruthensi adqueiense.

22) *Lutea villa*. Cum *Affalo* pagus sine dubio denotet pagum generalem, dictum Ostfaliam, alios pagos speciales comprehendentem, absurdum non esset, si quis per *luteam villam* intelligere vellet vicum *Lehdorf* ad Brunsvicum, vel vicum *Elue*, adpellatione vulgari dictum *Dreck-Elue* in præfectura Woldenberg. Tradunt alii, in *Plenario S. Bernwardi* asseri, *Luteam villam* non procul ab vrbe Hildesie obuiam esse ad radices montis Kreila, inter Himdesdohr villam, hodie dictam *Himmelsdübr*, et Hildesiam. Locus hodie desolatus est. Patet autem ex eius quoque situ euentissime, vocabulum *Affalo* sumi in sensu generaliori. Si enim Himdestohr, Ammarki, Stammen et Hogeresen, ad pagum spectarunt Scorelingen, atque aliæ supra memoratæ villæ ad alios pagos speciales pertinere debuerunt, tunc *lutea villa* procul dubio etiam ad pagum specialem Scorelingen referenda est. Lutea villa est *Dreckdorp*, *Hordorp*, *Mordorp*, *Mürdorp*: Peinam inter et Brunsvicum occurrit vicentibus villa *Mårdorp*.

23) *Bispeperoth*. Hanc villam esse *Bisperode*, quam D. Pastor Lauenstein in *Histor. Episcop. Hildes.* P. II. p. 17. ad præfecturam Lauenstein refert, veritati prorsus aduersum est. Merito igitur ille a doctis Lipsiensibus in *Notis Eruditorum Actis* mensis Mart. 1741 p. 157. censura dignus est habitus. *Bisperode* enim villa spectat ad præfecturam Wickenfen intra Principatum Wolfenbuttelensem,

vnius



vnus horæ itinere sita ab arce Lauenstein. Quamuis monasterium S. Michaëlis Hildesheimense in *Bisperode* vsque in hodiernum diem bona quadam censitica possideat; inde tamen non sequitur, villam *Biscopevrot* esse villam *Bisperode* in præfectura Wickenfen intra Principatum Wolfenbuteleensem, vnus horæ itinere sitam ab arce Lauenstein. Alio enim modo, quam donatione Bernwardina, monasterium S. Michaëlis bona in *Bisperode* adquisiuisse, probabile videtur. Atque vt hoc demonstremus quam euidentissime, præmonendum erit primo, in diocesi Mindensi prope Greuenalueshagen seu Stadthagam inueniri locum dictum *Bischopperode*, in quo, teste Lerbecio in *Chronico Schaumb. Tom. I. Scripto. Rerum German. Meibomii* p. 512. et in *Chronico Mindensi Tom. II. Script. Rer. Brunsvic. Leibnitii* p. 182. monasterium virginum Cisterciensis ordinis fuit, ab Adolpho comite Schaumburgico translatum in oppidum Olden-Rintelen. Oppidum *Stadthagen*, in comitatu Schaumburgico conspicuum, olim nominabatur *Greuenalueshagen*, vti idem Lerbecius refert T. II. Leibn. p. 164. Sequitur ergo, locum *Bischopperode* situm esse prope *Stadthagen* in comitatu Schaumburgico. Hunc locum *Bischopperode* si habere velis pro *Biscopevrot* in pago Aistfalo, vereor, ne nimis de via decedas. Si enim locus ille iam anno 1022. existisset, pagi *Bukk* is pars fuisset. Hunc vero ad occidentalem regionem spectasse, infra ostendimus. Erat præterea locus quidam, dictus *Bischopperode*, situs prope vicum *Bauenhufen*, testantibus litteris Heinrici, Brunsvicensium et Luneburgensium ducis, infra §. 227. producendas. Quem locum eundem fuisse putamus, qui in litteris sequentibus comitis Gerhardi de Hoya appellatur *Biscopevrot*. Cur membranam addamus eam, ratio non est e longinquo petenda. En illas:

*Gerhardus* dei grā comes de *Hoya* omnibus pntibus et post futuris in perpetuum. notum sit uniuersis tā pntibus quam futuris, qualiter nos negotiorum causa pro epō *mindensis* ecclie uenēr. *Widekindo* iter feceramus *Munderam* et in urbem *Insulam* inter *Wiseram* circumfluentem sitam et in monasterium bte *Marie* deipare. quod est in *Amelungefborne*. ac in honorem dei eiusq. in terris ecclie mandata et rogata fideliter non solum sed etiam feliciter expediuerimus. morati autem sumus diutius opinione ob infirmitatis casum in monasterio pfato. ac robustiores redditu commonstratas nobis membranas admirati sumus. quibus illud monasterium ab *Ottone duce saxonico* destinatum et a *Sigefrido comite de Bomeneborg* pie conditum pontifices reges duces comites et domini ac cum primis archiep̄i ep̄i abbates et capitula ornarunt. et locupletarunt. placuit nobis deuotio tam illustri turbe adeo ut desiderio fuerimus repleti imitandi pro humilitate nrā exempla ducum comitum et dnōrum, qui ibi documenta pietatis reliquerunt sempiterna. adstantibus itaq. comitibus euersteinsibus ecclie bte *marie* in *Amelungefborne* decimam paruam que *ochtema* vulgariter dicitur. quam ab epō *mindensi* eiusq. ecclia cathedrali in feudo tenemus ad villam *Biscopevrot* intra diocesi *mindensem* pro remedio anime nrē et animarum progenitorum nrōrum indultu ep̄i p̄tici eiusq. capituli contradimus. ac ut hec nrā donatio et traditio semper pmaneat rata et inconuulsa, huic pnti scripto sigillum nrū adiunximus. Datum in cenobio *Amelungefborne* anno dñi M. CCC. octauo IV. Kal. febr.

Ex his litteris patet, villam *Biscopevrot* referri ad diocesi *Mindensem*. Vicus autem *Bauenhufen* prope *Biscopevrot* in his traditionibus §. 442. nominatur *Beuenbur*, atque ad pagum *Tilithi* refertur. Si itaque villa *Biscopevrot* iam anno 1022 existisset, sine dubio illa spectasset vel ad pagum *Tilithi* vel ad pagum *Guddingo*. Quodsi autem primum pagus *Tilithi* contiguus fuit pagis *Marstem* et *Guddingo*, qui vltimus extendi debet vsque ad *Amplithi* et *Bechinam* villas, et porro pagus *Tilithi* citra controuersiam referendus est ad *Angariam* in orientali regione, stupidus sit oportet, qui non intelligat, per *Biscopevrot* in pago *Aistfalo* non posse intelligi vicum *Bisperode* intra præfecturam *Wickenfen*. Non est autem, quod oggannias, antiqua rudera cuiusdam arcis adhuc apparere in vico *Bisperode*, e quibus colligendum sit, episcopum quandam forte *Hildesheimensem* hanc villam primum eruendo agros faciendam curasse



Ab anno  
867que  
853 im-  
perante  
Hudo-  
uico et

atque inhabitasse, quam ob rem eidem loco nomen *Bischoperroth*, id est, nouale episcopi inditum fuerit. Nam vnde tu voles comprobare, eundem fuisse episcopum Hildesheimensem? Arx, quæ olim fuerit in hac villa, probabilissime fuit sedes cuiusdam nobilis. Quondam se dominos quosdam nominasse de *Bischopingerothe*, eisdemque fuisse ministeriales nobilium dominorum de *Homburch*, comprobamus inter hæc litteris sequentibus nondum editis, quas æri incisas dabimus alibi, vt exemplar sint litterarum initio seculi XIII. exaratarum. En illas.

In nomine omnipotentis Dei. *Hugoldus* dei gratia *Corbeiensis* abbas vniuersis christi fidelibus in perpetuum. Quoniam vocatione sancta qua dei patientia uocati sumus ampliando diuino cultui tenemur intendere. memorie vniuersorum presentem paginam inspectorem artius inculcamus. quod *ecclesia caminatenensis* temporibus domini *Conradi* prepositi comparauit a *Hinrico* milite dicto de *Caminaten* curiam suam in eadem uilla cum omnibus attinentiis tam siluis, quam agris et pascuis pro quadraginta duabus marcis. Item curiam *Heinrici* dicti de *Bischopingerothe*. sitam in eadem villa caminaten memorata ecclesia comparauit quadraginta duabus marcis. Item in eadem villa curiam *Hermann* militis de *Osterothe* comparauit predicta ecclesia vndecim marcis. Hec predia omnia venditores tenuerunt de fratribus de *Homburch* et si aliqua ex his prediis iam dicti fratres de *Homburch* de nobis tenuerunt. nos proprietatem eorundem contulimus ecclesie *Caminatenensis*. Ut autem hoc factum stabile et inconuulsu permaneat, ipsi fratres coram nobis eadem bona cum *aduocacia* et omni iure resignauerunt. et tam nos quam ipsi sigillorum nostrorum appensione fecimus roborari. Testes huius rei sunt *Hugo prior*. *Esquinus prepositus Corbeiensis*. *Hermannus portarius*. *Conradus camerarius*. *Engelhardus capellanus*. Laici. *Fridericus de pirremunt*. *Conradus de Homboke*. *Conradus de Amelungessen* et filius eius *Herboldus* et alii quam plures. Acta sunt hec anno gratie M. CC. XVIII.

His litteris adductis dolemus sigillum fratrum de *Homburch* temporum iniuria detractum. Quemadmodum enim ex aliis dominorum *Homburgicorum* sigillis patet, ita ex hoc fieret palam, nobiles dominos de *Homburch*, et *comites de Dassel* vnius eiusdemque fuisse originis. Cum duobus enim cornibus ceruinis, quæ erant insignia comitum de *Dassel*, in illis apparet *Leo Homburgicus*, vt inter cetera apparet e sigillo infra in lucem emittendo. *Heinricum de Bischopingerothe*, quem in hoc diplomate deprehendimus, nomen accepisse a villa, postea dicta *Bisperode*, intra præfecturam *Wickenfen* posita, docebimus in *Clientela Corbeiensis*. Arcem vero cuiusdam nobilis non habendam esse pro arce episcopali, nemo non videt et intelligit.

Ex his autem omnibus elucere speramus, villam *Bischoperroth* in pago *Affalo*, non esse *Bisperode*. Eandem ergo in alio loco esse quærendam, omnino arbitramur. Plura loca appellata *Bisperode* seu *Bischoperode*, atque olim in Saxonia orientali deprehensa, nobis non sunt cognita. *Bischoperdorf* villa quidem erat quondam non procul a palatio regio *Werla*, hodie dicto *Warl* in præfectura *Wolfenbittel*, quæ haberi posset pro villa *Bischoperbusen*, et quæ in diplomate *Heinrici II* cesaris ad annum 1022 tribuitur pago *Derningon* seu *Derlingo*; *Bischoperdorf* quoque, olim nuncupata *Bispingdorf*, in ducatu *Luneburgico*, quæ habet præfectum germanice dictum *einen Amts Vogt*, esse posset *Bischoperroth* in pago *Affalo*. Quemadmodum autem terminationes *dorp*, *rode*, et *busen*, non confundende sunt: ita putamus, tam villam *Bischoperroth* in pago *Affalo*, quam villam *Bischoperbusen* in pago *Derlingo*, hæcenus latuisse in obscuro. Fortassis attingimus scopum, si statuimus, villam *Bischoperroth* fuisse aliud nouale, cuius mentionem iniecit *Bernhardus* episcopus *Hildensemensis* in litteris anno MCLL. Hoc situm erat iuxta montem *S. Mauriti*, idque ad reparationem publicæ viæ, quæ de monte tendit ad ciuitatem *Hildensemensem*, delegauit episcopus prædictus. Hanc enim villam *Hildensemensis* episcopus, fortassis ipse *Bernwardus*, quondam eruendam videtur curasse.




**In nomine domini Amen.** **R**ugos & gra Robertus abbas. **S**unt & fise

*7. pag. 78.*

**lib in iperuu.** **Q**ui beatorum laici qd si paria uocari sunt amphano summo cultu tenent  
intendere. memorare huiusmodi pcedat pagina inspectio. atri mectam. qd ecclia Camminans. ipis  
huiusmodi contra ipi conuenerunt. hinc mltre dicto de cam in curia huius in eade in laici oib.  
tenent in huius. qui ad spaciul p gogagina suab nst. se cura hinc in dicta. de b uho  
puegethe. ita in eade nulla camin in emozara ecclia copauit gogagina suab nst. it in  
eade uilla curia Bern am militi se. Offertorthe oparati p rida ecclia hinc in uel.  
**N**o pceda ou. venditorum remeunt de tribus se houburth. z h. aliq. se h. pcedus in dicta  
fise se houburth de nob tenentur. no. ppuerare eade conuiliu ecclie Camminans. de  
huiusmodi hoc sem habilez. in conuiliu pmanat. ipi. fise cora nob eade bona in aduocata et.  
omni iure reliquamur. et in nol. qm ipi sigilloz. inoz. apphione fecim Robozari. **C**elle  
huiusmodi capellan. sacri fise. de se ptemunt. **D**onatio de houburth. **L**onatio  
Amel. z h. et Hertolds. z alii qm plures. **A**da sunt hec anno 6. R. e. 9. 11. c.  
centum.







24) *Drotbe*, seu, ut in donatione Bernwardina legitur, *Trotbe* anno 1022 erat sita in pago *Assfalo*. Hæc villa hodie desolata est; eius autem reliquæ supersunt prope Koldingam, sedem præfecturæ in Principatu Calenbergensi. Hanc villam *Trotbe*, ab Heinrico sancto anno 1013 tributam pago Martiem seu Marstem, Lauensteinium in *Historia episcopatus Hildesensis vindicata*, contra dominos censores Lipsienses p. 22. nondum demonstrasse, arbitramur. *Trathe*, fatemur, erat circa annum 1001. prædium hereditarium imperatoris Ottonis III, verisimillime a patre atque auctore consimilis nominis quoque possessum, quorum pater Henricus auceps illud cum Hatheburga, vidua Osdachi Billigani, probabiliter acquisivit. Septem mansos cum aliis adnexis bonis in villa hæc *Trathe* tradidisse Ottonem III monasterio per S. Bernwardum recens fundato, patet ex ipso diplomate Henrici II. Anno ergo 1022 prædium in *Trathe* non amplius erat cæsareum, sed episcopale: neque in diplomate Henrici II ad annum 1022 asseritur, villam *Trotbe* seu *Drotbe* fuisse in præfectura Tammonis. Potuisset Dominus B. I. Lauensteinus ex hoc ipso discere, vocabulum *Assfalo* in diplomate Henrici II adhiberi in sensu latiori, atque *Assfalon* fuisse pagum generalem, multos alios pagos speciales, et in his aliquam partem pagi Marstem, comprehendentem.

25) Ipsa vrbs *Hildesheim* quoque refertur in eodem diplomate Henrici II ad pagum *Assfalo*. Hanc urbem appellatam esse *Bennopolim*, a castro *Benneburga*, extra muros Hildesheimenses adhuc anno 1249 posito, censet idem Lauensteinus. Ante eum multi alii idem suo suffragio dignum putarunt. Nec nos negamus, possessorem castri *Benneburgi* olim Hildesheimensibus imperasse. *Benneburgum* autem iam tempore Caroli M. existisse, pernegamus strenue. Domini Hildesheimenses illud quidem affirmant. Sed nos requirimus testes, et quidem coætaneos. Recentioribus enim in hoc nullam habemus fidem. Infra deprehendimus in traditionibus nostris *Bennonem* quendam, qui cum fratre *Ricdago*, probabilissimo constructore monasterii Lamspringensis, possessor fuit bonorum tam in pago Ambergo, quam in pagis Seotelingen et Guddingo, et quidem in eadem villa, in qua quidam *Macco* Hildesheimensis aduocatus, probabiliter inter *Bennonis* posteros referendus, post hæc habitavit. Fundatorem castri *Benneburgi* fuisse *Frisum*, asserunt. Et illum *Bennonem* cum ratione *Frisum* adpellare possumus. Si enim ille, ut infra videbimus, nepos fuit *Widekindi Magni*, omnino *Benno* fuerit *Frisus* necessum est. Fortassis hic *Benno* et exstructor castri *Benneburgi*, et Hildesheimensis aduocatus fuit. Hoc respectu urbem *Hildesiam* nominare *Bennopolim*, incongruum non erit; alio autem respectu eandem appellare *Bennopolim*, apte congruenterque dictum non foret. Si quis urbem *Huxariam* nuncupare vellet *Brunopolim*, quia ab vrbe *Huxaria* non procul abest *Brunoniburgum*, celebratissimum Saxonum castrum, subtiliter magis, quam dilucide, id contenderet. Neque nobis persuadere possumus, urbem *Hildesiam* nomen traxisse ex filia *Hils*. Fabula enim Jo. Letzneri est, Francos quaerentibus: vbinam esset cæsar Ludovicus? respondisse: *dabeim am Hils*, id est, in loco quodam ad siluam *Hils*, ex qua responsione postea enatum sit vocabulum *Hildesheim*. A filius nomina esse imposita oppidis, non est verisimile. Probabiliter locus *Hildesheim* nomen accepit a quodam *Hildi*, *Hildiboldo*, *Hildidago*, *Hildegrimo*, *Hildigero*, *Hildiberto*, *Hildiwardo*, *Hildibodo*, vel *Hildelino*, quæ nomina in nostra Saxonia olim erant vsitatissima, ut hæc, quas damus, traditiones testantur. Fortasse inter progenitores ducis Ostfalorum *Hessi* seu *Asg* quidam nomen *Hildegrimi* habuit, a quo nomen villæ *Hildesheim* fortassis est impositum. Infra enim videbimus, *Bennonem* bona circa *Hildesheimiam* acquisivisse ex hereditate ducis *Asg*. Inter consanguineos eiusdem ducis etiam quosdam nomen *Hildegrimi* habuisse, infra præterea docturi sumus. Coniecturæ quidem hæc tantum nostræ sunt, fortassis autem sunt valde probabiles. Nec videmus, quid eis opponere possis, quæ aliis ansam præbitura sunt in veritatem, hæctenus latentem, solidius meliusque penetrandi.

Porro Henricus III imperator anno 1053 ad pagum Ostuala refert villas

26) *Germaredessum*

27) *Ilisede*

28) *Dungerbicht* et

29) *Suitbaldigebuisen*, inter quas *Germaredessum* probabiliter existimatur fuisse vel *Germenaui* ad siluam dictam *Dromling*, vel *Garmesen* in præfectura Steinbruck

in



Ab anno  
826 usque  
853 im-  
perante  
Hludo-  
uico et

in Hildesheimensi episcopatu. *Ilse* erit vel *Ellersel*, vel *Iseren* ad fluuium Othram vel *Elsebeck* in praefectura Calvör, vel *Ilse* in praefectura Peina duplex. *Dungerbicht* erit vel *Dambeck*, vel *Darnbeck* in veteri Marchia, vel *Dungelbeck* in praefectura Peina. *Suitbaldigebusen* autem esse poterit vel *Satuelle* haud procul a Dezel ad fluuium Othram, vel *Sirraubaldam*, olim non procul a vico Brome posita, quem duces Brunsvici et Luneburgi in feudum contulerunt nobilibus dominis de Bartensleben. Villam *Suitbaldigebusen* esse vicum *Swiebelt* in praefectura Peina, persuadere nobis non possumus. Haec enim villa erat anno 1053 in comitatu *Christophori*, qui probabilissime idem comes *Christophorus* erat, ad quem circa idem tempus spectavit villa Partunlep in pago Norddoringen, de quo vid. infra §. 471.

In Corpore Traditionum Fuldensium pago *Affsala* tribuitur praeterea villa haud vna. Huc referenda est

30) villa *Egenheim*. Ita enim illa p. 303. num. 73. *Ego Ortolf trado sancto Bonifatio in elemosinam patris mei arcem unam in villa, quae dicitur Egenheim, sita in pago Ofsalabam.* Haec villa *Egenheim* esse poterit vel *Eheim* in praefectura Fal-lersleben, vel *Eugesen* in praefectura Neubrücke, vel *Engesen* non procul a Burgwedel, vel *Gemesen* in praefectura Gifhorn, vel *Echem* non procul a Scharneck in ducatu Luneburgico. *Ortolfus*, qui in eadem villa bona haec tradidit, ad Billinganam familiam spectasse videtur. Billinganos in Luneburgico Principatu dominatos esse, infra docebimus. *Ortolfus*, Saxoniae dux, Hermannii Billungi nepos, historicis notus est. Fortasse *Ortolfus* noster inter progenitores *Ortolfi ducis* referendus est. De reliquo prope Hildesiam visitur adhuc villa *Enem*.

De pago  
speciali  
Falhen.

Tandem ad pagum *Affsala* a caesare Henrico II referitur  
31) *Castellum Mundburg* in ripa Alerae fluminis situm. Diploma infra §. 104. not. (w) e membrana inferuimus, quod vide. Haec enim egimus de villis ad pagum generalem *Affsala* spectantibus. Iam quoque recensendae erunt villae olim ad pagum specialem *Falhen* seu *Valim* relatae. Secundum filium diplomatis Henrici II et donationis Bernwardinae illae erant anno 1022 ex, quas in praefens exhibebimus lectori.

1) *Bereuilte* seu *Bereulte* est *Baruel* in praefectura Gronau in Hildesheimensis episcopatus territorio.

2) *Beienem*, per quam intelligimus vicum *Bettrum* in praefectura Steinbruck in eodem episcopatu, at non *Beitlen* in praefectura Winzenburch. *Beitlen* enim probabilissime est villa *Pitbili*, quae infra in *traditionibus* nostris ad pagum refertur Guddingo. Damus tamen, villas limitibus pagorum innexas, nunc huic, nunc illi, pago confini adtributas fuisse.

3) *Wallenside* est *Wallensied* in praefectura Gronau, cuius ecclesia spectat ad ecclesiam in Rehden. Ab hac villa quondam ministeriales quidam Corbeienfes dicti sunt *de Wallensede*.

4) *Megecingeroth* seu *Megencingeroth*, an sit *Machtersen*, *Lob - Machtersen* vel *Brug - Machtersen*, in Principatu Wolferbuttelano sub inspectione ecclesiastica, olim archidiaconatu, Bahrum, an *Machtsun* inter episcopatus Hildesheimensis terras easque praepositurae Cathedrali contributas, an alia, id omne in medio relinquimus. *Megecingeroth* villam esse locum, hodie dictum *zum Roden*, in praefectura Marienburg in eodem episcopatu quondam situm, persuadere nobis nondum possumus. Nisi producantur tabulae publicae, quibus hoc comprobetur, inter desolatas hanc villam recensemus. Addeamus inter haec coniecturis coniecturam novam. Maria semper virgo a Germanis olim dicta fuit *Maget*, *Meget*, *Megece*. Suspicio inde oritur, Novale Mariae seu Marienrodam, Monachorum Cisterciensium sedem, in Principatu Calenbergico prope Hildeneshemium sitam, hic in censum venire.

5) *Achem* probabiliter est *Achten*, vicus non procul ab vrbe Hildesia situs, et spectans ad praeposituram cathedralem ecclesiae Hildesheimensis.

Rex Chuonradus II porro ad hunc pagum ad annum 1025 retulit  
6) villam *Kennium*, testante diplomate in Nic. Schattenui *Annal. Paderbon.* T. I. p. 468. Haec villa erat in comitatu Danemari, qui fortasse comes Tanemarus est, de quo exponemus infra §. 104. not. (w) pluribus. Intelligimus enim per villam *Kennium* locum *Kemme*, ad praefecturam Steuerwaldensem spectantem, situm in eodem episcopatu Hildesheimensi. Ad eundem pagum relatus fuit anno 1049 adhuc locus ille.

7) Tra-



7) *Poppenborch* hodieque castrum est, situm ad fluvium *Leinam*, et sedes *Poppenburgenfis* praefecti. Litteras imperatoris *Heinrici*, in quibus *Poppenborch* ad hunc pagum refertur, *Jo. Georg. Eccardus* suae *Historiae Genealogicae principum superioris Saxoniae* inseruit p. 301. seq.

8) Tradidit *Heinricus IV* rex, postea imperator, anno 1068 *Heziloni* episcopo *Hildesheimensi* in doni loco comitatum, quem *Fridericus* eiusque filius *Conradus* comites in beneficii loco habuerant intra pagos *Valedungen*, *Aringe*, et *Guttingon*, et in his publicis ecclesiarum parochiis *Alicga*, *Redun*, *Fredenon* et *Walenbusen*, testante diplomate in *Nic. Schatenii Anna. Paderb.* Tom. I. p. 568. seq. in quo autem nobis caesar dubium reliquit, an haec publicae ecclesiarum parochiae ad pagos illos spectauerint. Tradit enim tantum caesar, illas spectasse ad comitatum *Friderici* et *Conradi*. Finge autem, has parochias ad pagos respicere praedictos, tunc *Alicga* esse videtur *Elze*, hodie oppidum in episcopatu *Hildesheimensi* iuxta praefecturam *Poppenborch*. Haec vero villa *Alicga* procul dubio referenda videtur ad pagum *Guddingo*, quia *Mehle* et *Ledhi*, quae non procul inde absunt, ad pagum spectarunt *Guddingo*. *Redun* videtur esse *Reden* in praefectura *Gronau* intra terras eiusdem episcopatus *Hildesheimensis*, ubi domini de *Reden* iurisdictionem minorem exercent. Hanc villam referre poteris ad pagum *Valedungen*. *Walenbusen* spectasse ad pagum *Guddingo*, perhibere poteris: quia visitur villa *Wallensen* in praefectura *Lauenstein* ad flumen, dictum *die Sale*. *Fredenon* autem habere poteris pro *Freden* in *Hildesheimensi* episcopatu intra praefecturam *Winzenburg*. Haec ad pagum spectavit *Aringe*, seu, ut in monumentis nostris scribitur, *Aringbo*.

9) Eadem fere dicenda sunt de diplomate caesaris *Heinrici IV*, in quo ipse anno 1057 primo anno regni sui atque ordinationis III. ad altare *S. Mariae Hildesheimensis* ecclesiae donat comitatum, quem *Bruno* eiusque filius, scilicet patruus eius *Luitolfus*, nec non et eius filius *Echrecht* comites ex imperiali donatione in beneficium habuerunt in pagis *Norduringen*, *Darlingen*, *Valem*, *Salthga*, *Grethe*, *Muldeje*, et in publicis ecclesiarum parochiis *Scheningen*, *Wethnemstede*, *Schiphinstete*, *Lucgenheim*, *Etlouesheim*, *Stocheim*, *Tenesdorf*, *Ringilino*, *Boginburslalle*, *Honenghesbutbele*, *Huinbusen* situm. Quamvis enim nobis quidam viri doctissimi, qui originale viderunt, retulerint, inesse huic diplomati quaedam, quae illi falsitatis notam inurere possint, dictitantes, indictionem esse falsam, sigillum non esse genuinum, neque litteras convenire cum characteribus seculi XI, non tamen possumus, quin rem ad viuum reseceamus et adensum tantisper inhibeamus nostrum. Rem ab ovo ordiamur oportet. Quis credere poterit, voluisse caesarem episcopo *Hildesheimensi* largiri comitatum per archidiaconatus in dioecesi *Halberstadenfi* obuios? Adducturi tamen idem diploma sumus, ne nos aliquid omisisse videamini. Parochiae in hoc diplomate probabilissime denotant archidiaconatus, *Scheningenfis* ergo archidiaconatus se extendisse videtur usque in pagum *Northuringi*: ipsa enim *Scheningen* ad pagum *Derlingo* spectavit. *Wethnemstede* videtur esse *Watensted*, vicus, vno milliari distans ab vrbe *Scheninga*, hodie sub inspectione *Scheningenfi* intra Principatum *Wolfferbuttel*, olim vero, testantibus litteris, a *Cl. Sam. Walthero* in *Singul. Magdeburg.* P. VII. p. 171. productis, sedes archidiaconalis ecclesiae *Halberstadenfis*. Referenda haec villa *Wethnemstede* fuit ad pagum *Derlingo*, uti quoque *Lucgenheim*, olim sedes archidiaconalis etiam eiusdem ecclesiae, hodie *Lucklum*, vicus itinere duarum horarum disiunctus ab vrbe *Brunsvico* orientem versus. *Schiphinstete* est *Scheppensted*, oppidum satis notum in *Brunsvicensi* ducatu. *Etlouesheim* fuit sedes archidiaconatus *Halberstadenfis*, alias *Athleuessen*, qui non erat in vico *Eilen* in praefectura *Wolffenbuttel* sub inspectione *Scheppensted*, sed in vico *Atzen* non procul a vico *Saltzthal*. *Stocheim* videtur esse *Grossen-Stöcken* ad fluvium *Ouacram*, ubi existit sedes archidiaconalis episcopatus *Hildesheimensis*. Haec vero villa fuit pars pagi *Liergewe*, id quod falsarius nesciuit. *Tenesdorf* potest referri ad pagum *Valem*, quia congruit ad vicum *Densdorf* Principatus *Wolffenbuttelensis* eiusque inspectionem ecclesiasticam *Thidensem*. *Ringilino* est *Ringeln*, abbatia in *Hildesheimensi* episcopatu, referenda ad pagum *Salthga*. *Boginburslalle* videtur esse *Bennenbostel* seu *Beienbostel* intra Principatum *Luneburgicum*. *Honenghesbutbele* est *Flanningsbuttel* seu *Harckerbuttel*. Cuiam autem pago haec villa, an pago *Grethe* seu *Gretingi*, an pago *Muldeje*, qui a pago *Muthiwide* diuersus fuisse non videtur, sint annumerandae, nondum plane declaratum



Ab anno  
826 usque  
853 im-  
perante  
Hudo-  
uico et

tum esse censemus. Dominus ecclesiastes Lauensteinius quidem, pagum *Mulde* a *Muthwilde* pago discrepasse, statuit. Simulatque erit, qui comprobaturus est argumentis solidis, diploma Heinrici IV esse genuinum, eandem tunc sententiam et nosmet assensu nostro prosequi conabimur. Pagus sane *Osterwalde*, quem Lauensteinius ad diocesim refert Hildesheimensem, et inter *Mulde* et *Muthwilde* pagos ponit, alio in loco quaerendus erit. *Marchisus Bernhardus*, in cuius praefectura anno 1022 erat villa *Latondorp* in pago *Osterwalde*, procul dubio est marchio septentrionalis Bernhardus IV, qui quidem habuit comitatum in pago *Norththuringi* et *Belkischem*. At nullo modo, eius comitatum procurrisse in Principatum usque Lüneburgicum, comprobari posse putamus. Pagus *Belkischem* seu *Belschem* procul dubio in marchia Brandenburgica, et quidem in ea regione, quae hodie dicitur *das Balsamer Land*, existit, neutiquam vero in principatu Halberstadeni, e regione urbis Helmstadii versus meridiem, quod beatus Lauensteinius nobis persuadere voluit. Potuisset autem idem situs pagi *Belkischem* Lauensteinium docere, pagum *Osterwalde* non existitisse in Lüneburgico Principatu. Ducis Bernhadi filius *Bernhardus dux* comitatum suum anno 1025 tenuit in pagis *Bardango* et *Heilanga*, quemadmodum eius pater illum eidem in pagis habuerat anno 1004, testante diplomate regis Henrici infra in *Addendis* num 388. producto. Quomodo igitur dici cum ratione poterit, comitatum *Marchisi Bernhadi* patuisse usque in pagum *Osterwalde*, si cum Lauensteinio statuamus, pagum *Osterwalde* fuisse cis pagum *Heilanga* in Principatu Lüneburgico? Ex unica villa *Latondorp*, quam Lauensteinius censet fuisse *Lachendorf* in praefectura *Bargfeld*, euinci haud poterit, pagum *Osterwalde* in Principatu Lüneburgico existitisse. Eadem enim haec villa in diplomate quodam regis *Chuonradi*, hactenus inedito, appellatur *Latendhorp*. Ea anno 1025 fuit pars pagi *Bardango* intra comitatum Bernhadi ducis. Eapropter pagus *Osterwalde* quaerendus est in veteri marchia, et quidem ea in regione, ubi anno 1473 vicus *Osterwolde* existit. *Huinhusen* denique in diplomate caesaris Heinrici IV est monasterium *Wienhusen* in ducatu Lüneburgico, de quo infra pluribus. Cum autem eadem villa referatur ad pagum *Flotwitzba*, iterum prodidit fallarium imperitiam suam geographicam.

10) Vidimus iam supra §. 10. ad pagum *Falim* referri *Guddiansfede*, id est, *Gadensted* in praefectura *Peinensi*, ad quem etiam

11) spectauit §. 47. *Litbinga* villa, quam *Ledingen* vicum in Principatu *Wolferbuttelano* atque inspectione ecclesiastica *Barumensi* esse statuimus. Si autem intelligere malis *Leinde* villam in eadem inspectione, non repugnamus. Abbatia enim nostra in eadem villa nulla bona amplius possidet.

12) Erat in eodem pago *Falben* villa *Sirikesbus*, per quam designari statuimus villam *Sierse* in praefectura *Wolfenbuttelensi*, cuius ecclesia ecclesiae in *Bethmar* est innexa.

13) Referuntur in traditionibus nostris §. 339. et §. 381. ad pagum *Falben* loca *Algrimfen* et *Alegremisbus*, quae procul dubio sunt villae maior et minor *Algermisen* intra *Hildesheimensis* episcopatus cathedralem praeposituram.

14) Erat in *Affala* et in pago *Falben* villa *Othderesbus*, vti patet e traditionibus nostris §. 399, per quam iam supra significauimus denotari vicum *Ochtersen* in praefectura *Hildesheimensis* episcopatus *Mariaeburgensi*.

15) Denique eidem pago *Falben* tribuitur quoque villa *Logena*. Anno enim 890 *Arnolfus* rex *Sigahardo* *Fuldensi* abbati tradit in pago *Falaba* in comitatu *Oigozi* in villa *Logena* hubas *LXX* et dimidiam cum omnibus pertinentibus, testante eiusdem regis praeepto, quod ex apographo veteri exhibuit *clar. Schannat* in *Corpore Trad. Fuld.* p. 217. num. 534. Villa *Logena* videtur esse vicus *Lengede* praefecturae *Peinensis* in *Hildesheimensi* episcopatu. Quis vero ille comes *Ogozus* fuerit, res est altioris indaginis. Fortasse *Ogozus* diuersus non fuit ab *Agozo*, cuius vxor erat *Reginhilt*, quorum vterque tradiderunt *S. Bonifacio* bona sua in *Asgebah*, testante eodem *Corpore Tradit. Fuldens.* p. 296. num. 53. *Reginhiltis* quaedam seu *Ribhilt* erat consanguinea *Unwani*, *Billungi* et *Baldungi*. Quidquid enim illa *Ribhilt* iure hereditario dereliquerat illis in regione *Grapsfeld* in finibus *Weterungono* et *Rugiheimono* in captura, quae dicebatur *Steinaba*, tradiderunt anno 863 *S. Bonifacio*, in monasterio *Fulda* sacro requiescenti corpore, *Unwan*, *Billunc* et *Baldungus*, testante membrana in *Tradit. Fuldens.* cit. p. 199. Ponamus igitur, *Unwanum* fuisse nepotem ducis *Ostfolorum*, *Hessi*, et filium

Gisle



Gisla et Unwani, de quibus egimus infra §. 104. not. (z). Ponamus porro, gubernante *Billungum* fuisse nepotem eiusdem ducis Helli, ac filium *Bemithi* comitis, de quo plura diximus §. 104. not. (w), et rursus ponamus, *Baldungum* fuisse *Bel-  
dinc*, qui cum vxore sua Hitta in villa Stoeheim in pago Cilgide seu Tilithi (quae villa probabiliter est vicus Stencke, olim spectans ad dynastiam Artzen) pradia sua donauit ecclesiae Fuldensi, teste *corpore Tradit. Fuldens.* p. 300. num. 5, eundemque fuisse illum, qui in Traditionibus nostris §. 213. inter testes apparet, et, vti e donis colligimus, filium Wichardi I, de quo egimus infra §. 104. not. (l); *Reginbildis*, vxor *Otgozi comitis*, soror *Billungi* non esse non potuit. Hac sententia stante, *Otgozus comes* consanguineus Billungicae stirpis fuit. Hac consanguinitas fortassis in causa fuit, cur caesar Arnolfus illum *Otgozum* anno 890 creauerit comitem in pago *Falaba*. Sed vnde, quare, in ditionem peruenire Saxonum nostrorum bona intra Buchoniam sita, in pagis Grapfeld, Salagewe, et aliis conterminis pagis? Responder clar. Schannat in *Buchonia Veteri* p. 329, Saxones et Slauos, a Carolo M. saepius armis infestatos, ac denique victos, turmatim in vastissimam Buchoniae solitudinem, aut sponte sua secessisse, aut pro victoris arbitrio translatos esse, et postmodum illustrium stemmatum progenitores euassisse felicissimos. Mirum ergo nemini videri debet, nos progenitores quosdam familiarum quarundam illustrium Saxoniae nostrae in Buchonia quaesuisse, saepiusque dixisse, Luidolfos, Hiddones, Thuringos, Unwanos, Wicheros, Billungos, Reinoldos, Siwardos, Bernhardos aliosque fuisse Saxones, qui in Buchonia veteri bona tradiderint ecclesiae Fuldensi. Quidquid enim progenitores eorum in Buchonia occupauerant, et ad eos postea peruenerat hereditatis iure, id, cum illustres Saxones nostri, pace facta cum Carolo Magno, bona sua in Saxonia nostra rursus acquisissent, vti nostrae traditiones comprobant, negligentes, bona sua, intra Buchoniam sita, tanti non aestimabant, quin ea ecclesiae Fuldensi large effuseque darent, et insuper eis quaedam e bonis suis, in Saxonia sitis, adderent.

Hactenus recensuimus villas spectantes tam ad pagum generalem *Assala* quam ad pagum specialem *Falben*. Jam quoque edisserere debemus villas, quae olim relate fuere tam ad pagum *Liergewe*, quam ad pagum *Leri*, vt situs horum pagorum patelat cunctis.


Quod ergo primum ad situm *pagi Leri* adinet, exstant in archiuo Corbeienfi De pago duo autographa diplomata Ludouiciana, in quorum altero, quod infra §. 473. *Leri* exhibemus, Hludouicus caesar anno imperii sui VIII, id est, anno reparatae salutis 822, ecclesiam *Fischbechi* in *pago Leriga* cum subiectis ecclesiis, et cum decima ex silua Ammeri et Ponteburg et ceteris ecclesiis, in Hefiga et Fenkiga sitis, sub suam defensionem et immunitatis tuitionem recepit; in altero autem Hludouicus, rex orientalis Franciae anno XIII regni sui *cellulam Fischbechi*, in *pago Leri* constructam, monasterio Corbeiae adiunxit et tradidit, quod sic habet:

**Q** In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis. Hludouicus diuina fauente gratia rex. si liberalitatis nostrae munera de beneficiis a deo nobis conlatis locis deo dicatis aliquid conferimus id nobis et ad mortalem uitam feliciter transigendam et ad aeternam perpetualiter obtinendam profuturum liquido credimus. id circo notum fieri uolumus omnium fidelium nostrorum tam praesentium quam futurorum sagacitati quia petente atq. suggerente *uarino* uenerabili abbate qui monasterium quod dicitur noua *corbeia* nostra concessione in regimine habere dinoscitur quod pie memoriae genitor noster construi iussit in honorem dei et sancti protomartyris stephani ubi et sancti Uiti martyris protiosa pignora seruari noscuntur complacuit celsitudini nostrae quandam cellulam iuris nostrae uocatam *fischbechi* quae est constructa in *pago leri* memorato monasterio adiungere atq. per hanc nostram auctoritatem ei tradere ut perpetuo sub eius ditione cum omnibus ad se pertinentibus et aspicientibus consistat hanc ut diximus cellulam cum integritate rebus et appendiciis ac terminis suis et cum omnibus ad se pertinentibus et respicientibus item basilicis domibus ceterisque aedificiis decimis siluis campis pascuis aquis aquarumue decursibus cultis locis et incultis mobilibus




Ab anno  
826 usque  
853 im-  
perante  
Hludo-  
uico et

libus rebus et immobilibus mancipiis diuersis sexus et aetatis memorato monasterio subditam esse facimus atque, per hanc nostram auctoritatem ita donamus atque, tradimus ut in iure eiusdem ac monachorum inibi per tempora deo deseruientium in diuersis necessitatibus ad diuinum cultum propensius exequendum absque, diminoratione aut retractatione permaneat. Et ut nullus fidelium nostrorum ab eorum dominatione uel potestate eam quoquo modo auferre aut in aliam quamlibet partem quancumque, occasione transferre praesumat neque, ullus iudex publicus uel quilibet ex iudiciali potestate in ecclesiis aut loca uel agros seu reliquas possessiones memoratae cellulae quas praesenti tempore in quibuslibet pagis et territoriis habet ac deinceps ibidem conlatae fuerint ad causam iudiciali more audiendam aut freda exigenda aut mansionem uel paratam faciendam aut fide iussorem tollendam aut homines ipsius cellulae tam ingenuos quam et litos distringendos aut ullas redibitiones aut illicitas occasiones requirendas ullo unquam tempore ingredi audeat uel ea quae supra memorata sunt exigere praesumat sed liceat memorato abbati sub immunitatis nostrae auctoritate successoribusque, eius et monachis in memorato monasterio per tempora degentibus iam dicta uilla cum omnibus ad se pertinentibus uel adspicientibus ad dei et domini nostri Iesu Christi famulatum diligentius peragendum absque, cuiusquam contrarietate uti et quaecumque, ad suos in domini nostri Iesu Christi militia usus et necessitates pertinent ordinare disponere iustisque, efficere, quatenus pro genitoris nostri animae saluatione et pro nobis coniuge proleque, nostra et pace nostra ac stabilitate totius imperii a deo nobis commissi acriter eos indefinenter diuina maiestatem exorare delectet, hanc quoque, commotionem subiungere curamus ut praefatus abbas eiusque, per tempora successores prouideant de praefata cellula ne aliquando negligatur in diuino cultu neque, cuiuslibet personae in beneficium tribuatur sed potius procuretur ut ibi in perpetuum dei cultus perseueret et ad praefati monasterii monachorumque, ibidem deo seruientium usus et necessitates in perpetuum prospiciat. Et ut haec nostra auctoritas inuiolabilem et inconuulsam obtineat firmitatem manu propria eam subscripsimus et anuli nostri impressione assignari iussimus.

signum  signum

hludouici  
serenissimi  
regis

signum  signum

hludo-  
uici

hadebertus subdiaconus ad uicem  
baldrici abbatis recognoui et //

Sigillum aeri incisum habes  
in Tab. I. n. 3.

data XIII. k. ap. anno propitio XIII. serenissimi regis hludouici in orientali francia regnantis indicti. XV actum in uilla eipilingas in dei nomine feliciter amen.

In hoc diplomate annus regiminis Hludouici numerandus est ab anno 840 et quidem ab eo tempore, quo se Hludouicus regem orientalem Francorum appellauit, quod ante paschatos festum accidisse referunt *Annales Francorum Fuldenses Tom. I. Script Rerum German. M. Freheri* p. 24. Scripta ergo est charta die 24 Martii anno 853, quocumque, indictio apprimae consonum est et conuenit. Habet hoc diploma, uti uides, duo monogrammata. An ex eo sit colligendum, regem Hludouicum filium cognominem suam in socium regni Germaniae adsciuisse, tuum erit inquirere.

Nos



Nos iam contendimus, ex his diplomatibus patere primo, pagum *Leriga* etiam appellatum esse *Leri*, et cellulam seu monasteriolum *Fisbechi* existisse in episcopatu Mimigernafordensi, id est, Monasteriensi. Ex quo citra contradictionem sequitur, pagum *Leri* existisse in aliqua episcopatus Monasteriensis parte. In quam autem regione dictae diocesis pagus *Leri* praecipue existerit, indicat diploma infra §. 104. not. (u) afferendum, quippe ex quo apparet, collegium *Wil'ebuson* (super fluvium *Hunta* in pago *Leri* fuisse conspicuum. Id ipsam quoque bulla papae Stephani VI confirmat, per quam fundatio eiusdem collegii in loco *Wildorbusen* in pago *Leri* approbatur. Si ergo scire fatagimus, quonam in loco collegium *Wildeshufanum* fuerit, situm fluvius *Hunta* docere nos poterit. Inuento enim fluvio *Hunta*, situs quoque pagi *Leri* inuentus erit. Iam vero fluvius *Hunta* in episcopatu Osnabrugensi oritur, et per mare *Dummer*, perque comitatum *Diepholtanum* tandem in comitatu *Oldenburgico* influit *Wiscram*. Atque ad hoc flumen *Hunta* in comitatu *Diepholtano* in loco *Wildeshusen* collegium *Wildeshufanum* etiam quondam existit. *Leri* ergo pagum in comitatu *Diepholtano* et adiacentibus prouinciis fuisse obuium omnino arbitramur. In hoc tractu, et quidem in inferiori episcopatus Monasteriensis parte, non procul ab *Emsteck* et *Halteren* locus *Fisbeck* quoque deprehenditur.

gubernante Corbeiam Warino.

Hic idem pagus est; in quo *Saxones*, testante *Ansgario* nostro in *Vita et gestis S. Willehadi* p. 662. crudelitatem, quam circa Magistrum (*Willehadum*) exercere nequiverant, in discipulos ipsius exarscente ira feruentius exercuerunt. Si quidem *Folcardum* presbyterum cum *Emmingo* omite in pago denominato *Leri*, *Beniamin* autem in *Cibriusfri*, *Atrebanum* vero clericum in *Thiatmaregabo*, *Gerwaldum* quoque cum sociis suis in *Brema*, odio nominis Christiani gladio peremerunt. Cum vero tam ex *Chronico Rastadensi* Tom. II. *Scriptorum Rev. German. H. Meibomii* p. 89, quam ex *Chronica Oldenburgic. Archiepiscopum* l. c. p. 131, argumentamur, eundem pagum *Leri* quoque dictum esse *Laris*, atque eiusdem incolas *Laringos*, et *S. Ansgarius* in *Vita S. Willehadi* p. 666 afferit, *Laras* pagum ad episcopatum *Bremenensem* *Willehadi* (non totum, sed ex aliqua parte) relatum esse; ex eadem *Vita S. Willehadi* producemus villas, ad pagum *Laris* spectantes. Hae sunt ea, quas exhibemus. Memoratur autem

1) p. 680. *Slutra*, hodie dicta *Stuer*, quae non procul a castro *Delmenhorst* reperitur, ut patet e *Chronico Rastad.* p. 98, et p. 100. seq. Hac in villa anno 1213 ab archiepiscopo *Bremenensi* est castrum exstructum, quod postea a *Stedingis* destructum, ab archiepiscopo autem anno 1234 reaedificatum, atque a *Stedingis* iterum destructum est, ut refert *Henricus Wolterus* in *Chronica Bremensi* T. II. *Meibomii* p. 56. et 58.

2) *Bokkenbusen* p. 681. esse *Bekehusen* videtur in comitatu *Oldenburgico*, Tom. II. *Meibomii* p. 110. 116. et 177.

3) *Falathorpe* p. 681. et 686. quae villa probe discernenda est 1) a *Valedorf* in pago *Norththuringi*, dudum desolata 2) a *Valdorf* in comitatu *Rauensbergico*. *Henricus*, comes de *Oldenburg*, fundauit seculo XIII. monasterium virginum cisterciensis ordinis in *Vlote* intra diocesis *Mindenensem*, alias *Vallis Benedicta* dictum, quod postea translatum *Remam* et tandem *Valdorpium*. Haec videtur fuisse villa nostra *Falathorpe*.

4) *Otishusen* p. 685. fortasse *Ostreckhusen* seu *Ostern* ad stagnum seu mare *Dummer* dici solitum.

5) *Habtboreinmod* p. 686. An *Hæde* ad mare *Dummer*? vel *Hagewede* in comitatu *Diepholtano*? vel *Hemslob* in eodem comitatu? vel *Horsten* in comitatu *Delmenhorst*? *Dauus* sum heic, non *Oedipus*.

6) *Steinbake* p. 688. An *Steinbeck* in praefectura *Welpae*? an *Steinbeke* in praefectura *Siecke*? an pagus *Laris* fuit pagus maior, alios minores comprehendens?

7) *Rebterestlet* p. 688 nondum in notitiam fuit perducta.

8) *Eggrikenbusen* p. 689. villa fortassis est *Eggese* intra praefecturam *Harpsted* in comitatu *Hoiano*.

Præterea in diplomate comitis *Walberti*, infra §. 104. not. (u) adducto, quaedam villae reperiuntur, in quibus sita collegio *Wildeshufano* tradita sunt bona, quarum vna atque altera probabilissime ad *Leri* pagum referenda videtur. Huc faciunt sequentes.

1) *Holtrup*, quae est vel *Holtrup* in praefectura *Hoia*, vel *Holtorp* in comitatu *Diep-*



Ab anno  
826vsque  
853 im-  
perante  
Hudo-  
uico et

Diepholtano, vel *Holtrup* in praefectura Vechte, vno milliari circiter distans a mari Dummer.

2) *Kedelholthusen* esse videtur vel *Holthufen* in praefectura Hoia vel *Holtbusen* in praefectura Stoltzenau in comitatu Hoiano.

3) *Varendorp*, quae esse videtur *Vorendorp* seu *Warendorp* in monasteriensi episcopatu, vel *Varendorp* in diocesi Osnabrugensi, vel *Vaern* in praefectura Vechte.

4) *Eftudkampe*. An indicatur *Einfte*, intra praefecturam Tedinghufen sita? an *Eistrup* in praefectura Hoia? an *Elweskampe* vicus, in quo domini de Munchhausen anno 1443 a comitibus de Holtene et Schomborgh feuda tenere, testante documento in *Historia des Geschlechts der Herrn von Munchhausen im Anhang* p. 65? an *Altenkampe* in praefectura Stoltzenau?

5) *Kuarotbe*. An indicatur *Rodenbeck* in comitatu Diepholtano? an *Roden* in episcopatu Mindensi? An *Roden* in episcopatu Osnabrugensi? an *Rodene* in episcopatu Monasteriensi? an *Ridderade* in praefectura Ehrenburg? an *Rebtern* et *Rehden* in comitatu Diepholtano? an *Rebse* in praefectura Comitatus Hoiani Steigerberg? an *Reersfen* in praefectura Siecke? an *Rade* castrum et praefectura in episcopatu Mindensi? an *Rittnem* in comitatu Oldenburgico? Delio vrinatore hic opus est.

6) *Saga* esse videtur *Sage* ad fluuim Leete inter Littel et Cnethem. *Schamwege* enim in praefecturam Ehrenburg, vel *Scharme* in comitatu Hoiano, vel *Schinna* intra praefecturam Stoltzenau, vel *Schiren* in praefectura Ucht seu Freudenberg, vel *Scholen* in praefectura Alten-Bruchhausen, vel *Scholen* in praefectura Ehrenburg, vel *Schensfen* in praefectura Stoltzenau, vel *Sieke* in comitatu Hoiano, vel *Siden* in praefecturis Nienburg et Sidenburg, vel *Sogeberg* in praefectura Stoltzenau, vel *Suedwighe* in praefectura Hoia ad hanc villam congruere haud videntur.

7) *Gobenstete* videtur esse *Goldensted*, in comitatu Diepholtano sita, vel *Gulstede* intra Rustringiam posita.

8) *Dunstorpe*, villa, vocatur vel *Dungesdorphe*, de qua loquitur §. noster 35, vel *Dendorf* seu *Dedendorf* in praefectura Hoia, vel *Dierstorf* in praefectura Stoltzenau, vel *Denstorf* in comitatu Diepholtano. Praeferendam existimamus villam postremam.

9) *Lauten* est *Lutte*, intra praefecturam Vechte conspicua, vel *Loder* in episcopatu Osnabrugensi, vel *Lotten* in diocesi Mindensi.

10) *Golawiede* esse poterit vel *Golswerden* in Stadlandia, vel *Goldern* in episcopatu Mindensi, vel *Galborn* in inferiori episcopatus Mindensis parte. Videtur Golswerden locus deligendus esse.

11) *Ibum* an est *Ippener* in praefectura Stoltzenau? An *Emen* in comitatu Diepholtano? Adridet potius Ippen et Ippenburg prope Osnebrugam.

12) *Bercklegen* an *Birsenbusen*, an *Borgstete* in praefectura Ehrenburg, an *Borchorst* in praefectura Stoltzenau ceteri debet? Singulas haec villas ad pagum *Leri* relatas fuisse, audacter affirmare non audemus. Diploma ipsum id haud indicat. Nonnihil adhuc in ipso diplomate a descriptoribus deprauatum videtur. Saeculo nono non solebat scribi dominus, sed *domnus*. Alia momenta iam tacemus. Longitudo ergo et latitudo pagi *Leri* ex his villis addisci non poterit. Protrahere idcirco in lucem liceat nomina villarum, quas Saracho abbas in suo *Registro B. et P. Abbatie Corbeiensis* intra pagum *Leri* extitisse affirmat, vt quam late olim paterit pagus ille, qui in aliqua parte tam comitatus Oldenburgici quam comitatus Delmenhorstani, nec non episcopatus Monasteriensis parte, olim fuit repertus, solidius intelligant vniuersi.

Haec villae in *Traditionibus* nostris, et quidem in hoc ipso §. nostro oculis obseruantur:

1) *Dungesborp*, quam esse vicum, iam supra nominatum *Dunxdorp*, nemo negare poterit, qui probabilitatem sectatur.

2) *Letiloun* villa §. 119 tribuitur huic pago *Leri*, quae videtur esse locus Littel, ad fluuim Leete intra comitatum Oldenburgicum haud procul a Wetterborg conspicuus. Porro

3) reperitur §. 123 villa *Hundloun*, eadem ac illa, quam §. 27. deprehendimus. Haec autem dicta fuit *Hundelen* seu *Hundlosen*, ad fluuim Hunta in praefectura Wildeshufen posita.

4) Videmus ex §. 165, villam *Redun*, in pago *Leri* sitam, spectasse ad quendam Hunoldum, quem pro satore Oldenburgicorum comitum et regum Danorum habe-



habemus. Fuisse autem villam *Redun* vicum *Rheden* in comitatu Diepholtano, ibidem asseruimus.

5) *Rotthingun* villam in eodem pago existisse, indicatur §. 241. Hæc villa videtur esse vel *Rehtern* in comitatu Diepholtano, vel, quod nobis probabilius videtur, vicus *Rodene* olim relatus ad præposituram Löningensem, quæ sita est in inferiori episcopatus monasteriensis parte et spectat ad nostram Corbeiam, tanquam membrum ad corpus.

6) Refertur §. 249. villa *Gerwardesbusen* ad pagum *Leri*. Per eam indicari putamus vicum *Gorden*, intra episcopatus Osnabrugensis terras haud procul a *Schulenburg* situm.

7) *Gnidun* §. 359. est *Cnetbem*, locus ad fluuium *Leete* intra præfecturam *Wiledshusen* situs.

8) *Emsleki*,

9) *Hareburgun*, et

10) *Erelitbe* §. 449. *Emsleki* est *Emsleek* in præfectura *Vechte*, non procul a *Fiscbeck* in inferiori episcopatus Monasteriensis parte. *Hareburgun* dicitur nunc *Herbergen* seu *Harbern* visiturque in comitatu Oldenburgico. *Erelitbe* autem videtur esse *Leete* ad fluuium *Leete* in comitatu eodem Oldenburgico. In utroque enim vico abbatia nostra habuit bona, vti *Registra* nostra *Bon. et Prou. A. C.* testantur.

11) Erat in pago *Leri* porro villa *Haildein*, restante §. 473. Hæc nunc dicitur vel *Holle* seu *Halten* in comitatu Oldenburgico ad fluuium *Hunta*, vel *Hatten*, locus in eodem comitatu, non procul a vicō *Rittrum*, positus.

12) *Dikeffen* §. 478. erit vel vicus *Dieck* in præfectura *Harpsted*, vel *Dyck* in præfectura *Vechte*.

13) *Derigon* et *Derigon* §. 484. videntur *Daren* et *Daren* in eadem præfectura *Vechte*. Præter has villas in *Registro* abbatis *Sarachonis* excitato tribuuntur pago *Leri* villæ, sic enumeratæ:

14) *Berclage*

15) *Siniueldon*

16) *Aleborne*

17) *Baginni*, atque

18) *Oidi*, quas inter videtur *Berclage* esse *Binklage*, *Siniueldon* *Senuelt*, *Baginni* *Bakum*, atque *Oidi* *Oyt* in præfectura *Vechte*. Hisce rite ponderatis, neminem negaturum speramus, pagum *Leri* oim in aliqua episcopatus Monasteriensis parte et prouinciarum conterminarum existisse.

Plane autem ab hoc pago diuersus fuit pagus *Liergewe*, *Lirenze*, *Lieron*, seu De pago *Lera*. Hunc enim ad oppida *Brunsuicum* et *Wolfenbuttelam* occidentem versus olim fuisse situm, iam supra indicauimus. Atque vt hic situs reddatur euidentissimus, adducendæ in medium sunt villæ, quæ in documentis chartisque verustis eidem pago tribuuntur.

Ea sunt primum quidem *Folcmarebusen*, *Tritidi* et *Luttringesbringen*. Ita enim verba habent in clarif. Jo. Frid. Schannati *Corpore Tradit. Fuldens.* p. 313. num. 17: *Ego Marquard et uxor mea Engelburc donamus ad sanctum Bonifatium in villa Folcmarebusen et in villa Tritidi et in villa Luttringesbringen et in pago Lieron quidquid ibi habui in terris, campis, pratis, siluis, aquis, domibus et mancipiis.* Quo anno iste *Marquardus* hæc bona tradiderit, non patet. Nullus tamen dubito, quin ea *Marquardus* largitus sit, posteaquam Saxones nostri promissa dederant, sese militaturos esse sub optimi saluatoris Iesu Christi vexillo.

Addimus, *Marquardum* in pago *Lieron* proprietates suas ecclesie tradidisse *Fuldensi* vel seculo IX. vel X. vel XI. Ante medium seculi IX *Marquardum* *Fuldenses* his donis cumulasse, non ausim dicere. Infra enim e traditionibus nostris luculente patet, bona, circa *Brunsuicum* urbem in pagis *Derlingo* et *Northuringi* sita, referenda esse ad celebratissimum *Ostfalorum* ducem *Hessi*, qui, cum probabilissima ex suspitione vel in castro *Hebesheim* vel in castro *Aseburgo* domicilium suum habuerit, verisimillime quoque dominatus est pago *Lieron* seu *Liergewe*, in quo villa *Stocheim* visitur, quæ vix iter vnus horæ ab *Aseburgo* abest. Fortassis ergo et bona *Marquardi* in pago *Lieron* ex hereditate ducis *Hessi* profluxere, de qua hereditate infra fusius sumus tractaturi. Cum igitur progenitores comitum *Northeimensium* inter coheredes ducis *Ostfalorum* *Hessi* numerati fuerint, vti infra §. 104. pluribus declaraturi sumus, in eadem autem

Nort-



Ab anno  
826 vsque  
853 im-  
perante  
Hludo-  
uico et

Northeimensium gente nomina *Marquardorum* fuerint usitata, *Marquardus* ille ad eandem gentem referendus videtur, siue si fuerit primus siue secundus *Marquardus*. de utroque vide §. 104. not. (1). De eodem *Marquardo* mentionem fieri putamus in iisdem Traditionibus Fuldensibus p. 300. ubi verba num. 1. sic habent: *Ego Marquart et uxor mea Engilburc donamus sancto Bonifacio nostram proprietatem in loco Lerin prouincia Saxonum iuxta fluium Ouacra cum mancipiis*. De nostro pago *Lieron* in his verbis nequitiam sermonem esse, putamus. Docti quidam secus sentiunt. Sed *locus non pagus*, hic memoratur. At locus *Lerin* est vel vicus *Lere* in praefectura Campen, vel villa quaedam desolata. Cum autem vicus *Lere* in praefectura Campen non ad *Ouacram*, sed Scuntiram sit sita, et in Traditionibus nostris ad pagum referatur *Derlingo*; probabilissime locus *Lerin* trans flumen *Ouacram* olim exstitit, et quidem eo in loco, qui appellatur *campus alaudarum*, lingua nostra Saxonica dictus *dat Leerken-Feld*. Inde enatum fuit prouerbium, quo indicatur deceptionis artificiosae modulus. Defraudare enim et vana spe lactare aliquem Saxonice est *enen int Leerkenfeld wisen*.

Hic praemissis villa *Folemaresbusen* in pago *Lieron* est vicus *Volkersen*, ad fluium *Ouacram* situs, eo in loco, quo cum hoc flumine miscetur *Scuntira*. Cum itaque haec villa spectarit ad pagum *Lieron*, perperam eam retulit beatus *Lauensteinius* ad pagum *Flutiwide*. *Tritidi* in pago *Lieron* porro erit *Drütte* in praefectura *Wolfenbüttele*nsi, cuius ecclesia coniuncta est ecclesiae in *Vümmel-sen* vico, qui vix iter dimidiae horae ab vrbe *Wolfenbüttele* abest. *Luttringer-bringen* videtur esse vel *Listringen* in praefectura *Woldenberg*, vel *Lutterum* in eadem praefectura intra *Hildesheimensis* episcopatus terras, vel *Lettrum* intra praefecturam *Lichtenberg* in *Wolfenbüttele*nsi Principatu.

Porro ad eundem pagum *Lieron* seu *Liergewe* referuntur villae *Bettingen*, *Sonnenbore*, *Gelidesbusen*, *Suibbore*, *Tibidbuson*, *Tidesbuson*, *Stocheim*, *Flotide*, *Gledinge*, *Rudetgledinge*, et *Laminari*. Ita enim verba sonant in clar. J. F. Schannati *Corpore Trad. Fuld.* p. 300. num. 4. *Odilag et uxor eius Wentelswint tradiderunt Deo et sancto Bonifatio bona sua in pago Liergewe cum XX. villulis, hoc est, in Bettingen, in Sonnenbore, in Gelidesbusen, in Flotide, in Tibide, in Gledinge, in Rudetgletinge, in Laminari, et marca villarum istarum*. *Odilag*, qui bona haec tradidit, fortassis est *Osdag*, qui in traditionibus nostris §. 104. inter coheredes ducis *Ostfalorum Hessi* refertur, et §. 42. inter testes apparet, donationis, qua quaedam a comite *Thuringo* in villis *Neindorf* et *Kissenbruck*, quae non procul ab sunt ab vrbe *Wolfenbüttele*, traderentur. Hoc stante argumento, eundem vixisse oportet anno 830 et sequentibus. Villae, in quibus ille bona quaedam largitus fuit ecclesiae *Fuldensi*, sunt

1) *Bettingen*, quae erit vicus *Beddingen* in praefectura *Wolfenbüttele*nsi, inspectioni *Thidensi* ecclesiasticae submissus.

2) *Sonnenbore* erit *Sonnenberg*, cuius ecclesia innexa est ecclesiae in *Timmerlah* intra praefecturam *Wolfenbüttele* et ephoriam sacram *Thidensem*. Huius villae mentionem iniecit *Albertus* dux *Brunsvicensis* et *Luneburgensis* anno 1313. Vide diploma in *Addendis* productum num. 59.

3) *Gelidesbusen* villa esse videtur *Geitel* non procul ab vrbe *Brunsvico*.

4) *Suibbore* erit vicus *Swulper* ad flumen *Ouacram*, vnum milliare et quod excurrit ab vrbe *Brunsvico* discretus. Diuersa haec villa videtur a villa *Suilbore*, cuius Traditiones *Fuldenses* l. c. p. 301. num. 17. meminere his verbis: *Egilbrabt tradidit sancto Bonifatio bona sua in villa Suilbore in pago Lirenze*. Quem admodum enim pagus *Lirenze* idem videtur fuisse, qui pagus *Liergewe*: ita villa *Suilbore* esse poterit minor, et villa *Suibbore* maior vicus *Swulper*. *Egilbrabrum* fuisse *Eilbertum*, qui in traditionibus nostris §. 111. inter coheredes ducis *Ostfalorum Hessi* refertur, nobis probalissimum videtur. Vbi villae

5) *Tibidbuson* et

6) *Tidesbuson* steterint, in obscuro latet. Fortassis vna est *Thibeck* seu *Thidebach*, curtis iter dimidiae horae a vico *Thide* distans. *Danhufen*, illa sub inspectione *Sefensi* villa, nimis remota videtur, quam vt huc trahi possit.

7) *Stocheim* erit maior *Stockheim* ad flumen *Ouacram* inter *Brunsvicum* et *Wolfenbüttele* vrbes.

8) *Flotide* est maior vel minor *Flöte* intra praefecturam *Libenburgensem* in *Hildesheimensis* episcopatus tractu orientali.

9) *Tibide*



- 9) *Tibide* est *Tide* in praefectura Wolfenbittel. Ibi esse Ephoriae ecclesiasticae gubernante Corbeiam Warino sedem, res nota atque omnibus manifesta est.
- 10) *Gledinge*, et villa
- 11) *Rudetgletinge* sunt *minor* et *maior Gleie* intra praefecturam Wolferbittel, ad Denstorfensem aedem sacram delegatae.
- 12) *Laminari* hodie nuncupatur *Lamme*, cuius ecclesia est filia ecclesiae in Denstorf, pars inspectionis Tidenfis sacrae. Porro in viri maxime reuerendi et celeberrimi I. C. HARENBERGII *Historia Gandersheimensi Diplomatica* p. 653. reperitur epitome litterarum, desumpta e diplomate caesaris Heinrici, quod adseruatur in tabulario cathedrali Hildesheimensi, in quo ad pagum *Lera* atque ad comitatum comitis *Adalbari* referuntur villae, *Witungen*, *Dornzuni*, *Ostwerdi* et *Durnidi*. *Adalbardus* comes videtur inter progenitores comitum de Sladem numerandus, siue ille fuerit Tammonis, siue Siberti, siue Burchardi filius. De Comitibus his infra exponetur pluribus §. 104. not. (w). Villae, quae in eius comitatu erant, sunt dictae
- 1) *Durnidi*, quae probabilissime est vel maior vel minor *Dören* in praefectura Liebenburg intra Hildesheimensis episcopatus terras:
- 2) *Ostwerdi*, quae esse videtur *Otvesen* in eadem praefectura Liebenburg.
- 3) *Dornzuni*, quam habemus pro *Dornuten*, praefecturae eidem adnumeranda.
- 4) *Witungen* erit *Weddingen* in praefectura Widela in Hildesheimensi episcopatu, ubi vero hodie est *commendataria* celebratissimi ordinis Teutonici, cuius inde ex anno 1745 est commendator dominus Fridericus Albertus Augustus liber Baro de Bothmar, spectans ad *Baltuam* Saxoniam, cuius primarius commendator, vulgo dictus *Land-Commendeur*, erat 1746 excellentissimus dominus Augustus Wilhelmus de Grote, serenissimi ac potentissimi regis magnae Britanniae Georgii II. praefectus militiae Generalis, ordinisque Teutonici Eques, et commendator iu Lucklen et Langlen, qui ordini Teutonico anno 1728 die 6 mensis octobris fuit adscriptus.

Ex his omnibus villis, sub vnum conspectum reuocatis, longitudo et latitudo pagi *Liergewe* euidentissime patebit.

Tandem vero eidem pago aliae adscribendae sunt villae, quae iam ineunte seculo XI in rerum natura exstabant, et vndique villis, ad pagum *Liergewe* spectantibus, cinctae erant. Inter has primum est castrum *Stedieraburg*, cuius prima vice anno 938 mentionem iniecit Chronicon nostrum Mscelum, atque ex eo Widckindus noster *Annal.* Lib. II. p. 645. Eo enim anno 938 *antiqui hostes Germaniae Ungarii irruerunt in Saxoniam, et, castris positis super litus Badae fluminis, inde in omnem regionem diffundebantur. Quodam die missus e castris hostium dux signa mouebat circa castrum, quod STEDIERABURG vocabatur. Cum autem ciues viderent hostes et ex itinere et ex pluuia, quae eo tempore ingens erat, saucios, erumpebant portis, et primum magno clamore territantes, demum repente in aduersarios irruentes, plurimis ex eis caesis, et copiosa equorum multitudine cum signis quibusdam capta, ceteros in fugam compellebant. Vrbes HEBESHEIM et WERLA, quas obuiam habuere animaduertentes hostium fugam, armis eos omnibus locis urgebant, et, maxima ex illis parte prostrata, ducem ipsum in quendam luti puteum cogentes oppresserunt. Altera autem pars exercitus arte cuiusdam scelai in locum, qui dicitur THRIMMING, deducta, difficultate locorum et manu circumfusa armorum, periit, timoremque nimium ceteris incussit, fuga salutem quaerentibus. Cum Hebesheim procul dubio sit castrum Hebesheim, quod Chronicon laudatum refert ad pagum *Derlingo*, pago *Liergewe* contiguum: et *Werla* sit palatium regium *Werla*, quod itidem ad pagum *Derlingo* spectare debuit; neminem negaturum speramus, castrum *Stedieraburg* olim stetit in loco *Stederburg*, qui vsque in hodiernum diem fere inter Brunswicum et Wolfenbutelam vrbes reperitur. Quia autem pagus *Derlingo* olim spectauit ad diocesin Halberstadenensem, cuius limes fuit fluius *Ouacra*; procul dubio eapropter terminus pagi *Derlingo* extitit flumen *Ouacra*, hodie dictum *die Oker*. Cum porro locus *Stederburg* ad occidentalem partem fluminis *Ouacrae* sit situs, atque olim ad diocesin spectarit Hildesheimensem; illum ad pagum *Liergewe*, non vero ad pagum *Derlingo*, referendum esse, putamus.*

In eodem castro *Stederburg* anno 1000 comitis Altmanni filia *Frederunda*, adiuuante eius consanguineo Bernwardo Hildesheimensi episcopo, monasterium sacrarum virginum fundauit. Hoc monasterium Henricus rex anno 1007 confirma-



Ab anno  
826 vique  
853 im-  
perante  
Hindo-  
uico et

firmavit diplomate reperiundo in *Leibnitii Script. Rer. Brunf.* Tom. I. p. 851. Villa in quibus eadem Frederunda mansos monasterio suo tradidit, in eodem diplomate appellantur *Stederboreb, Lindim, Thidi, Siedere, Northem, Stockem, Meinoluesrode, Regindegesrode, Herskesgebutle, Thuringesgibutle, Theletunum, Rindam, Wagken, Meginnichebutle, Winnenroth, Brenborji, Hechorst, Meynum, Smeleke, Ouborst, Wendebutle, Deuangebutle, Bokete, Zinilike, Ozeruo, Mislake, Dobirunke, Kipli, Mildanbouede, Klestenike, Palemke, Starbunde, Kofikestorp, Mapantorp, Slitannelt, Richaldegubutle, et Dalbem*, vbi areas duas et *panstal* duas tradidit. Inter has villas vndecim erant ad orientem super fluuium Horam, hodie dictum *die Obre*, sitæ. Quanam reliquarum referri queant vel ad pagum *Derlingo*, vel ad pagum *Liergewe*, iudicare poteris, si probabili quadam coniectura indicauerimus, quanam loca sub his obscuris nominibus latere sit verosimile.

*Lindim* scilicet esse videtur vel *Linden* haud procul ab vrbe Wolferbuttela cis Ouacram flumen, vel *Oster* et *Wester-Linden* trans fluuium Ouacram in præfectura *Lichtenberg*. Si intelligitur *Linden*, cuius res sacra spectat ad ecclesiam in *Halchter*, ea referenda est ad pagum *Derlingo*, non ad pagum *Liergewe*; sin vna e posterioribus denotatur, ea ad pagum *Liergewe* referri debet.

*Thidi* est vicus *Tidi* in præfectura *Wolfenbuttel*, de quo iam supra egimus curate.

*Siedere* est vel *Stedem* in præfectura *Peina* in *Hildesheimensi* episcopatu, quam autem villam malumus referre ad pagum *Falben*, quam ad pagum *Liergewe*, quia teste *Sarachone* in *Registvo B. et Prou. Ab. Corb.* villa *Sivikesbus*, hodie *Sierse*, sita non procul a vico *Fürstenau*, spectauit ad pagum *Falben*; quamuis non negemus, *Sarachonem* intelligere potuisse pagum generalem *Falhon*: vel *Stidige*, locus sub inspectione *Thidensi* positus, cuius ecclesia filia est ecclesie in *Geitel*: vel *Stidden*, villa desolata in præfectura *Woldenberg*. Fortassis intelligenda est villa *Stidige*, quæ non ad pagum *Liergewe* spectare non debuit.

*Northem* quoque referri potest ad pagum *Liergewe*: intelligi enim videtur *Norten-hof*, olim vicus cum ecclesia parochiali, teste diplomate producto in *Addendis* num. 59.

*Stochem* esse poterit vel maior vel minor *Stöcken* ad fluuium Ouacram, quarum altera ad pagum *Liergewe*, atque altera ad pagum *Derlingo* referenda erit.

*Meinoluesrode* probabilissime est *Meluerode* villa, quæ cum cis fluuium Ouacram obuia sit, ad pagum *Derlingo* referri debuit.

*Regindegesrode* videtur esse villa *Reingdageroth*, quæ anno 1031 cætabat ad ecclesiam *S. Magni* in villa *Bruneswik*. Hanc villam sterisse ante portas *Brunsvicensis* in loco adhuc dicto *der Rendesberg* seu *Rendelsberg*, aiunt, dicunt, ferunt, perhibent. Si vera homines, ita sentientes ex fama, prædicant, hæc villa referenda est ad pagum *Liergewe*. Monasterium *S. Crucis*, quod eo in loco adhuc superest, olim spectauit ad diocesin *Hildesheimensem*, vti diplomata huius cœnobii, quorum multa vidimus, comprobant. Ad diocesin *Halberstadensem* non spectabat pagus *Liergewe*, sed pagus *Derlingo*, ad quem itaque villam *Regindegesrode* referre nec volumus nec debemus.

*Herskesgebutle* est *Harsbuttel* cis flumen Ouacram. Referendus est itaque locus ad pagum *Derlingo*.

*Thuringesgibutle* videtur esse *Ribbesbuttel*. E *Thuringesgibutle* enim videtur primum ortum *Ringsbuttel*, et tandem *Ribbesbuttel*: quæ villa hodie sedes est nobilium dominorum de *Mandelslo*. Eadem hæc videtur villa esse, quæ anno 1031 spectauit ad ecclesiam *S. Magni* in villa *Bruneswik*. Hæc villa procul dubio nomen accepit a quodam *Thuringo*. Quis ille fuerit, pro certo quidem dicere nequimus, probabiliter autem is fuit *comes Thuringus*, qui, codice traditionum *Corbeiensium* teste, circa annum 830 amplissima bona in pago *Derlingo* sita tradidit ecclesie *Corbeiensis*. Verisimiliter hic idem *Thuringus* est is, cuius meminere *Traditiones Fuldenfes*. Ita enim illa p. 301. num. 16. *Thurinc* et *Meginolt* (an hic frater *Thuringi* fuit, atque idem, a quo villa *Meinoluerode* nomen accepit?) tradiderunt sancto *Bonifacio* bona sua in *Rumersleiba* et *Tiustinga*, quod est in pago *Darlinga* cum mancipiis XXXVIII. item p. 304. num. 86. *Turinc* de *Saxonia* tradidit Deo et sancto *Bonifacio* in terminis *Darlingen* nouale, quod dicitur *Duringesrod* iuxta fluuium *Oncra* (lege *Ouacra*) quicquid proprietatis habuit cum mancipiis XL. Item p. 304. num. 90. Ego *Durinc* de *Saxonia* trado

ad



ad sanctum Bonifatium proprietatem meam in pago Saxonie in pago Darling, in locis nuncupatis Burg et Grafelob quicquid habere visus sum. Cum comes Thuringus sine liberis sit mortuus, ut infra videbimus, ille omnia, quae accepit ex hereditate ducis Ostfalorum Hessi, monasteriis Fuldensi et Corbeienfi (et fortasse etiam quaedam monasterio S. Ludgeri sito prope Helmstadium) tradidisse videtur. E bonis ab eo large donatis probabiliter iudicari potest, quid ipse acceperit ex hereditate Hessi. Vnde porro concludendum est, quanta bona reliqui heredes ex hereditate illa acceperint, quantusque dominus fuerit ille celebratissimus Ostfalorum dux Hessi seu Adalricus. Distincte autem Traditiones Fuldenses l. c. perhibent, villam *Duringerod* fuisse sitam in terminis pagi *Darlingen* iuxta fluvium Otacram. Probabiliter itaque, hanc villam non procul abfuisse ab vrbe Brunsvico, et ad *Derlingo* pagum spectasse, contendimus.

*Theletunnum* villa (si non legendum est *Veletunnum*) videtur *Debelen* seu *Döbelen* sacrae Scheningensis inspectionis, vel *Tulau* villa desolata in ducatu Magdeburgico, esse.

*Rindum* probabiliter existimatur esse *Rubme*, vicus non procul a turri *Wenden*, reutonice dicta *der Wendenturn*. Haec villa in litteris feudalibus appellatur *Ruden*. Vnde fit vero simile, in autographo legi *Rtudum*.

*Wagken* erit *Waggen*, cuius ecclesia filia est ecclesiae in *Hordorp*, sub inspectione Campensi adulescentis in Principatu *Wolferbuttelensi*.

*Meginnichelute* villa nobis non est cognita. Fortassis illa in *Bechtesbittel* seu *Becksbittel* laeret. Subesse videtur *Wenigsbüttel*.

*Winnenroth* esse videtur vel *Weienrode* vel *Wienrode* in Principatu *Luneburgico*. Vtrauis illa sit, ipsa ad pagum *Flothwitha*, de quo infra pluribus exponemus, fuit referenda.

*Brenhorst* villa situm accurate indicare non possumus. Cum in praefecturis *Gifhorn*, *Neubruck*, et *Meinersen* cis fluvium *Aleram* in *Luneburgico* Principatu reperiantur villae *Danhorst*, *Dikhorst*, *Eikhorst*, *Flakenhorst*, *Grauenhorst*, *Hauikhorst*, *Horst*, *Obnhorst*, *Oldenhorst*, *Plokhors*, et forte plures aliae villae adpellationum desinentium in *Horst*, in quibus et villa *Brenhorst* esse potuit, situm eius accurate indicandum relinquimus illis, qui eas regiones inhabitant vel indagant.

*Hechorst* et *Onhorst* sunt iam nominatae villae; Nec non

*Eikhorst* et *Obnhorst*.

*Meinum* est *Meino* in praefectura *Gifhorn*, et procul dubio locus spectavit ad pagum *Derlingo*, quippe qui pertinuit ad diocesin *Halberstadensem*, de cuius limitibus infra pluribus differemus.

*Smelcke* villae situs, nisi designetur *Selchen* olim sedes archidiaconalis in diocesi *Halberstadenfi*, nobis incognitus est.

*Wendebutele* probabilissime est *Weddesbutel*, et

*Deuangebutle* est *Edersbuttel*.

*Bokele* videtur villa desolata esse, olim obuia non procul a castro *Gifhorn*, in traditionibus nostris relata ad pagum *Derlingo*.

*Zinlike* an est *Zilly*? vel *Solpke* in veteri *Marchia*?

*Oztruo* an est vna e duabus villis desolatis, quas nominant

*Ortsbur*, et non procul ab *Hundisburg* et *Rotmersleben* existisse referunt? an

*Ostere* non procul ab oppido *Stendel* in veteri *Marchia*?

*Mislike* referenda videtur inter villas, quas supra fluvium *Horam* sitas fuisse, cum auctore *Chronici Stedeburg*. T. I. *Leibn.* p. 851. iam supra diximus.

*Dobirunke* an fuit *Danke*? an *Danneke*? an *Dermbeke* in veteri *Marchia*?

*Kippli* an *Copnik* fuit?

*Mildanbouede* an *Messehof* est non procul a vico *querum* in Principatu *Wolferbuttelano* situm?

*Klestenike* fortassis est *Kleisso*, villa desolata in veteri *Marchia*.

*Palemke* an *Belen* fuit non procul a loco *Ehra*? an *Beltkow* locus, cuius meminit *cel. Waltherus* in *Singular. Magdeburg.* P. VII. p. 94? an *Belkow* in veteri *Marchia*? an *Pechule* in ducatu *Magdeburgico*? an *Pollize*? an *Porzan* in praefectura *Caluor*?

*Starbunde* villa nobis quoque incognita est. Ad siluam *Thrimmining* reperitur *Sachau*. *Satuelle* non procul sita fuit ab oppido *Caluor*. *Schernikau* praesto est in veteri *Marchia*.



Ab anno 826 vsq; 853 imperante Hludouico et

manfos II cum omnibus adiacentibus eius testibus boister albmarus ragenbaldus dudo herradus.

## §. 36.

Tradidit Oto quicquid habuit in pago *hasugo* (E) ea tamen ratione ut quam diu uixerit ipse possideat quod si filios habuerit irrita erit traditio sin autem firma permaneat testibus *bernhardus comes* (F) tetto unno adalheri marchodo belto benni delo teodhardus herbert ay magnus uuicger tudo ricbold thancal teoduual tancuard mathlec aio ado ricuual abbo hauuald.

## §. 37.

irminuuardus et adaluuardus tradiderunt mansum unum in *stotinghus* (G) testibus todi mainhardus addic mainuuardus.

## §. 38.

Tradidit ben pro fratre suo gerlero in *sneuidi* (H) partem ipsius testibus renoldus folchridus rodhardus fredericus.

## §. 39.

*Schirnau* in eadem regione villa desolata est. *Stemmeren* olim fuit in praefectura *Weserling*, et dudum excisa est. *Steinuorde* inuenitur ad flumen dictum *die Obre*. In *Salzmunde* quondam *Magdeburgenses* archiepiscopi bona possidebant. Indicatur fortassis una ex his, vel altera.

*Koskistorp* uero esse uidetur vel *Karstorp* villa desolata in praefectura *Hötensleben*, vel *Kesdorf* vicus non procul ab oppido *Vorsfelde* situs, vel *Keyendorf*, villa desolata, olim intra veterem marchiam posita.

*Mapantorp* uidetur esse *Mackendorf*, cuius ecclesia filia est ecclesiae in *Saalsdorf* intra ephortiam *Königsutterensum* et in praefectura *Bardorf* non procul ab oppido *Ouesfelde*; vel *Meizendorf* in praefectura *Wolmirsted* intra ducatum *Magdeburgicum*; vel *Metzdorf* intra veterem Marchiam.

*Sitanfeld* an est *Stelfeld* in ducatu *Magdeburgico* non procul a *Wolfsburg*? *Huius* mentionem iniecit *S. Waltherus* in *Singul. Magdeb.* CVII. p. 70.

Denique uidetur *Richaldergebule* esse *Rörgebuttel* intra praefecturam *Gifhorn*. *Dalhem* est *Saltzdalem* prope *Wolferbuttelam*, ubi duae *Pansal*, id est, cauae salinae, vulgo *Saltzkoten* dictae, in quibus sal excoquitur, indicantur. Haec adduximus, ut alii in situm harum villarum studiosius inquirant.

De pago *Hasugo*. (E) De pago *Hasugo* uide infra §. 139. Docemus ibi, hunc pagum fuisse eundem, quem alii dicunt *Hessigau*, *Hassigau* aut *Hofgau*, *Salam* inter et *Wipperam* atque *Unstrut* fluuios diffusum.

De comita *Bernhardo*. (F) Nihil impedit, quo minus per hunc *Bernbardum*, comitem, designatum putemus filium *Unwani* et *Gislae*, nepotemque et *Albionis* principis, et *Hessi* seu *Esiconis* ducis. Cum enim illorum bona fuerint sita in pagis *Hasugo* et *Suenon*, idcirco hic *Bernhardus* inter testes reperitur. Sane nobis tantum est iuris, et fortasse maius, hoc affirmandi, quantum aliis illud in dubium reuocandi.

De villa *Stotinghus*. (G) De villa *Stotinghus*, quam *Saracho* refert ad pagum *Auga*, uide infra §. 259. Villa desolata indicatur, olim intra diocesin *Corbeiensis* obuia.

De villa *Sneuidi*. (H) Villam *Sneuide* in pago existisse *Logne*, docuit nos *Saracho* abbas in praestantissimo suo *Registro Bonorum et Prouentuum Abbatiae Corbeiensis*. Eadem ergo villa denotatur, quae supra §. 26. appellabatur *Sneutibi*, quamque idem *Saracho* ad eundem refert pagum *Logne*. Haec villa nulla alia esse potest, nisi vicus *Schneen*, siue maior siue minor, sub praefectura *Friedland* in principatu *Gottingensi*, Principatus *Calenbergici* parte.



## §. 39.

Tradidit hildibert pro anima helprit in *odonbus* (I) tertiam partem de manfo uno testef *hampo* (K) eluing marchodo *liudolf* (L)

gubernante Corbeiam Warino.

## §. 40.

Tradidit beuo tertiam partem de omnibus quae habuit in *iconrode* (M) testef redman thiodger uerindac gichi sehard *reinold* (N) teodger adaluuard herric alacdag hrothard.

## §. 41.

Tradidit *brun* dual partef de manfo in *scerua* (O) cum homine nomine

- (I) Villae quaedam, *Odenbus* dictae, in his traditionibus saepius recurringunt. Supra De villa §. 24. erat *Odenbus* in pago Darlingo, infra §. 45. erit *Odnobusbus* in pago Ahu-Odenhus, et §. 49. *Odonbus* villam sine pago, vti etiam hoc loco, inuenimus. Vna eademque villa vbique per villam Odenhus subaudiri non potest. Memoratu illud quoque dignum est, in Registro nostro MSpto villam *Odenbusen in pago Hessi* sitam inueniri. Porro autem ex veterum documentis annotauimus 1) *Obndenbusen* ad siluam Harciniam, 2) *Odenbusum* ad Rhenum, 3) *Odenbusen* in Hassia ditionis Casselensis, vulgo nominatam Udenhafen seu Uenhafen, 5) *Odenbusen* in episcopatu Hildensemensi intra pagum Ambergau infra Sefam urbem, 6) *Ottenbusen* haud procul a saltu Sollingano, et 7) *Oderbusen* seu *Odassen* in praefectura Rorenkirchen in ducatu Grubenhagico, quae ad annum 1513. adhuc Odessen scribitur; quae vero Ottenhusen, num. 6. obuia, esse non videtur. Si ergo quaritur, quam villa per Odenhus designatur, respondemus, nullam posse aliam intelligi, nisi Odenhusen in pago Hessi seu Odenhausen ad siluam Reinhardswald ditionis Casselensis, vti comprobatur nostrum *Registrum*.
- (K) *Hampo* nomen est proprium, vti hic vides. Fortassis ab eo vel ab alio villa *Ham-* De *Ham-* *penbusen* in pago *Nethga*, in qua et nostra Corbeia bona quaedam habuit, quae pone. que olim referebatur ad hereditatem comitis Sigefridi, quam emit comes Hermannus de Winzenborg, a quo ad Heinricum Leonem peruenit, nomen accepit. Anno 940 erat quidam *Hampo* comes in pago *Nethga*. An hic comes nostri *Hamponis* filius vel nepos fuerit, iudicent alii.
- (L) Probabiliter hic *Luidolf* seu *Luidolfus* non est alius, nisi frater abbatis Warini, De *Lui-* *dolfo*. postea comes, fundator abbatiae Gandensensis et dux Saxoniae orientalis.
- (M) *Iconrode* villa desolata est, eratque olim in pago *Auga*, testante nostro *Registro*, in- De villa uenienda in saltu Sancti Spiritus, vulgo dicto *dar Heilige Geist-Holtz*, vno mil- *leanrode*. liari ab vrbe Huxaria et nostra Corbeia distante. Fuit autem sita in loco adhuc nominato Ickenrode, vti nostra attestantur diplomata Corbeiensia. De *Beuone* nepote Brunonis, filio Ecberti, ac fratre *Luidolfi*, ducum, infra agemus pluribus.
- (N) *Reinoldi* nomen in genealogia comitum Dasseliensium valde vsitatum fuit, licet in Jo. Lertzneri Genealogia, quae quoad maximam partem ficta est, tantum vnus Reinoldus occurrat. An vero hic Reinoldus, qui vnus idemque videtur cum Renoldo §. 34. obiuo, inter progenitores comitum Dasseliensium referendus sit, incertum est.
- (O) *Brun* seu *Bruno* e familia ducis Ecberti procreatus esse videtur. Fortassis ipse De *Bru-* frater erat ipsius Ecberti ducis, a patre Brunone, possessore celebratissimi castris none. *Brunonisburgi*, ita appellatus. *Scerua* enim villa in *Registro* nostro *intra* pagum *Hesse Saxonicum* ponitur. Designatur *Scherbe* seu *Scherue* in episcopatu Paderbornensi sita, vno milliari ab oppido Peckelsen distans. Progenitores autem imperatoris Heinrici aucupis amplissima bona possedisse in pagis *Auga*, *Nethga* et *Hessi*, ex traditionibus hisce passim palam fiet.



Ab anno mine heio testef folcuuer dudil ofic reinheri alfbern thancred item tancred  
826 vsq[ue] folcher ciluuard.  
853 im-  
perante  
Hludo-  
uico et

## §. 42.

Tradidit *thuring comes* (P) quidquid habuit in *chirfenbruce* (Q) et in *nienthorpe* (R) cum hominibus ibidem manentibus ea tamen ratione ut quamdiu uixerit ipse possideat post cuius obitum si uxor ipsius eum superuixerit et in uiduitate permanere uoluerit ipsa etiam usque ad obitum suum possideat si autem maritauerit statim ad monasterium reuertatur hereditas testef *inmed* (S) *ofdac* (T) radulf dodo ifi alfuuard idi folcrid retheri uiiching

De comite Thuringo, et villis Chirfenbruce et Nienthorpe.

(P) (Q) (R) Vt hunc *comitem Thuringum* eo curatius noscamus, necesse est, prius villas, e quibus ipse nostrae Corbeiae hereditatem suam tradidit, explanemus. Hunc autem locum agere de hereditate huius comitis *Thuringi*, ex §. 140. in quo haec traditio significatur denuo, omnino discimus. Inde non sine ratione colligimus, hunc comitem *Thuringum* plura alia bona in eadem regione, in qua haec donata exstiterit, ex eadem hereditate accepisse et possedisse. Fuisse autem eandem hereditatem ducis Ostfalarum *Asig*, infra §. 104. demonstrabimus. Inquiramus igitur oportet in situm villarum *Chirfenbruce* et *Nienthorpe*, ut manifestum fiat, in quam prouincia hic comes suam hereditatem habuerit. Si ergo animum nostrum ad villam *Chirfenbruce* reuocamus, nomen ei inditum a ponte videtur: *Bruce* enim idem est ac *Brücke*, latine *pons*. Ex eo non inepte colligitur, hanc villam ad flumen quoddam exstiterit. Cur enim pontem facere necesse erat, si haec villula non ad fluuium quendam steterit? Si itaque ad flumen *Ouacram*, hodie dictum *die Ocker*, haud procul ab vrbe *Wolffenbuttela* vicus *Kissenbrück* reperitur, eundem esse *Chirfenbruce* non inconuenienter quis perhibere possit. Vt hoc eo probabilius reddamus, prouocamus partim ad *Registrum* nostrum, in quo haec villa in pago *Derlingo* collocatur, partim ad villam *Nienthorpe* in eodem pago obuam, quae sine dubio vico *Chirfenbruce* adiacens villa fuit. Intelligimus ergo per hanc vel *Neindorp* villam propinquam, vel *Neindorp*, villam desolatam, in agris *Scheppenstedensibus* quondam conspicuam in loco dicto *das Neindorpsfeld*. Sane illa regio, in qua haec villa fuisse, quondam pagus *Derlingi* appellata est. *Comes* itaque *Thuring* vel in pago *Derlingi* tempore imperatoris *Ludouici pii* comitatum suum habuit, vel praedia quaedam in eo possedit. Probabiliter ab eo nomen suum accepisse existimantur villae *Thuringeshuti* et *Thuringerode*. Id quod longe verosimilius est, quam sine ullo testimonio antiquorum cum beato *Lauensteinio* perhibere, *Thuringos* olim has regiones coluisse, quia locus, qui *Duringerode* appellatur, in iis reperitur. Sed, his remotis, intermittere non possumus, quin adhuc quaedam, sed meras coniecturas nostras, eruditibus fortasse non ingratas, de villa *Chirfenbruce* addamus. Antiquissimis temporibus, in primis aetate *Cornelii Taciti*, summi apud Romanos Historici, has regiones *Cberuscos* possedisse, in nostra *Historia Corbeiensi* demonstraui. An itaque nomen *Chirfenbruce* idem est, quod *cheruscorum pons*? Neque plane absolum, neque valde improbabile pronuntiatum id erit. Sane neque *Wolferbuttela* neque *Brunsvici*, tempore imperatoris *Ludouici I.*, pontem fuisse super *Ouacra*, asserendum est, quia id omnes tacent annales. Adde quod iis temporibus nec *Wolferbuttela* nec *Brunsvicum* vrbes exstiterunt; sed castella *Asséborg*, *Alaburc* et *Hebeshem* praecipua loca fuisse in eo ad *Obacram* tractu.

De comite Immodo.

(S) De comite *Immodo* vide supra §. 4. not. (h). Hic comitatum suum habuit in pagis *Hardego* et *Falhen*. Hic inter testes reperitur. Id quod nostram assertionem, qua per *Chirfenbruce* et *Nienthorpe*, *Kissenbrück* et *Neindorp* haud procul sitam debere intelligi, eo probabilior reddit.

De Osidaco.

(T) Infra §. 104. quidam *Osidac* inter consanguineos abbatis *Corbeiensis Warini*, et ducis *Luidolfi* refertur. An is idem sit atque hic, certo affirmare non possumus. Interim vide §. 44. not. (w) et infra §. 284, ubi inter *Billiganos* eum retulimus.



uuiching hilduin liutger althard uuulfric ricmund redfrid uuicbert (U) badered uualdric fiiuan.

gubernante Corbeiam Waringo.

§. 43.

Tradidit hrodulfus in bochem (V) mansum unum testes uuulpheri folcuuard grinheri hunnuard folcheri feriger bedic uuidugo hemmo cilbold.

§. 44.

Tradidit ofdag (W) in uilla uualdisleif (X) similiter uiginti et quatuor homines quorum ista sunt nomina ofdag halecbern thiadulf ofuuig meindag foduuert tutto landuerec et fratres eius fridugert ofiner germer uuilhund bruni elli adalger othret bosuc alfred uuicred brunger et fratres eius adalger berenger thiadger testes tudo hiduini uuichern reinhern io cirbert tadil uuilram fridugert.

§. 45.

Tradidit arnulf in pago abugo (Y) in uilla oadnothesbus (Z) mansos II et iurnales VI pro se et fratribus suis testes arnulf arinold alculf maccula folcold kedi riculf bennica.

§. 46.

Tradidit andger in uualdgeresleuo (a) quidquid habuit testes marcuuard deddo rothat hrothard uuerin.

§. 47.

- (U) *Wicbert* an filius *Widkindi* M. fraterque *Immadi* comitis fuerit, iudicent alii. De *Wicberto*.  
Fortassis *Immadius*, filius *Widkindi* nati maximus, ipse fuit. De villa
- (V) De villa *Bochem*, in pago *Nethga* obuia, vide infra §. 98. De villa Bochem.
- (W) De *Osdago* vide supra §. 42. not. (T). Eum prapotentem virum fuisse, ex hac traditione quoque apparet, quippe qui tam multos homines proprios elargiri potuit, quorum tamen multos sine dubio ipse sibi retinuit atque referuauit. De *Osdago*.
- (X) De villa *Waldisleif* iam supra §. 28. egimus, ad quem curiosum lectorem remittimus, qui ibi docetur, eandem villam in pago *Northsburingi* quondam existisse. Id ipsum comprobatur nostro Registro saepe iam excitato. De villa Waldisleif.
- (Y) (Z) Quanam in regione pagus *Abugo* sit constituendus, nos ignorare fatemur. D. Editor *Originum Pyrmont*. p. 13. seq. eundem pagum in regione *Wiseræ*, ubi praefectura *Forst* est sita, videtur collocare. Sed in terra ibidem obuia nullus restat locus, in quem poni possit pagus, nisi, hunc in aere versatili locandum esse, crediderimus. Cum enim pagus *Logne* ad *Wiseram* usque, et ad locum *Bodenfelde* procurrebat; ibidem vero pagus *Auga* in villa *Wirjesi*, hodie *Wirjesen*, e regione *Heristalli* Saxonici, quod *Vifurgis* tantum diuidit a *Wirjesi* villa, rursus habebat initium, et ex hac parte *Vifurgis* in *Sollingano* saltu descendebat usque ad villam *Illisam*, villam desolatam intra *Solingum* in loco dicto adhuc *die Ilfen*- seu *Ilfchengrund*: porro in eodem tractu ad villam *Sunderessan* intra campum *Bruckenfeld* in loco dicto *Sunderen*, et deinde (ut alias taceamus) villam *Aldenthorpe* ad *Holtzmindam* oppidum, et septentrionem versus *Varstan*, id est, praefecturam *Forst* eodem in pago *Auga* inuenimus, nullus locus reliquus est, in quo pagus *Abugo* sit collocandus. Versus meridiem enim, si haec regiones a stante in ipso monasterio *Corbeia* prospiciuntur, erat pagus *Suilbergi* in comitatu *Dasseliensi* et saltu *Sollingano*, versus orientem autem pagus *Wikanauolde* in praefectura *Wickensen*, quippe in quo fuerunt *Ngunburni* (*Negenborn*), *Aldantborpe* (*Stadt Oldendorp*), *Aschereshusen* (*Eschershusen*), et *Goldbiki* (*Golmbach*), iter dimidiae horae ab *Amelunchsborn* monasterio distans, a monasterio *Corbeia* vero tantum duo millia. Discedamus ergo in praesentiarum ab *Abugo* pago, alio tempore in situm eius studiose inquisitioni. Interim confer infra §. 208. not. (†). Mappas geographicas *Homannianas* vicina *Holtzmindae* loca vitiose exhibere, obiter indicamus.
- (a) *Waldgeresleuo* villa a quodam *Waldgero* denominata esse videtur, quis autem is fuerit De villa



Ab anno  
826 usque  
853 im-  
perante  
Hudo-  
uico et

## §. 47.

Tradidit *immadus comes* (b) quiddid habuit in uilla *lithingi* (c) in pago *falcken* testef *thuring comes* (d) *amalung comes* (e) fime bado uuilheri tanchard ethelin uuulhard uulfmer thiadric bernhard hildiuard reinheri albmer.

## §. 48.

Tradiderunt duo fratres *arnulf* et *beiu* pro patre suo *meinulfo* quiddid habuerunt in *scherua* (f) testef bodo fibold uuicmer eilhard *uuicric* herimer *bennic*

Waldge-  
resleuo.

fuerit non liquet. Testante nostro Registro ea erat in *Northburingia*. Similitudinem eadem villa habet cum Fallersleben, quarum altera olim fuit haud ubi procul Helmstadio, altera non procul ab oppido Afchersleben. Felgeleben iacet inter Salza et Barby, atque hæc nostra villa videtur.

(b) De comite *Immado* vid. supra §. 4. not. (h) et §. 42. not. (s) ubi diximus, eum probabiliter ad stemma Widikindeum esse referendum. Fortassis *Immado* hic filius *Widekindi* natu maximus erat. Et sane illustris Jo. Georg. ab *Eccard*, si adhuc in viuis foret, de hoc minime dubitaturus esset.

(c) De pago *Falben* intra ducatum Brunswicensem et episcopatum Hildesensem vide supra §. 35. not. (D) ubi, *Lithingi* villam, *Ledingen* in ducatu Brunswicensi vicum in inspectione *Barum* esse, asseruimus.

(d) De comite *Thuringo* vid. supra §. 42. not. (P) (Q) et (R)

De comi-  
te *Amalungo*.

(e) *Amalungum comitem* inter progenitores ducis Saxonie *Hermanni Billingi* esse referendum, infra §. 92. et §. 125. demonstrabimus. An *comes Amalung* hoc tempore comitatum suum habuerit vel in pago *Falben*, vel in pagis eidem contiguis, *Salteuwe* et *Flotvita*, de quibus infra copiosius, non liquet.

De villa  
*Scherua*  
et *S. Meinulfo*.

(f) Supra §. 41. Bruno quidam, quem, quantum coniectura auguramur, fratrem ducis *Ecberti* fuisse asseruimus, in villa *Scherua* duas partes mansi tradiderat. Iam addunt *Arnulf Beiu* et *Aldger* quaedam, et infra §. 77. *Wichmannus* quidam, et §. 327. *Thiadhardo* etiam, ita large et effuse eadem ex villa sua munera cumulant, ut tandem abbatia nostra officium quoddam in villa eadem acquisuerit, de quo in *Historia Corbeicensi* fusius agemus. Iam quæri potest, quisnam hic *Meinulfus* fuerit, pro quo filii bona sua in *Scherua* tradiderunt. Quodsi adfirmamus, *Meinulfum* fuisse filium *Brunonis* Angariorum ducis, apertissime et planissime statim quætionem motam explicasse videmur. Sed ulterius quærendo instari potest, an hic *Meinulfus* a *S. Meinulfo*, conditore monasterii *Bodecensis* in episcopatu *Paderbornensi*, diuersus fuerit? Ut ergo rem obscuram et tenebrosam, nec omnibus satis perspectam, patefaciamus, quærendum est primo, quisnam *S. Meinulfus* fuerit, ut planum fiat, an ille cum nostro *Meinulfo* vnus idemque sit, nec ne. Audiamus ergo primum *Gobelinum Perfonam* in *Cosmodromio* ætate VI. cap. 40. Tom. I. *Script. Rer. German.* *Meibomii* f. 240. ita differentem: *Carolus postquam Westphalos subegit, S. Meinulphum de fonte leuauit, et matrem eius Wichtrud dictam, patre eius iam defuncto, in suam protectionem recepit: quoniam frater mariti defuncti vim stupri sibi conabatur inferre. Hic Meinulphus nobilibus parentibus exortus, archidiaconus in ecclesia Paderbornensi, de bonis paternis monasterium monialium, seu canonicarum regularium, in villa *Vodicken* (lege *Bodicken*) *Paderbornensis* diocesis, fundauit et dotauit, quod usque ad tempora nostra perdurauit: nunc vero non hostium incurso forinseco, sed tinea attenuatum intrinseca, desolationi proximum est. Meinulphus post mortem et in vita miraculis claruisse legitur; et natalis dies eius quinta die mensis octobris in diocesi *Paderbornensi* celebratur. Hæc cum dictis conferenda est vita *D. Meinulfi*, quæ apud *Browerum* in *Siderib. Illustrib.* et *Surium* ad V. octobr. exstat, itemque *S. Meinulfi* Vita *Sigewardi*, quam possideo *MS&C*am. Ex hæc patet, *S. Meinulfum* circa annum 776 vel seqq. natum esse patre, e prima nobilitate *Angaria* potentissimo, et matre splendidissima *Wichtrud*, ad quam patre *Meinulfi* defuncto, cum fratre eius, (an *Widekindus* a nobis infra §. 104. not. (n) memoratus?) numina fictoque*

Deos



Deos adhuc colens, accederet, per vim supra eam comprimere voluit. Quod factum auersata mulier, ut primum e suppratoris manu euasit, Carolum M. e vestigio adit, et, qua angor inter lacrimas dictauit, libera voce prolocuta est, vindictam et tutelam a caesare petens. Atque ut imperatoris animum eo facilius inflecteret, MEINVLFFVM filium in caesaris conspectum secum adduxit. Carolus dictis eius obtemperans et MEINVLFFVM in tutelam suscipiens mandat, ut sacro lauacro ablueretur MEINVLFFVS, quia eodem nondum regeneratus erat. Quibus peractis caesar Meinulfum sacerdotibus erudiendum commendauit. Maturiore factum Meinulfum matrimonium contraxisse cum virgine aliqua nobili, non quidem addunt scriptores eius vitae; nihil tamen videmus, quod eius sanctitati obesse potuerit, etiam si hoc de eo suspicemur. Qui vitam eius sunt persecuti, referunt, eum postea praecelare sanctimonie bonaque indolis specimina dare cepisse, atque sacerdotibus Paderbornensibus fuisse adscriptum. Id vtiq; fieri potuit ab eo, qui vxoris consortio orbatu fuerat. Hoc adfirmare licet, Baduradum, episcopum Paderbornensem, anno 836 eum in Galliam ablegasse ad Cenomanos impetratum reliquias S. Liborii. Haec etiam S. Meinulfus, ut illas ab episcopo Cenomanorum Albrico impetraret, in ecclesia S. Vincentii vouit, se in fundo patrimonii sui et ex paternis bonis virginum sacrarum monasterium in loco, qui dicitur *Bodicon*, erecturum. Id opus Meinulfus sequenti anno, voto sic urgente, aggressus est, condiditque monasterium Bodecense, inprimis vsus consilio atque auxilio Corbeiensium nostrorum, inter quos abbas Warinus eius consanguineus erat. Operi monasterii et basilicae absoluto superstes fuit. Nam ad 4 Id. nouemb. basilicam dedicari fecit, et id in caenobium virgines sanctimoniales, quas collegerat, introduxit. Haece peractis, Meinulfus nihil sibi sanctius fore fuit arbitratus, nisi ut religionem Christi inter Saxones disseminaret, et rudes hominum animos, quos aetas illa ex cultoribus numinum commentitiorum Christianos formabat, legibus Saluatoris nostri excoleret, quo in curriculo se adhuc per aliquot annos exercens tandem conatus fuit immortalis. Eum caelo illatum fuisse, speramus. His igitur omnibus ceterisque, quae de procuratoribus praedicti monasterii (quibus in circumiacentibus villis bona sua contulit, ut ex iis monasterio Bodecensi administrarent) atque de prouida dispensatione Meinulfi proferuntur, rite ponderatis, nemo negarit, S. Meinulfum egisse praepotentem atque diuitem dominum in monasterii Bodecensis regione. In hac ipsa villa *Scherua* reperitur. Incredibile ergo esse putamus, nostrum Meinulfum fuisse alium, atque S. illum Meinulfum, cuius filii in villa *Scherua* bona sine dubio paterna, abbatiae nostrae donarunt. Sed obiciens id forte nobis, dicunt et ipsi docti Paderbornenses, S. Meinulfum anno demum 847 fuisse mortuum, ex nostra vero traditione videri, Meinulfum tunc non amplius fuisse in viuis, cum haec tradebantur. Respondemus primo, ne tiquam id apparere ex traditione nostra. Infra enim exempla occurrunt, quibus demonstrari potest, filios pro patre, et patres pro filiis quaedam donasse, quamdiu patres filiiq; viuebant. Deinde fieri potuit, ut fama ad aures Arnulfi et *Beiu* sit perlata, patrem eorum, inter Cenomanos degentem, vitam cum morte commutasse, qua filii eius, fortassis natu maiores, ad promouendam salutem animae patris Meinulfi videntur permoti. Tandem vero biographi S. Meinulfi annum emortualem eius non exprimunt. Omnia ergo, quae attulimus, cum nullo melius conueniant, quam cum filio potentissimi in Angaria *Brunonis*, pro cuius filio S. Meinulfum tam diu habemus, donec euidentissime comprobetur contrarium. Haec autem noua opinio, simulac ea est certa, ad multas historicas veritates viam aperit. In praesens tantum afferemus, hinc definiri posse, quanam fuerit mater ducis *Eberti*, auia *Luidolfi ducis* et abauia *Heinrici aucupis*. Recentiores Historici omnes eam *Gisela* seu *Hafalam* appellant. Ex dictis vero apparet, genuinum eius nomen fuisse *Wichtrud*; atque, ut tandem quaedam ad continuandam genelogiam S. Meinulfi nostri producamus, filius eius Arnulf idem videri fuisse, qui supra §. 45. in villa *Odnosheshus* in pago *Ahugo* abbatiae nostrae mansos duos tradiderat. Vterque vero, tam Arnulf quam *Beiu*, fratrem habuisse videntur *Wichmannum*, qui, §. 77. teste, in villa *Scherua* bona sua abbatiae nostrae donauit. *Beiu* filius esse videri *Beiu*, qui §. 237. in *Mulinhusen* quaedam tradidit. Arnulfi autem filius esse potuit *Eilbertus*, cuius filius *Haddoldus* in *Grimileshufen* (*Grimmelsen* ad *Dimolam*) §. 141. quaedam tradidit, in qua villa, in *Scherua* porro, et in *Rimbeke* etiam *Thiadhaldus*, qui *Wichmanni* II filius videri fuisse, praeterea nonnihil largitus est §. 327. Hadoldi vero



Ab anno *bennic* hrotger tradidit *aldger* pro fratre suo andger in *schervua* . . . . .  
826 vsque testef uualdman helmdag halec gangi.  
853 im-  
perante  
Hludo-  
uico et

## §. 49.

Tradidit uuihric pro fratre suo . . . di . . . in *odonbus* (g) mansum unum testef ecbert (h) hemnic pumi gerulf *memio* fini meinheri tancuard dal *uuelp*.

## §. 50.

Tradidit rotger de terra uirgaf quatuor in *lubttringi* (i) pro patre suo uuendildag testef sunt bald gheruad remmund.

## §. 51.

Tradidit meinbold in *stockem* (k) de manso partes duas et in *ymmanbus* (l) in *pago suilbergi* (m) tertiam partem testef schard gerhard arnold alman uuocgil iuo thanger redold addo.

## §. 52.

Tradidit adaluard in *stalo* (n) et in *alberteshuf* (o) quidquid ibi habuit in campis et filiis testef mennic erp nythard uuulfger ufo.

## §. 53.

vero ex fratre pronepotes videntur esse *Haoldus comes*, *Fridericus* et *Bruno*, qui anno 952 monasterium Geseke fundarunt, inter quos Haoldus, nisi fallimur, propatruus *comitis Haoldi* in pago Nethga anno 1030 fuit, qui consanguineus erat Dodiconis comitis, ab his vero nobiles domini de *Warborg*, et nobiles domini de *Canslein*, testantibus diplomatis nostris, descendunt. Plura desiderantem ablegamus ad schediasma nostrum MSctum de *venerabili sanctitatis nomine in genealogiis virorum illustrium*. Interim vide infra §. 104. not. (n)

De villa  
Oden-  
hus.

(g) Cum hæc Wihric, quem supra sæpe nominauimus, donauerit, villa *Odenbus* erit nulla alia, quam Odenhusen in *pago Hessi*, de qua villa vide supra §. 39. not. (1) An Hildibertus, qui in eadem villa l. c. quædam tradidit, eius frater fuerit, nescimus. Videri poterat fuisse, quia litteræ d. et i. adhuc apparent. Ceteras detriuit verustas. Vna fane villa est, testante *Regifro* nostro villa Odenhus.

De Ec-  
berto.

(h) An *Ecbertus*, ducis Ecberti filius et frater abbatis Warini, nondum notus? Nullum ex filiis celebratissimi illius ducis nomine patris insignitum fuisse, haud facile credendum. Fortassis ergo est ille, qui hic et in seqq. §. §. 138. 149. 155. 163. 170. 207. et 233. inter testes reperitur, et multis aliis antepositur, testium nomine laudatis.

De villa  
Luthrin-  
gi.

(i) *Lubttringi* villa in pago Auga erat ad Wiseram haud procul Corbeia. Dudum ea dicitur Luchteringen, pars diocesios Corbeiensis.

De villa  
Stoc-  
chen.

(k) *Stockem* hodie dicitur Stockheim ad fluuium Leinam in ducatu Grubenhagenico et in præfectura Rotenkirchen.

De villa  
Imman-  
hus.

(l) *Immanbus* villa hodie appellatur *Imbsen* in ducatu Grubenhagenico, ad Dominos de Stockhausen, hereditarios Marschallos abbatie Corbeiensis, referri solita.

De pago  
Suilber-  
gi.

(m) *Pagus Suilbergi* quondam fuit diffusus circa comitatus Dasselensis terras, quod quidem infra clarius patebit. Ergo is est quasi obex ante *pagum Logne*.

De villa  
Stalo.

(n) De villa *Stalo* in *pago Auga* vid. supra §. 21. not. (k). *Stale* olim denotauit *vetustum*. Vnde *Stellingæ* dicti sunt sæculo nono *veterum senumue nati*.

De villa  
Alber-  
teshus.

(o) *Io. Letznerus* in *Historia Ludouici pii* cap. 33. et 52. ac in *Chronico Dasselensi* Lib. IV. cap. 6. natales dominorum de *Albaxen* ex Benedicto Laspone, Monacho Reinhusano, ita recenset: "Widekindus comes de Gleichen cognomine niger in prælio, quod Edelhardus dux Saxonie anno 771 cum Pipino rege Francorum non procul Iburgo in Westfalia commisit, hostem forti manu prostrauerat, ca-

pris



ptis tribus adolescentibus nobilibus e Francia, regem Pipinum sequentibus, quorum primus erat Thomas de Albatia natione Hispanus, secundus Heimbertus de Granata, et tertius Grimboldus de Iberia." Ab Heimberto de Granata Letznerus originem dominorum de Rostorf et a Grimoldo nobilium de Iber deducit. De Thoma dicto de Albatia autem idem Letznerus refert, Widekindum de Gleichen dedisse eum comiti de Euerstein, cui fideliter seruerit, cuiusque gratiam promeruerit singularem, in compensationem obsequii fideique eundem Thomam a comite Euersteinio obtinuisse quandam curtem ad Wiseram, dictam Westerdorf, quam incoluerit sator et auctor nobilium Albacensium. Huic autem narrationi reclamauit C. F. Paulinus in *Historia MS&ta abbatia Corbeiensis tam latina quam germanica*. Hic sequitur Henricum Swartium, qui in *Chronico monasterii virginum Obergensis nobiles de Albaxen* e Francia deducit, tradens, primum, qui cum abbate Corbeiensi Warino et S. Vito anno 836 in Saxoniam venerit, fuisse Germanum de Alba Via, a villa sua, quam incoluerit, ita dictum. Addit idem Paulini, eundem Germanum de Alba Via post hæc ita se gessisse, ut Warinus abbas eum dimittere noluerit in Franciam, sæpius eius consiliis felicissime usus in aulis regum et principum. Germanum, ex quo controuersiam, quæ inter Warinum et Ditericum de Euerstein intercesserit, ex utriusque composuisset voto, refert idem Paulini, accepisse a comite de Euerstein curtem Westerdorp consentiente Warino, quæ curtis postea ab eius nomine dicta fuerit Albaxen. Cum enim, quod Paulinus addit, Germanus confuse et imperite scripserit nomen suum et maxime per notas, fuit *Albauia* lecta pro *Albaxia* & contractius *Albaxen*. Sed pudet tædetque nos istarum fabularum, et maxime, eo quod nos olim in *Sciagraphia nostra Historie Corbeiensis* p. 109. eidem fabellis publice consensimus, atque interuentu earum erranti cuidam viam monstrare voluimus, sperantes eo tempore, opinionem nostram, auctoritate C. F. Paulinii fultam, ab eruditis approbatum iri. Monita quoque nostra tantam vim habuere, ut doctissimus censor *Historie Hildefensis Lauensteiniana* in *Notis Actis Eruditorum* mense mart. a. 1741 p. 160. scripserit: *Emendetur id: Walbertus* (episcopus Hildefensis) *fuit ortus ex familia Albatinorum*. Quo ipso eruditissimus censor monere voluit, scribendum esse pro Albatinorum, de Albaxen. Ut autem Dn. Lauensteinus se in *Historia Episcopatus Hildefensis Vindicata* p. 33. seq. nullo alio modo defendit, quam ut cramben bis coctam denuo recoxerit: ita nos fabulam istam, ex origine nobilium dominorum de Albaxen deductam, hic publice recantamus, neuiquam vero hoc candore nostro victas Lauensteinio manus daruri. Quemadmodum enim eo tempore, quo *Sciagraphiam* nostram in lucem emisimus, multa et quidem meliora, in Archiuo Corbeiensi obuia, non ea inspexeramus fortuna, quæ nobis postea adfulsit, neque has traditiones et alia Registra bonorum et prouentuum Corbeiensium, vti ante nos eruditorum nullus, vnquam oculis nostris vsurparamus; ita *Walbertum* neque ex gente Albatinorum, neque ex stirpe de Albaxen ortum fuisse, hic publice significandum esse duximus. Honor iste tribuendus stirpi Widichindeæ. *Walbertus* enim ex patre Bardone pronepos fuit Widekindi M. vti infra §. 367. euidenter sumus demonstraturi. Ad originem autem familiæ dominorum de Albaxen quod attinet, fabulæ sunt ea omnia, quæ Paulinus de curte Westerdorp profert. *Ditericus de Euerstein*, quem sibi fingunt Swartius et Paulini, nunquam exstitit in rerum natura. Tempore imperatorum Carolingidarum non nominabantur nobiles domini a villis vel castris suis. Et quis seculo nono de comitibus, a Gleichen et Euerstein dictis, aliquid scripsit? In his nostris traditionibus, in quibus sine dubio maxima pars nobilium dominorum, qui tempore Carolingidarum cæsarum in nostra Saxonia floruerunt, later, nullus dominus a suo burgo vel castro appellatur; et *nobiles de Albaxen* neuiquam nomen suum traxisse ab Alba Via eadem hæc traditiones et hic noster locus euincunt. Villa enim, quæ hic nominatur *Albertesbur*, in Registro nostro ponitur in pago *Auga*, et est illa, vnde postea dicti sunt quidam ministeriales Corbeienses de Albaxen. Ne autem quis nos temeritatis atque audaciæ arguat, prouocamus ad diplomata nostra, et quidem ad autographa in Archiuo Corbeiensi obuia, in quibus eadem villa, quæ hic appellatur *Albertesbur*, modo *Alberthur*, modo *Albachtesbur*, modo *Albathissen*, modo *Albachthissen*, modo *Albathissen*, et tandem *Albaxen* nominatur. Sic etiam domini, qui eam incoluerunt, inter testes adpellantur. Ut adeo nugæ sint, quæ de litteris Germani istius de Alba Via, minus legibilibus C. F. Paulinus profert. Quis enim vnquam illas vidit, nisi nu-



Ab anno  
826 usque  
853 im-  
perante  
Hudo-  
uico et

§. 53.

Tradidit . . . . . in *astenbechi* (p) mansum I testef beui folcrid  
suuiter mennic item suuiter gelo.

§. 54.

Tradidit theodharduf in *silbirgi marcu* (q) quidquid ibi habuit in siluif  
et campif testef *teodger comez* marcbody bern reduuard figer hranuuard hun-  
nuard gerdag stulluc.

§. 55.

Tradidit erdag in *smathi* (r) mansum unum testef *obtrit* ricdag uuerin-  
bold *thiodger comez* otheri hunnuard addic.

§. 56.

Tradidit *obtrit* in *harun* (f) iurnalem I iuxta ecclesiam testef ricdag  
erdag uuerinbold *thiodger comez* hunnuard otheri addic.

§. 57.

Tradidit berndag in *thurisloun* (t) iurnales II testef eylold ymmo.  
tradidit abbe in *aluchi* (u) de hereditate grimoldi tertiam partem quam ha-  
buit femina eiuf de opere falif testef folcrid hildiuuard eisuart adalfrid  
uuulfger.

§. 58.

gator et fabulator? Est autem eadem villa Alberteshus seu Albaxen sita vnus ho-  
rae viam a nostra Corbeia, septentrionem versus.

De villa  
Asten-  
bechi.

(p) *Astenbechi* villa erat, testante *Registro* nostro, in pago *Ambergo*, qui cum ex parte  
in comitatu Woldenbergico in episcopatu Hildesiensi fuerit, vti infra videbimus,  
villa *Astenbechi* vicus *Astenbeck* esse debet. Dolemus, quod traditoris nomen  
legi non potuit. Fortasse fuit *Maynhard*, infra §. 107. memoratus.

De mar-  
cu Silbir-  
gi.  
De villa  
Smathi.

(q) De *Silbirgi marcu* in pago *Suilbergi* intra episcopatus Hildesiensis terras, vel po-  
tius in comitatu *Dassel*, vide infra §. 118. et §. 167.

(r) *Smathi* villa in *Registro* nostro ponitur in pago *Nitbega*. Idem vero pagus erat,  
restantibus nostris diplomatis, pago *Auga*, in quo erat *Corbeia* nostra, contiguus,  
vti infra §. 86. porro videbimus. A fluuio *Netha* hunc pagum appellatum, ad-  
modum probabile est. Intelligimus ergo, et recte intelligimus per *Smathi* vil-  
lam vicum *Smechte*, haud procul a *Driburgo* oppido, ab acidulis celebri, in epi-  
scopatus *Paderbornensis* tractu situm.

De villa  
Harum.

(f) Sequitur in *Registro Bonorum et Prouentuum* Ab. Corb. villa *Harun* in pago *Almun-  
ga*, probe discernenda a villa *Harim* in pago *Sturmidi*. *Harun* in pago *Almun-  
ga* est vicus *Haren*, in episcopatus *Paderbornensis* tractu in dominio *Weuelsburg*  
situs ad viam, quæ a *Paderborna* ducit ad *Heresburg* seu oppidum *Stadberge*,  
situs ad *Dimolam* flumen. E situ villæ *Harun* coniectauimus infra §. 142. *Ob-  
tritum*, qui in hac villa bona quadam tradidit, spectasse ad stemma *Widekindi* M.

De villa  
Thuris-  
loun.  
De villa  
Aluchi.

(t) De villa *Thurisloun*, quam abbas *Saracho* l. c. tribuit, sita in pago *Hessi*, vide infra §. 60.

(u) *Aluchi* villa in *Registro* nostro sæpe citato reperitur posita in pago *Derlingi*. Pu-  
tamus per eam intelligi vicum *Alen*, non procul ab vrbe *Wolferbutrela* situm,  
et id quidem ob rationes sequentes. Originale diploma regis *Arnolfi*, datum an-  
no 828 infra allatum, comprobatur, abbatiam *Corbeiensem* in villa *Dalbem*, sita in  
*orientali Saxonia* ultra fluitum *Ouaccram*, olim possedisse sextam partem *Salinarum*,  
eamque permutasse aliis bonis in pago *Nibthersi* sitis, et dedisse illam *Otoni illustri*,  
siquidem vtriusque maior commoditas in locorum situ fuerit hac permutatione facta.  
Quodsi autem ultra flumen *Ouaccram*, vbi pagus *Derlingi* erat, nullæ saline  
fuerunt quodam in loco, qui *Dalem* appellatur, nisi in loco, hodie nominato

Saltz-



## §. 58.

Tradidit hermenradus presbyter tertiam partem grimoldi de opere salif in *amplithi* (v) et locum casae quae ibi est testef folcrid uuilleri fibert abbic suithard meyndac hrodbern foldet esi.

gubernante  
Corbeiam  
Warino.

## §. 59.

Tradidit bilif quiddid habuit in *fresienbus* (w) testef eliso banegot redman helmdag ricold reynnuard randuuc. duddic meynric.

## §. 60.

Tradidit uuulfhard et odoy in *tuischinum* (x) et in *thurisloun* (y) mansof duos testef *uuymod* uuulfhard odi erp meynold geruuard had.

## §. 61.

*Saltzthalen*, ob splendidissimum palatium *Serenissimi Brunsvicensium ac Luneburgensium Ducis* ad Garamantas usque celebratissimo; arbitrati sumus, villam *Dalbem* in diplomate regis Arnolphi interpretandam esse per *Saltzthalen*. Quia autem nullum vestigium deprehendimus, qua ratione Corbeia nostra salinas in *Dalbem* acquisiuerit, putauimus, inueniri illud in hoc loco nostro, siquidem villa, *Alen* vicina et finitima est villae *Saltzthal*. Argumenta, a vicinia locorum ducta, habemus quidem non semper pro firmis. Fortasse autem anno 834 villa *Aluchi* in pago *Devlingi* maioris momenti erat, quam *Dalbem*, ubi probabiliter eo tempore tantum adhuc exiguae casae erant, ad salem coquendum necessariae. Et quis comprobare poterit, iam anno 834 locum *Dalbem* villam singularem fuisse? Iam autem a potiori fit denominatio, ut in scholis philosophi loquuntur. Dolemus, quod in Traditionibus nostris non annotatum fuit, quis ille *Grimoldus* fuerit, cuius femina possedit hanc tertiam partem ex isto salis opere. Fortassis *Grimoldi* vxor erat filia ducis Ostfalarum *Hessi*, et mater *Abbiconis* seu *Abbonis*. Coniectura augurati sumus infra §. 188, hunc *Abbonem* fuisse filium *Albionis* seu *Abbonis principis*, tempore Caroli M. celebratissimi. Si hoc tibi non placet, sique dicis, Chronologiam repugnare, quo minus *Abbic* statui queat filius *Albionis*, non repugnamus, si maius statuere, *Abbiconem* eiusque fratres l. c. nominatos, fuisse nepotes principis *Albionis*. Speramus enim, neminem esse negaturum, originem serenissimorum principum ac comitum *de Anhalt, Walbeck* et *Supplinburg*, loco laudato a nobis ostensam, esse verisimilem, immo inter omnes haecenus prolatas opiniones probabilissimam. At hoc praefiscini.

- (v) Villam *Amplithi* existisse in pago *Guddingo*, docuit nos abbas Saracho in suo *Registro*. Intelligi vicum *Empelde* in ducatu Calenbergico, diximus iam supra §. 7. not. (n) Bona in hac villa habuit *Grimoldus* ex hereditate ducis Ostfalarum *Hessi*, ut patet e Traditionibus nostris §. 108. Nobilissimum ergo fuisse illum dominum, nemo negare poterit. Colligimus autem e donis, quae tam in villa *Amplithi*, quam in villa *Aluchi*, tradita sunt abbatae nostrae, has et sequentes Traditiones promulgatas esse post annum 834. Exstat enim autographum diploma Caesaris *Hludouici* in tabulario Corbeiensis, ex quo clarissime apparet, *Warinum abbatem* anno 834 coram throno caesareo questum esse, suo deesse monasterio locum, ubi sal fieret ad cibos monachorum in nostro canobio degentium saliendo. *Warinus* ergo rogauit serenitatem caesarem, ut de loco cuiusmodi prouideret imperator, ubi sal fieri posset. Precibus Caesar admiit. Hoc expetere abbas *Warinus* non potuisset, si iam eo tempore abbatia nostra salinas in *Amplithi* atque *Aluchi* habuisset. Indicio est ergo illud diploma caesareum, haec esse tradita post VI. Id. Iunii anni 834.

De villa  
Amplithi.

- (w) Villa *Fresienbus* erat, Sarachone teste, in pago *Nitbega*, et in *Angaria occidentali*. Verisimillimum ergo esse intelligitur, vicum *Froubusen*, in Paderbornensis episcopatus terris situm designari.

De villa  
Fresien-  
bus.

- (x) (y) Villae *Tuischinum* et *Thurisiloun* tribuuntur a Sarachone l. c. pago *Hessi Franco-*

De villis  
Tuischi-  
num et  
Thuris-  
iloun.



Ab anno  
826 usque  
853 im-  
perante  
Hludo-  
uico et

## §. 61.

Tradidit uniuersum in *hoaga* (z) quicquid habuit testef yrminred marc-  
uuard marcboðo gharuuard helmuard hildiuuard uuulfger aldger.

## §. 62.

Tradidit uffed in *stela* (A) et *Aldberteshuf* (B) et in *higenbus* (C) et in  
*hameresbus* (D) quicquid habuit ibi in campis uel in siluis testef redman bar-  
ding uniuersum liuddac.

## §. 63.

Tradidit enno comes (E) pro remedio animae ricberngangum quam  
habu-

fuisse quondam ad fluuium Adernam, hodie dictum *die Eder*. Occidentem ver-  
sus ille contiguus erat pago Itegowie in principatu Waldeccensi. Erant in hoc  
pago *Fritisar* (Fritular), *Buriaburg* (Bureburg), atque aliae uillae. *Tuischin*  
ergo uilla uideretur locus esse *Züschen*, in principatu Waldeccensi sub praefectura  
Wildungen situs ad fluuium Elbe, qui exonerat sese in flumen Adernam intra  
Landgrauatus Hassiae terras. *Thurwilou* autem uilla est eadem, a qua se postea  
appellauere nobiles quidam domini, de *Thurilon* cognominati.

De uilla  
Hoaga.

(z) Sequitur in nostro Registro uilla *Hoaga* in pago *Enterigowi*, per quam nullum ali-  
um locum intelligi posse putamus, nisi oppidum *Hoaga ad Wiseram*, a quo qui-  
dam comites Saxoniae nostrae postea dicti sunt de Hoia. Pagum enim *En-  
terigowi* in nulla alia prouincia potissime quondam exstitisse, praeterquam in  
comitatu Hoiano, demonstratur sumis pluribus infra. Licet ergo recentiores  
quidam historici arbitrati sint, locum Hoia demum originem habuisse seculo  
XIII, nullus tamen non uidet, eos uideri in errore uersari. De *Wicmoda*, quae  
bona in *Hoaga* tradidit, egimus infra §. 392.

De uilla  
Stela.

(A) Villam *Stela* quondam exstitisse in pago *Auga*, in quo erat Corbeia nostra, testa-  
tur Saracho abbas in Registro. Intelligimus ergo vicum *Stale* in principatu Cor-  
beiensi, qui iter unius horae ab ipsa Corbeia nostra distat.

De uilla  
Aldber-  
teshus.

(B) Aldberteshus erat, eodem Sarachone teste, situm in pago *Auga*. Eadem ergo vil-  
la est, ac ea, quam supra §. 52. not. (o) appellauimus *Albaxen*, sita unius horae  
iter a Corbeia nostra.

De uilla  
Higen-  
bus.

(C) *Higenbus* uilla erat in pago *Auga*, eodem Sarachone teste, postea dicta *Hogenbur*.  
Nostra autem aetate appellatur locus *Haienbusen*, nec procul abest a famosissimo  
castro *Brunonisburgo*, intra principatum Corbeiensem eminente.

De uilla  
Hame-  
reshus.

(D) *Hameresbus* uilla tribuitur in Sarachonis Registro, saepissime excitato, pago *Auga*.  
In quadam charta ficta, quam exhibent Nicol. Schatenius in *Annal. Paderborn.*  
Tom. II. p. 14. seq. et *Monumenta Paderbornens.* p. 122. seqq. haec uilla nuncupatur  
*Homersen*, olim sita in diecesi Corbeiensi. Hodie omnino ea desolata est,  
et probe distinguenda est a uilla *Heinbusen*, quae teste diplomate caesaris Conradi  
II anno 1031 in pago *Auga* erat, et adhuc superest, nominaturque *Heinsen* seu  
*der Heinsche hof*, sita non procul a uico *Bökendorp*, nec confundenda cum uilla  
*Heinsen ad Wiseram*. Haec enim uiltima uilla erat in pago *Tilithi*. Praeterea  
uilla *Hameresbus* non permiscenda est cum uilla *Hemetesbus*, sita in pago *Nitbe-  
ga*, hodie dicta *Hemsen*, et sita non procul a uico *Bruchausen* ad fluuium *Neta*,  
ob bonum puluerem nitratum, qui ibidem fabricatur, satis noto, et obnoxio  
ditioni dominorum *de Kamen*. *Uffed*, qui bona sua tradidit, in uillis *Hameres-  
bus*, *Higenbus*, *Aldberteshus*, et *Stela* sita, uidetur fuisse Uffo, qui §. 52. inter  
testes censetur, probabilissime cum *Adaluardo* ad familiam Brunonianam refe-  
rendus, de quo infra §. 104. pluribus exponitur.

(E) En-



habuit ille uiuent prope *offenthorpe* (F) testes *fresger* (G) *hilduin eunuurhard* gubernante Corbeiam Warino. (H) *tiadmer ico arduif*.

## §. 65. (h)

Tradidit *ueringer* (I) pro fratre suo *folcher in harte* . . . (K) quidquid habuerunt in illo *bifang* (L) . . . . . testes *thuring* (M) *hrothard hildifrid redmer*.

## §. 66.

Tradidit *eilhard in haanstedibus* (N) quidquid ibi habuit in *amarecutui* (O) testes *hunuuard marcobdac addic uuulger aldric adalger*.

## §. 67.

- (E) *Enno comes* supra §. 20. et 28. *filius Amalungi* appellatur. Ex hoc §. apparet, De *Enno* eum hoc tempore esse mortuum. In agone constitutus bona in villa *Offenthorpe* monasterio Corbeienfi. donasse videtur, et forte *Fresger* vel alius, postquam *Enno* animam creatori reddidit, hoc cœnobio nostro denunciavit. Inde Corbeiensis nostri hanc traditionem annotarunt, ut pro remedio animæ *Ennonis* debita exfoluere possent.
- (F) Villam *Offenthorpe* fuisse in pago *Laingo*, didicimus e Sarachonis Registro. Pagus *De villa Laingo*, nobis videtur pagus *Logne* in principatu *Göttingensi*. Intelligimus itaque vicum *Offendorp* in eodem existentem principatu non procul ab oppido *Dransfeld*, in quo ius patronatus habet princeps Corbeiensis. Probe villa *Offenthorpe* discernenda ab *Offenthorpe*, quæ in fine Registri cit. reperitur atque in pago *Hessi Saxonico* collocatur. Hæc procul dubio est *Offendorp* ad fluuium *Dimolam* in *Paderbornensi* episcopatu non procul ab oppido *Warburg*. *Ennonem comitem* nos supra inter progenitores ducis *Hermanni Billingi* retulimus. Familiam *Billinganam* ampla bona possedisse in principatu *Göttingensi*, videbimus infra. Probabiliter fuit *Enno* comes hoc tempore comes in pago *Suilbergi*, pago *Laingo* contiguo.
- (G) *Fresger* nominatur infra §. 126. propinquus *Luidolfi comitis* seu ducis *Saxonia*. De *Fresgero*.
- (H) Forte hic *Euuurhardus* ille est, quem supra §. 22. *Euerhardum II* nominauimus et inter progenitores comitum de *Euerstein* retulimus. De *Euerhardo*.
- (h) In contextu hic nihil deest, quamuis §. 65. sequatur §. 63. Errorem nostrum in assignandis §sis demum animaduertimus, cum sine magno labore res mutari non potuit.
- (I) *Weringer* an idem qui *Beringer*? Optandum foret, ut hic §. in omnibus uocibus *De Weringero* potuisset legi. Tota pene linea uetustate extincta est.
- (K) Per *Harta* sine dubio intelligitur pagus *Hartego*, de quo egimus supra §. 4. not. (i).
- (L) De uoce *Bifang* euoluatur *Du Fresne* in *Glossario ad scriptores medie et infime latinitatis*. Vox illa mere germanica est, denotatque locum septo seu certis limitibus inclusum seu circumductum, qui latine dictus est *captura*, ambitus, septum, comprehensio, teutonice *Bifang*.
- (M) De *Thuringo* confer supra §. 42.
- (N) Locum *Haanstedibus* fuisse in *Germaremarcu*, docet nos abbas noster *Saracho* in suo Registro B. et P. A. C. Cum *marcus Germare* extiterit circa oppidum *Eskeneweg*, hodie *Eschwege* ad fluuium *Werra* in *Landgraviatu Hassia*, uti infra videbimus, nihil impedit, quo minus intelligamus per *Haanstedibus* locum *Haanstein* non procul ab oppido *Wirzenhufen*, ad eundem fluuium sito. De villa *Haanstedibus*.
- (O) Hoc nomen non potuit distincte legi, utpote uetustate detritum. Fortasse legendum est *Garmaremarci*: legi autem et potest *Angaregawi*. Hæc uelima lectio nobis uidetur optima. Cum ergo *Saracho* doceat, villam *Haanstedibus* extitisse in *Germaremarcu*, concludimus ex eo, *Germaremarcu* olim spectasse ad *Saxoniam*, et quidem ad *Angariam* in orientali regione. Digna res est, que confide-



Ab anno  
826 vique  
853 im-  
perante  
Hludo-  
uico et

## §. 67.

Tradidit odi pro fratre suo teodulfo in *birgiströtun* (o) dimidium quod ibi habuit testef uulbert ico marcquard.

## §. 68.

Tradidit goderman pro fratre suo meynheri in *uwinethabus* (P) quidquid ibi habuit præter vnum gangum in *hrotthingun* (Q) iurnales XV et unum locum aedificii domus testef renold aseric et eilbert tiadger hripo marcuard arnold hadubert folcdag deddo tiadric iuo bruno heinric ueuleric gerulf.

## §. 69.

Tradiderunt hiuiniu et asculf quidquid habuerunt in *guddingun* (R) et in

fideretur accuratissime. Idem enim locus olim spectauit ad patrimonium Heinrici Leonis, teste diplomate anni 1203.

De filia  
Birgistro-  
tum.

(o) *Birgiströtum* erat filia, Sarachone teste. Intelligimus Birkenstrut in comitatu Waldecensi ad monasterium *Aroldeßen* spectans, ex bonis Corbeiensibus olim fundatum.

De villa  
Wine-  
thabus.

(P) Iam supra §. 5. not. (k) villæ cuiusdam *Winethabus in pago Logne* mentionem iniecimus, et indicauimus per eam vicum desolatam Winthufen in principatu Göttingensi intra præfecturam Niennouer. Nunc producimus ex nostro *Registro* villam *Winthufen in pago Netbga*, et putamus, eandem esse hanc villam *Winethabus*, in qua Godermannus abbatæ nostræ, quidquid habuit, donauit. Sed vbi est, quæris, vel vbi fuit eadem villa *Winethabus*? Respondemus: intra episcopatus Paderbornensis terras, et quidem inter vicos Rher (vbi domini de Mengersheim) Heinholte (vbi domini de Druchtleben), Natzungen (vbi domini de Siegard) et Schweckhufen (vbi domini de Spiegel castella seu domicilia sua nobilia habent) haud procul a vico Fronhufen. Nunc vero villa Winthufen dicitur *die Winter böse*; olim vero ibi erat vicus nominatus *Windbusen*.

De villa  
Hrot-  
thingun.

(Q) *Hrotthingun* videtur esse *Rotbe* haud procul ab oppido Borcholte et vico iam not. (P) dicto *Natzungen*. Ibi enim *pagus* erat *Netbga*.

De villa  
Guddin-  
go.

(R) Locum insignem, collato *Registro* nostro MScto, hic inuenimus aptissimum ad dirimendas controuersias, quas inter sese habuere viri quidam docti et nostra ætate illustres. Diu enim multumque disceptatum fuit, an villa *Goddinga*, in qua Carolus M. mense octob. anno XI. et quinto regni sui monasterio Dionysiano in Francia priuilegia confirmauit, in nostra Saxonia inuenienda sit nec ne; itemque an eadem villa sit vrbs *Göttinga*, in qua hodierna die academia floret; atque an eadem villa *Goddinga* *pagus Guddingo* nomen dederit? Licet autem nos, quæcunque a viris doctis egregie dicta sunt, miris modis vbique exosculemur, ea tamen, quam profitemur, animi sinceritas nobis prorsus non permittit, vt ea, quæ sentimus, hic reticeamus. *Pagus Guddingo* vbinam sit inueniendus, iam supra §. 7. not. (n) indicauimus, nempe non in agris Göttingensibus, sed in ea episcopatus Hildesienfis atque Principatus Calenbergici parte, quæ oppida Eltze et Gronau ac siluam Ihr ab occasu attingit. Fuisse autem in nostra Saxonia et quidem in *pago Logne* villam *Guddingo*, *Registrum* nostrum sæpissime allegatum, confirmat. Quæ villa *Guddinge* an sit hodierna vrbs *Göttinga*, nunc nemo amplius dubitabit. Exstitit ergo iam tempore Ludouici pii villa *Guddingun*, cuius hic meminerunt traditiones, quæ, cum in *pago Logne*, qui in principatu Göttingensi, vti supra demonstrauius, fuit, quondam exstiterit, *pagus Guddingo* nomen dare haud potuit. Nihil ergo videmus, quod nos impediât, quo minus statuamus, Carolum M. anno 779 præsentem fuisse in villa, postea vrbe, *Göttinga* intra nostram Saxoniam.

(S) *North-*



in *northgu* (S). testef teodulf pumi yrmynnuarduf anulo heriger uuil-  
dulf.

guber-  
nante  
Corbe-  
iam Wa-  
rino.

§. 70.

Tradiderunt *Liudulfus* (f) et teodgeruf in *cogardo* quidquid proprium  
habuerunt. testef giki hunnuarduf aldmer folcmer hildric bernharduf addic  
uulger ferihet.

§. 71.

Tradidit hildibert pro anima fratris sui thiadric in *uuithem* (T) man-  
sum I. et in *frestenbus* (U) mansum I. et in *uuulfriedesbrec* (V) quidquid  
ibi habuit in siluif et in campif. testef uuulfher gelo bodo uuydo *beui*  
bernhard.

§. 72.

Tradidit ascult in *hageresbem* (W) quidquid habuit. testef marcalc  
gherbern amo alfuuard dando hered.

§. 73.

Tradidit laico in loingo *uualde* (X) *liauuldindburstal* et *bamlineftade*  
... testef folkeri bruni suithard tueho uerimbold pamo odi lant-  
uart uual.

§. 74.

(S) *Northgu* est Nörthen oppidum in principatu Göttingensi. In Registro nostro ex- De villa  
citato statim sequitur villam *Guddinge*, in pago *Logne sitam*, villa *Northu* in eo- Northgu.  
dem pago conspicua. Bona Corbeientia in villis *Guddingun* et *Northgu* quorsum  
delata sint, inuenies in *Historia Corbeientis*.

(f) *Liudulfus* videtur esse comes Luidolfus et frater Warini, abbatis Corbeientis. De Lui-  
*Teodgerus* eorum consanguineus, comes Thiodger, supra saepius memoratus, ad dolfo et  
familiam Brunonianam referendus est, vt infra §. 104. not. (n) obseruabimus. villa Co-  
*Cogardo*, vel *Cogardun*, vt etiam infra saepius nominatur, nulla alia villa est, gardo.  
praeterquam quae in Registro nostro nominatur *Kogerde* in pago *Wikanauelde*, per  
quam intelligimus *Keierde* seu *Keier*, olim sub dominio Homburgico, iam vero  
sub ducatu Brunuicensi sitam. Est ecclesia ibidem filia ecclesiae in vico Delljesen ad  
filuam dictam Hills.

(T) De villa *Witbem* in pago Auga vide supra §. 19. not. (E)

De villa  
Witbem.  
De villa  
Fresten-  
bus.

(U) De villa *Frestenbus* vide supra §. 59. Erat in pago Nethga haec villa.

(V) *Wulfriedesbrec* idem est ac locus a quodam Wulfriedo erutus, germanice ein Ort De villa  
den Wulfried zu erst aus dem Anger gebrochen und gebauet; vbi vero hic lo- Wulfrie-  
cus situs fuerit, indicat nostrum Registrum, in quo idem collocatur in pagum Wulfrie-  
*Nethga*. Sed ipsa villa est desolata, olim reperta haud procul ab Himmihufen *Himmihufen*  
vico intra episcopatum Paderbornensem in loco, qui adhuc nominatur *Wroff-  
brock*.

(W) De villa *Hagersbem* in pago *Logne* vide supra §. 34. not. (x). *Ascult* ergo, qui De villa  
haec tradidit, videtur idem esse, qui supra §. 69. donauit, quidquid habuit in Hagers-  
*Guddingun* et *Northgu*. hem.

(X) *Loingo* hic ponitur pro pago, ita, vt Walde, *Liauuldindburstal* et *Bamlineftade* De pago  
villae sint in pago *Loingo*. Nolumus vero intelligere pagum *Logne* intra princi- Loingo.  
patum Göttingensem, neque pagum *Laingo* in Frisia orientali, neque pagum  
*Loganaba* in Hassia ad fluuium dictum *die Lone*; sed pagum *Lainga* in ducatu Lu-  
*neburgico* et in terminis episcopatus Verdenfis, in quo villam *Saltowe* i. e. *Soltau*  
in



Ab anno  
826 usque  
853 im-  
perante  
Hludo-  
uico et

## §. 74.

Tradidit cilger presbyter in *lianbeke* (Y) in uice tiadonis (Z). quidquid ille tiado ibi habuit. testes abbi uerindac uualdman.

## §. 75.

Tradidit hobert in *bionbus* (a) iurnales XX. testes benno edic frederic . . . . . rumoldt.  
tradidit uuulfhard in *marcberteshus* (b) quidquid ibi habuit. testes odi folcher othelm.

## §. 76.

Tradidit ricdag in uice *bernic* (c) defuncti quidquid ille habuit in *hot-tenheim* (d). testes lutger bernheri tetuard fridubern helmbody uualding godaco hedo hunuard thancger haduuard.

## §. 77.

Tradidit uuigman in *scherua* (e) in *pago hessi* (f) quidquid ibi habuit. testes addasta marcbodo *bruni* bago berter adalhard albric *ecbert*.

## §. 78.

Tradidit emmo in *cogarden* (F) quidquid ibi habuit. testes *alfric* teodric aldmer herigeld hodag dag uuelp.

tra-

in Luncb. Principatu stem iam supra adduximus. Ea enim in regione inueniuntur Walle et Lengebostel; licet in pago *Laingo* in Frisia orientali etiam villa *Waldi* inueniatur, in qua praepositura nostra Meppensem decimam habuit. Vt adeo adhuc incertum sit, quis pagus proprie intelligatur. Aliis perquirendum relinquimus, quicquid hic nobis adhuc est obscurum.

De villa  
Lianbe-  
ke.

(Y) Villa *Lianbeke* erat in pago *Derlingo*, teste Sarachone in suo *Registro Bonorum et prouentuum abbatis Corbeiensis*. Vbi ea villa quondam existerit, in obscuro latet. Id ipsum iam supra §. 15. indicauimus. *Tiado*, qui teste *Registro* cit. quatuor mansos in hac villa tradidit, uidetur esse *Marcalcus Thiaddo*, cuius Traditiones nostrae supra meminere §. 24. Ex quo momento apparet, diuitem eum fuisse dominum, quem inter progenitores comitum *Supplinburgicorum* ex coniectura retulimus infra §. 188. Probe autem haec villa *Lianbeke* discernenda est a villa *Lienbeki* in pago *Suilbergi*.

(Z) De *Tiade* vid. supra §. 24. not. (O)

De villa  
Bionhus.

(a) *Bionbus* erat in pago *Hardego*, testante nostro *Registro*, postea dictum *Banhufen*.

De villa  
Marcberteshus.

(b) *Marcberteshus* villa erat in pago *Suilbergi*, postea dicta *Marckhusen*. Hodie locus appellatur *Marxhusen* seu *Merxhusen*, olim in comitatu *Dassel*, ad flumen dictum *die Spörling*, quod deinde per *Mackensen* et oppidum *Dassel* influit in *Ilme* fluium, qui tandem excipitur a *Leina*, flumine maiori.

(c) *Bernic* nomen proprium, ut uides, est uiri cuiusdam. Inuenitur in episcopatu *Paderbornensi* uicis, seu ut uolunt, oppidum, quod nominatur *Bertric*. An ab hoc nominatum fuerit, incertum.

De villa  
Hottenheim.

(d) *Hottenheim* villa erat in pago *Hessi*, testante *Registro* nostro; dudum uero desolata est. Situs eius fuit haud procul a uicis *Büne* et *Aldorpsen* ad iura dominorum de *Spiegel* spectantibus in episcopatu *Paderbornensi*, in loco seu area dicta *Holtenen* seu *Hoite*, commemoratione dignus.

(e) De *Wigmanno* et villa *Scherua* uide supra §. 48. not. (f)

(f) De pago *Hessi Saxonico* uide supra §. 33. not. (v)

(F) De villa *Cogarden* in pago *Wikanaulde* uide supra §. 70. not. (s)



tradiderunt cilgrim et adalhard adaldac et *esic* quidquid habuerunt in *cogbarden*. testef folcrid *ecbert* abbi *fibert*.

gubernante  
Corbeiam  
Warino.

## §. 79.

Tradidit otheri quidquid habuit in *uuuringererehusun* (g) testef ricdag erdag uuerinbold *othric* thiatger hunnuard addic.

## §. 80.

Tradiderunt ludbold et ofger, quidquid habuerunt in *cogbarden*. testef ricdag raynold *amelung* (h) fimer.

## §. 81.

Tradidit *beuo* (H) in *cogbarden* quidquid ibi habuit. testef hunoldi hrun hripo hillin *alfvic*.

## §. 82.

Tradiderunt beyo et aldger teodmar *gerold* liutman saluman hogel halulec quidquid habuerunt in *cogbarden*. testef hunnuard adalhard *uuiric* frederic.

## §. 83.

Tradiderunt adaldef et eillef et hrodleif quidquid habuerunt in *cogbarden*. testef adalhard uuichard frederic richard.

tradidit euuardag in *cogbarden* quidquid ibi habuit. testef rodulf ricgil robuuard.

## §. 84.

Tradidit ifger in *eggerhem* (i) quidquid adululf ibi habuit. testef ricdag renold hogeri frederic et ceteri omnes numero XV.

## §. 85.

Tradidit folcuere in *cocoreffced* (k) quidquid ibi habuit et dimidium in *fergereffced* et dimidium in *boonberg* cum hominibus. uuilrad baldrad fimer ibidem manentibus. testef liudrid hildold henred ouo et ceteri omnes numero XXII.

## §. 86.

(g) In Registro B. A. C. inuenitur villa *Weringerinhufun* in pago *Logne*, quæ est hæc De villa Wuringererhusun. Pagus *Logne* erat in principatu Göttingensi, vti supra demonstrauimus. Et in eo exstat *Wiershausen* intra præfecturam *Westerhof*. *Wiershausen* alia est in præfectura *Munden*, et alia *Wiershausen* in dominio *Iühnde*. incertum vero quænam ex his intelligatur. prima certe non potest hic locum inuenire.

(h) An *Amelung* frater *Ennonis* comitis, quem supra ad stemma *Bellinganum* retulimus? *Corbarden* in pago *Wikanauelde*.

(H) *Beuo* probabiliter censendus est alius frater *Luidolfi* ducis et *Warini* abbatis. De villa *Cogbarden*, in pago *Wikanauelde*, vide supra §. 70. not. (s)

(i) Intelligitur vicus *Eggerffen* in dynastia *Homburgica*, quia locus ab abbate *Sarachone* ponitur in pago *Guddingo*. De villa *Eggerhem*.

(k) *Cocoreffced* villa erat in archiepiscopatu *Coloniensi*, qui hodie nominatur *Cogerscheid*, de qua villa et de *Fergereffced* et *Hoonberg*, quæ a *Cocoreffced* vico non procul abfuere, fusius exponimus in *Historia Corbeiensi*. De villis *Cocoreffced* *Fergereffced* et *Hoonberg*.



Ab anno  
826 vsque  
853 im-  
perante  
Hludo-  
uico et

## §. 86.

commemoratio qualiter placuit inter uenerabilem abba *uuarinum* (l) ex monasterio *nouae corbeiae* (m) et quosdam fratres germanos nomine heppid et borhter religiosos uiros ut res suas aliquibus in locis pro utrarumque partium utilitate commutare deberent quod et fecerunt dederunt itaque praedicti fratres heppid et borhter reuerendo abbati ad monasterium supra dictum *in pago* (n) . . . . . quidquid habuerunt in uilla nuncupante *sursia* (o) cum omnibus ad eam pertinentibus, e contra in recompensationem huius rei dedit uenerabilis abbas *uarinus* cum consensu fratrum suorum (p) ante dictum duobus fratribus *in pago hessi* (q) quidquid habuit in uilla nuncupante *uuelitibi* (r) cum omnibus ad eam pertinentibus filiis campis pratis pascuis et reliquis quae ibi habuit. testes *beuo comes* (s) hildold bado folcuuer et ceteri omnes numero XXIII.

## §. 87.

Tradidit hrodulf in *gerdinum* (t) quidquid habuit pro uxore sua nomine hoburg. testes reinuuer erp eddic uuerinhard.

## §. 89.

De Warino abbate.

(l) *Warini* Corbeiensis abbatis nomen hic prima vice occurrit. Ex quo momento euidentissime patere censemus, hanc et traditiones sequentes eo, quo ille vixit, tempore esse effectui datas.

De Corbeia noua.

(m) *Noua Corbeia* nominatur monasterium nostrum ad distinctionem veteris Corbeiae in Francia, ad cuius similitudinem nouum fuisse constructum, ex diplomatibus infra afferendis patecet.

(n) Nomen pagi distincte legi non potuit. Liber copialis habet *Pac*. Sed esse uocabulum corruptum, et legendum *Falben* apparet ex abbatis Sarachonis *Registro Bonorum et Proruentuum Abbatiae Corbeiensis*. De situ pagi *Falben* in aliqua parte episcopatus Hildesheimensis et Wolferbuttelani Principatus iam egimus supra §. 35.

De villa Sursia.

(o) Villa *Sursia in pago Falben* erit vicus *Sursmer* intra praefecturam Peinensem in episcopatus Hildesheimensis tractu. Qua ratione bona in villa *Sursia*, Heppidi, ac Borhteri, fratrum in manus peruenierint, nescimus, nisi statuere malimus, eadem esse acquisita ex hereditate ducis Ostfalarum *Hessi*. De hac hereditate infra §. 104 pluribus disserere libet.

De fratribus abbatis Gorb. Warin.

(p) An fratres germani vel spirituales *Warini* abbatis designentur, omnino quaeri est dignum. Si *spirituales* eius fratres essent illi, tunc denotari crederentur *uenerabiles* fratres, qui eo tempore vixerunt in monasterio nostro; sin vero designantur eius germani, illi fuere *Beuo comes*, *Cobbo comes*, et *Luidolfus comes* atque dux Saxoniae, quos iam supra adtigimus. Absonum autem dictu id nemo pronunciat, quod hic de fratribus abbatis *Warini* germanis agi iudicamus. Villam enim *Wellitibi* iam tum cessisse in possessionem monasterii Corbeiensis, nondum ex traditionibus nostris didicimus, e quibus potius animaduertimus, filios *Ecberti ducis*, de quibus ante diximus, amplissima bona possedisse in pagis Auga, Nithega, et pago his contiguo, *Hessi*. Requirendus ergo erat merito consensus fratrum *Warini* ad permutationem bonorum, quae ex hereditate *Ecberti* ad quampiam iure translata fuerant.

De pago Hessi.

(q) De *pago Hessi Saxonico* iam egimus supra §. 33. not. (v)

De villa Wellitibi.

(r) *Wellitibi* est vicus *Welde* (non *Wilde*) ad fluium *Twiste*, (non *Twüste*), qui a *Dimola* ebibitur flumine. conf. *Origin. Pyrmont*, p. 147, quas in lucem emisit Ill. Grupenius.

De Comite Beuone.

(s) *Beuo comes* erat abbatis *Warini* germanus frater, ut infra uidebimus. Qui cum inter testes adducatur, indicio id est, eam consensisse in hanc permutationem. Fortassis *Beuo* maximus fratrum erat, siquidem nomine reliquorum fratrum suorum consensit.

De villa Gerdinum.

(t) *Gerdinum* villa tribuitur ab abbate Sarachone *pago Nithega*, qui in diplomatibus nostris



nostris Corbeiensibus alias nominatur *Netga*, *Nitberfi* et *Nistarsi*, neque confundendus est cum pago *Itergowe* in comitatu Waldeccensi, vti factum est in *Origin. Pymontanis* p. 159. Seductus ad auia fuit auctor acutissimus falsis exemplaribus diplomatum, quæ euulgauit et protulit tam Nicolaus Schatenius in *Annalibus Paderbornensibus*, quam Chr. Franc. Paulini in *Historia Corbeiensis MSpta*, quæque cum protographis litteris parum conueniunt, sed potius, nullo excepto, vitiosissima sunt et passim truncata, vti nos, præfente *summe reuerendo ac generosissimo domino A. de Westerholt, Archiuario et Sitocomo REVERENDISSIMI ET CELSISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI CASPARI S. R. I. PRINCIPIS ATQVE ABBATIS CORBEIENSIS meritissimo*, cuius candor, industria, et habilitas in rebus agendis et in perlustrandis nobiscum antiquissimis monumentis hic publice sunt prædicanda atque digna, vt pro tantis eius in Historiam nostræ Saxonie meritis honores ei habeantur gratiæque referantur sepissime, imo semper, obseruauimus. Situm pagi *Itergowe* indicant villæ sequentes, quæ in diplomatis nostris hæcenus ineditis reperiuntur, quæque sunt 1) *castrum Itere* et 2) *castrum Itere*, 3) *Ense*, quæ erit Ober vel Nieder-Ense intra præfecturam Eisenberg, 4) *Lauterbach*, Lauterbach in dynastia Iter, 5) *Dalerwich*, id est Dalwig in præfectura Eisenberg, 6) *Dodonhuson*, Dodonhausen, 7) *Alrepe*, Alraff in præfectura Waldeck, 8) *Ilsenberge*, castrum Eisenberg in præfectura Eisenberg, 9) *Curbike*, et 10) *Curbiki*, castrum et vrbs Corbach in præfectura Eisenberg 11) *Warolderon*, quæ est vel Ober- vel Nieder-Waroldern intra præfecturam Landau, 12) *Reckeringhusen*, fortasse Reckenberg in præfectura Lichtenfels, 13) *Dingerindinghusen*, Dingeringhausen in præfectura Eisenberg, 14) *Eilbardighusen*, Eilhausen, 15) *Boelen*, 16) *Padberg*, et alia. plures adhuc infra occurrent, quas hic causa breuitatis omittimus. Has autem eam ob causam adduximus, vt termini pagorum *Itergowe* in comitatu Waldeccensi, et Hessi Franconici ad fluuium Adrinam, hodie dictum *die Eder*, eo melius discerni possint. Pagus autem *Nitbega*, *Netga* vel *Nitberfi* et *Nitberse* (sic enim autographa habent, non *Intherfi*.) erat pago Auga, in quo nostra Corbeia erat, contiguus, vti approbant diplomata nostra: nomenque a flumine, quod hodie *Neta*, *Nithe* vel *Neite* dicitur, accepisse videtur. Villæ etiam, quæ anno 980, in diplomate Ottonis huic pago *Nitberse* tribuuntur, proprie intra regionem ad flumen *Neite* obuiæ sunt, licet in comitatu Waldeccensi fiat villæ quædam, quibus quædam similitudo cum illis intercedit. Hæc villæ sunt 1) *Corbechi*, id est *Corbeke* non procul ab oppido Borgentrick in episcopatu Paderbornensi, et in dynastia Defenberg. Quamuis enim hæc villa quoque referatur ad prouinciam *Hassia*, negari tamen non posse censemus, vocabulum *Hassia* in *Traditionibus Fuldensibus*, e quibus id supra §. 33. not. (v) retulimus, sumi in sensu latiori, atque per *Hassia* prouinciam designari pagum maiorem *Hessi*, speciales quosdam pagos v. g. pagum *Nitberse* seu *Netga* comprehendentem; 2) *Rebon* esse posset *Reber* non procul ab oppido Brakel, vbi splendidum suum palatium habent domini de Mengersheim. Animaduertimus autem, *Roben* vel *Rauen*, vti vulgo appellatur, non procul ab oppido Beuerungen ad Wiseram inueniri; 3) *Brungeringhuson* est vel *Brungersen* villa desolata, vbi monasterium Marienmunster olim decimam habuit: vel verisimiliter indicatur vicus *Bruchhausen ad Netham*, qui in Regillris nostris antiquis appellatur *Brugerinon*, et tandem *Brochusen*, vel *Brauchusen*; 4) *Halgebuson* erit vel *Haldingen*, vel *Halinghusen*, vel *Hagenhusen*, vel *Heianhus*, vel *Helgersen*, vel *Hellonhus*, quæ omnes in eadem regione reperiuntur; 5) *Budineueldon* villa desolata est, olim reperta inter *Driborg*, *Dedinghusen*, *Erpentrup* et *Reelse*, in loco adhuc dicto *Buddensfelds Brock*. 6) *Lellibechi* adhuc villa est desolata, olim vero erat in regione monasterii *Gerden* in Paderbornensi episcopatu, non procul a *Dinchilburg*. Erat quoque 888, teste diplomate regis Arnolphi infra ex autographis producendo, in pago *Nitberfi* 7) *Godelneusheim*, id est, *Godelheim* ad *Netham* intra principatum Corbeiensis, quæ villa non confundenda videtur cum *Goddelsheim* in præfectura Eisenberg in Waldeccensi comitatu, quæ est feudum dominorum de *Gaugreben*, et 8) *Holtbuson*, seu *Holthusen* non procul a vico *Bremborn*, spectans ad dominos de *Borg*. His iam supra alias quasdam addidimus, atque infra plures dabimus. Iam produximus villam *Gerdinun*, quæ est *Gerden* in Paderbornensi episcopatu, vbi posthæc monasterium pro sanctimonialibus fuit constructum. Noli autem mirari, nos sæpius villas, ad iura abbatia Corbeiensis spectantes, ex



Ab anno  
826 usque  
853 im-  
perante  
Hludo-  
uico et

## §. 89.

Tradidit hildiger pro patre suo ricgîst quidquid ille ricgîst habuit in *meyngererhus* (u). testef geruuard reinmer tancmer euuardag et alii tres.

## §. 90.

Tradidit bernheri in *cogurdun* (U) quidquid habuit ibi. testef ricdag giki uuulfred efic et alii quinque.

## §. 91.

Tradidit hunnuard in *fliathorpe* (v) quidquid ibi habuit *bun*. testef hecbert perumi haric riculf marchodo.

## §. 92.

Tradidit amalungus comes (w) in *rimbechi* (x) quidquid ibi habuit. testef hager pumi uuulfger olger uffo odo et alii quinque.

## §. 93.

Paderbornensi episcopatu producere. Nobis enim aliter sentire non licet, atque hæ traditiones et reliqua diplomata, ex Archiuo Corbeiensi depromta, potulant, quibus omnino fidem habere poteris, quia manus nostræ, vt in pro- uerbio dicimus, semper oculata sunt, credunt quod vident. Nostra salus haud periclitatur, licet vel maxime Corbeienses bona possederint in Paderbornensi principatu nulla. Quosdam queri nouimus ob Corbeiensium dicecesim in dice- cesi sua. Sed quid hæc ad nos? Illud certum est, *Warinum*, abbatem, eccle- siae suæ patrimonium episcopi reliquisse, atque abbates Corbeienses, mortuo *Warino*, sese splendore et potentia episcopis æquare potuisse, illosque hoc præcipue debere *Warino* suo, hæ traditiones docent ac confirmant. Habebat scilicet *Warinus* clementissimum cæsarem et ipsum consanguineum. Habebat ipse potentes atque opulentissimos fratres et consanguineos. Habebat scholam in monasterio suo florentissimam. Hinc optime de eo mereri cupiebant cuncti.

De villa  
Meynge-  
reshus.

(u) Villa *Meyngereshus* erat, Sarachone teste, in pago *Ittergo* sita. Probabilissime subauditur vicus *Meineringshusen* in præfectura Landau. An Ricgîst ad proge- nitores nobilium dominorum de Itter sit referendus, id in medio relinquimus. Illud hic indicare volumus, in contextu traditionum nostrarum nihil deficere, quamuis sequatur §. 89. §. 87. Errorum nostrum, in assignandis §§is commis- sum, tum demum animaduertimus, cum res sine magno labore non poterat mutari.

De villa  
Cogur-  
dun.  
De villa  
Fliathor-  
pe.

(U) Villa *Cogurdun* collocatur ab abbate Sarachone in pago *Wikanaruelde*. conf. supra §. 70.

(v) Ad quem pagum referenda sit villa *Fliathorpe*, non indicauit Saracho abbas in præstantissimo suo *Registro*. Designari autem locum *Flechorf* in præfectura Eie- senberg intra principatum Waldeccensem, id sane est probabilissimum. In al- tero *Registro* eadem villa nominatur *Fliethorpe*. Accedit, quod nuncupatur ea in documentis nostris *Flechorp*, et *Flechorf*. Ibi anno 1101. monasterium O.S. Benedicte fundatum fuit ab Erpone comite de Padberg, quod olim congregatio- nis erat Bursfeldensis. Dudum vero id est euersum. Si *Bun* est Bunico, ad familiam spectans Widikindeam, probabilius erit, comites de Padberg e stirpe Widikindea, quam e stirpe Brunoniana, ortos fuisse. De hac re infra ex pro- fesso. Probe autem hæc villa distinguenda erit a *Flegtborp*, villa pagi Derlingo, quæ intra præfecturam Campen Principatus Wolterbuttalani ad Scunteram amnem visitur.

De comi-  
te Ama-  
lungo.

(w) *Amalungus comes* abbatis nostri *Warini*, et propterea *Luidolfi ducis Saxonie* quoque sororius erat. *Hadwigam* fuisse sororem *Cobbonis* et *Warini*, iam supra didici- mus ex *Uffingo*. Eandem *Hadwigam* fuisse vxorem *Amalungi*, pater e traditio- nibus nostris §§. 125. et 149. Quidquid ergo Amalungus dedit Warino nostro, id procul dubio dedit lubenti prolixoque animo, probabiliter ad id alleetus ab vxore sua, vt Warinus amorem sororium erga se exinde perspicere posset.

De villa

(x) *Rimbechi* villa erat in pago *Hessi*. Ea nominatur *Rimbeke*, sita haud procul a flu- uio



## §. 93.

Tradidit alferus in uice herimanni quidquid habuit *herimannus* (y) in *dunge* (z) mansum unum. testes bado horic hoger et alii quatuor.

gubernante Corbeiam Warino.

## §. 94.

Tradidit tancred in *amplithi* (A) quidquid ibi habuit. testes hoger marcobodo pumi uighard et alii sex.

## §. 95.

Tradidit *alzburg* (B) pro anima *geroldi* (C) in pago *huuetigo* (D) in uilla *billurbechi* (E) mansum unum de terra. testes teodulf geruuuard bodo uerinbert et alii tres.

## §. 96.

uio Dimola in episcopatus Paderbornensis tractu inter Scherue et Narden villas. Rimbe- Bona Corbeienſis ibidem olim in feudum data erant Nobilibus de Papenheim chi. dictis. Poſſet autem quis quærere, qua ratione *Amelungus* comes eadem bona acquiſiuerit. Liceat ita reſpondere. *Amelungus* ea ſine ullo dubio accepit in dotem per nuptias vxoris ſuæ Hadwi. Infra enim ex §. 180. dilucet, eandem *Hadwigam* in eodem loco *Rimbeke* poſitos adhuc tres manſos ad monaſterium noſtrum tranſuuliſſe, quos ex hereditate patris ſui *Ecberti* ducis probabiliter ſibi retinuerat. Vnde colligi poteſt et confirmari ſententia noſtra, quam ſupra §. 86. not. (q) aperuimus, ibidem pronunciantes, *Ecbertum* ducem cuiusque liberis in pagis Heſſi, Nerga et Auga, prædia ampliffima poſſediſſe.

- (y) Cum ſupra §. 18. quidam comes *Witmannus* in uilla *Dunegon* decem manſos mo- De Heri- naſterio Corbeienſi donaret, erat inter teſtes quidam *Herimannus*. Hoc §. te- manno. ſte, in uilla *Dunge*, quæ vna eademque cum *Dunegon* erat, *Herimannus* bona poſſedit. Ex hoc quis colligere momento poteſt, comitem *Witmannum Herimanni* conſanguineum fuiſſe.
- (z) *Dunge* uilla deſolata eſt, olim inter Lebendorf et Furſtenau ſita prope caſtella De uilla Collebeke et Swalenberg. Quæ comitum Swalenbergicorum olim erant. Quum *Dunge* in uero nomen *Hermanni* in genealogia comitum Swalenbergienſium, qui originem, pago Au- uſi infra uidebimus, ex ſtirpe Widikindea ducunt, ſæpius recurrit, probabiliter ga. hic *Herimannus* ad ſtemma Widekindi M. referendus eſſe uideretur. *Witmannus* eius frater fuiſſe uideretur.
- (A) De uilla *Amplithi*, in pago *Guddingo* ſita, uide ſupra §. 7. not. (n) De uilla Amplithi.
- (B) *Alzburgam* fuiſſe vxorem Walberti nepotis Widekindi Magni, ex diplomate ipſius De Als- Walberti patet, infra inferendo. An illa ex ſtirpe ducis Ecberti, et fortassis eius burga. filia fuerit nata, pro uero reputare uellemus, ſi Diis placeret. Bona ſane, quæ poſſedit ipſa, et filius eius, id uidentur indicare. Geroldum eius filium fuiſſe, id eſt probabiliffimum. Fuiſſe autem Geroldum filium Walberti, eſt in incerto. Fortassis Alsburga ante, quam nupſit Walberto, alium maritum habuit. Uideretur *Alsburga* pro eius et ſui filii Geroldi anima uoluiſſe hæc dare. quod uero non ita eſt accipiendum, ac ſi hoc tempore eius filius Geroldus fuerit mortuus. Vixit enim ipſe omnino poſt annum adhuc 840, uſi ex diplomatibus noſtris, et ex his traditionibus pateſcet.
- (C) *Geroldus* infra nominatur comes. Ipſe tandem grandis natu monaſticæ ſe conſecrauit De Ge- uita, et, quidquid habuit, eccleſiæ contulit Corbeienſi. roldo.
- (D) De pago *Huuetigo* uide ſupra §. 3. not. (c). Diſſeruit de eo copioſe Ill. Chriſtianus Vricus Grupen in limine *originum Pyrmontanarum*.
- (E) Villam *Billurbechi* inueſtigaturi deprehendimus primo uillam quandam nomine De uilla *Billurbike* non procul a Coaſfelt oppido, in qua S. Ludgerus primus Monaſteri- Billerbe- enſium epicoſopus animam Deo reddidit, teſtante eius Vita Tom. I. *Script. Rev.* chi. *Bronſ. Leibnitii* f. 93. quæ autem hæc noſtra uilla eſſe non poteſt. Deinde eſt uilla quædam *Bilderbeck* in Principatu Wolferbuttelano, ad fluuium Leinam, cuius eccleſia filia eſt eccleſiæ in Grene, quæ etiam hic intelligi nequit, quia pagi Tili.



Ab anno  
826 vsque  
853 im-  
perante  
Hludo-  
uico et

## §. 96.

Tradidit maginbern et reduuig in *cogharden* (e) quidquid habuerunt ibi. similiter tradidit fridumar quidquid ibi habuit duorum quoque liberorum per ibidem possessionem nomine hunric et sol. rodolfus quoque pro homanno tradidit quidquid ibi habuit similiter pro adhelmo quidquid etiam ipse ibidem habuit. testes eggio marcbodo teodgeruf dado rodolfus et alii octo.

## §. 97.

Tradidit agido in *holtesmeni* (F) mansum unum. ea tamen ratione ut suuala ipsum possideat interim. dum uixerit. post mortem autem sualae ad reliquias cedet s<sup>t</sup>i stephani (G). testes horid erp riculf lifward auo tidulf et alii quatuor.

## §. 98.

Tradidit hranuuardus in *bochem* (H) quidquid habuit. testes bouo adalhard.

## §. 99.

Tilithi et Wikanaelde obstant. Denique autem nos habemus obuiam villam *Bellerfen* in episcopatu Paderbornensi haud procul a vico Bökendorp, quae hic indicari videtur. Quodsi enim pagus *Huuetigo* ad fluuium Embrinam, vti §. 3. vidimus, fuit, abbatia etiam nostra in villa *Beller*, quae in antiquis membranis *Bellerbek*, *Bellerke* et tandem *Beller* appellatur, bona quaedam possidet, nulla alia villa per *Billurbechi* indicatur, quam vicus *Bellerfen* in diecesi Paderbornensi. In *Origin. Pymontanis* p. 4. haec villa appellatur *Billurbochi*. Sed multa vitia typographica ibidem irrepperunt. Pro *Embrino* enim lege ibi *Embrine*, pro *Helmune* helmuni, pro *Schard* sehard, pro *Theoding* teoding, pro *Heriberd* heribert, pro *HUVetego* huuetigo, pro *BRACH* bracu, pro *Stoedger* adedger, pro *Orsburg* alsburg, pro *Wetigo* huuetigo, pro *Theodulf* teodulf, et pro *Geriward* geruuuard.

(e) De villa *Cogharden* in pago *Wikanaelde* vide supra §. 70. not. (s)

De villa  
Holtes-  
meni.

(F) *Holtesmeni* villa hodie dicitur *Holtzminden*, oppidum situm ad Wiseram vno milliari a nostra Corbeia orientem versus. Tempore Hludouici pii, vti hic videmus, ea iam existit, et ad pagum *Auga* fuit relata, testante Registro nostro Bonorum Ab. Corb. Iacet etiam illa inter Varstan et Aldenthorp, id est, Forst et Oledörp, quae villae, cum ad pagum *Auga* relatae fuerint, vti iam supra §. 45. not. (Y) et (Z) didicimus; villa *Holtesmeni* ad alium pagum nequaquam trahi poterit.

De reli-  
quiis S.  
Stephani.

(G) Quia hic *reliquiarum sancti Stephani* duntaxat mentionem faciunt traditiones, vti etiam adhuc factum est §. 105; infra autem, §. 126. Sancti Viti reliquiae adduntur, colligi potest inde, hanc et sequentes traditiones vsque ad §. 126. ante annum 836. factas esse. Nam eo demum anno corpus S. Viti e Francia in Corbeiam nostram ferebatur.

De villa  
Bochem,  
et de pa-  
go Bukki,

(H) In codice nostro manus aliena ad marginem adscripsit *Bokem*. et in Registro nostro saepius citato villa *Bokem* in pago *Nihtherfi* inuenitur. Inuestigatio ergo villae *Bochem* difficilis non erit. In episcopatu enim Paderbornensi intra regionem oppidi Driburg haud procul a vico Swaney et septem vallibus, vulgariter dictis *die sieben Gründe*, villa *Buken* inuenitur, quam hic indicari arbitramur. Immichusen villa, hodie dicta *Himmighausen*, etiam ad pagum *Nihtherfi* seu *Nethga* spectauit, et eadem haec quasi terminus constituendus est inter *Huuetigo* et *Nihtherfi* pagos. Est vero eadem villa *Bochem* probe distinguenda a *Bodeke* in eodem quidem episcopatu Paderbornensi, sed ad dominium *Weuelsburg* referenda. Hanc perhibent docti quidam esse pagum *Bukki*, in quo, teste *Poeta Saxone* T. I. S. R. B. *Leibnitii* f. 125. et *Eginhardo Ann. Rer. Franc.* f. 149. *Angrarii*



## §. 99.

Tradidit *eillog* pro filia sua *tetta* in pago *pathergo* (I) in uilla *uuamuri* (K)

gubernante  
Corbeiam  
Wamurino.

*grarii* cum suis primoribus, (quorum *Dux Bruno* erat, uti *Vita Caroli M. Annal. Franc. apud Canisium*, et *Regino in Chronico* addunt) anno 775. *Carolo M. occurrerunt*, et, sicut *Ossali*, *obsides dederunt et sacramenta iurauerunt*. Si enim *Bucki* pagus, id est, prouincia fuit, villa seu vicus esse non potuit. *Bodeke* uero vicus est ea in regione, in qua pagus *Almunga* quondam exstitit. *Bukki* ergo pagus alio in loco quaerendus erit, et probabiliter in comitatu *Schaumburgico* ultra siluam *Deifter* inueniendus, ubi oppidum *Buckeburg*, et *die Buckenthaler Landwehr* ad siluam *Deifter* reliquiae huius pagi esse videntur. Et sane ratio itineris *Caroli M.* rem aliter non postulat. In *Annalibus* enim excitationis reletum legimus, *Carolum M. iuxta montem BRUNESBERG, pulsus fugatisque Saxonibus amneque Wisera traiecto, cum parte exercitus ad fluuium OVACRAM contendisse, ibidemque ei unum ex primoribus Saxonum, nomine HESSI, cum omnibus Ossalis occurrisse, atque obsides dedisse et sacramento se obstrinxisse: inde uero reuersum in pagum BUKKI peruenisse, ibidemque Angrarios cum suis primoribus illi quoque occurrisse, et datis obsidibus, iuramentis se fore fideles, confirmasse; interea uero partem quandam exercitus Caroli ad Wiseram in loco uocato Hlibeki (Lubbeke in episcopatu Mindensi) dimissam mansisse, eam ceterorum Saxonum fraude circumdatam et deceptam fuisse, Carolum ergo, detrimento suorum ei allato, magna celeritate fugientium Saxonum terga insecutum esse, magnamque ex eis multitudinem prostrauisse, et hinc ad Westfalos uenisse.* Apparet autem ex his, *Carolum Magnum* ex abbacia nostra *Corbeienfi* dimississe quandam exercitus sui partem in episcopatum *Mindensem*, fortassis ut comprimeret insultum *Widekindi Magni*, dum ipse in Principatu *Wolferbuttelano* commorabatur; rebus uero ibidem ex voto peractis, uoluisse iter dirigere ad hanc exercitus sui partem, quae iussu eius in episcopatu *Mindensi* castra posuerat, in itinere autem in pago *Bukki* *Angarios* in gratiam recepisse, et de praefato factis audiuisse. Quia igitur inter *Wolferbuttelam* et *Mindam*, oppida, nulla regio restat, in quam pagum *Bukki* collocare possimus, praeter regionem ultra siluam *Deifter* in comitatu *Schaumburgico*, malumus pagum *Bukki* in eundem comitatum collocare, quam cum *H. Meibomio* in uilla *Bodeke* in episcopatu *Paderbornensi*, uel cum eruditissimo *Paderbornensi* episcopo *Ferdinando* in uico *Boca* ad *Lippiam* fluuium, eundem inuenire; et quamuis in comitatu *Hoiano*, et quidem in praefectura *Hoia*, reperiuntur *Bucken* et *Altenbucken*, et in praefectura *Harpstedt Beckeln*, atque in praefectura *Ehrenburg Baekhorst*, malumus tamen statuere, pagum *Bukki* exstitisse in comitatu *Schaumburgico*, quam in *Hoiano*, quia in hoc pagus *Enterigawi* fuit, caesaremque iter confecisse breuiore uia, probabile est.

- (I) Explanaturis hunc §. proponere liceat quasdam coniecturas, quas quidem pro firmis non habemus, quae fortasse tamen aliis occasionem dare poterunt, rem operosus indagandi. Fuisse tempore imperatoris *Hludouuici Pii* quandam *Herifordensem* abbatissam nomine *Tettam*, eiusdem imperatoris diploma est indicio. Quia uero facillime intelligi potest, eandem *Tettam* ex quadam familia illustri oriundam fuisse, ea in opinione sumus, et sic arbitramur, *Tettam* abbatissam ex stirpe familiae *Widekindiae* ortam fuisse. *Tetta* cuiusdam mater hoc loco *Eillog* fortasse fuit uxor *Alfrici*, ex *Widekindo* nati. Id si probabile est, *Tetta* (non *Telta*, quod uerum typhotheta in *Origin. Pyrmont.* est p. 10.) filia *Alfrici* fuit. Id sane uerisimile satis est, nostros *Corbeienfes*, quum annuente *Hludouuico* imperatore monasterium *Herifordense* construere debuerint, talem abbatissam eidem praeficiendam curauisse, qualem ob generis dignitatem et propinquitatem deligere maluerint. Quodsi autem in familia *Ebertina* nullas superasse putas, quae ad id dignitatis habiles et aptae fuerint, *Widekindi* uero familia propter *Alsburgae* et *Folclogae* nuptias *Ebertinae* maxima cognatione coniuncta exstitit, non potuit uix fieri, quin quaedam *Widekindi M.* neptis ad regimen *Herifordensis* monasterii assumeretur, praesertim cum familia *Widikindea* in pago *Pathergo* praedia sua habuit.

- (K) *Pagus Patherga* in tractu urbis *Paderbornae* sine ullo dubio situs fuit. Ad episcopatum enim *Paderbornensem* eundem pagum diplomata referunt, idemque abs-  
P que *Wamuri*.



Ab anno 826 usque 853 imperante Hludouico et  
quidquid habuit. testes arid euo beuo (L) deddo teudold et alii sex.

## §. 100.

Tradidit officium quidquid in cogarden (I) habuit cum hereditate uxoris suae et cuiusdam consanguinei sui in eodem loco. testes eisulf teodulf tiadman bacco thiadgrim.

## §. 101.

Tradidit uuala (M) pro remedio animae filii fratris sui nomine gherfridus X iurnales in ryadra (N) et filiam quae illic coniacet.

## §. 102.

Tradidit asuco pro anima uuende et osburin . . . . . testes arnulf (n) helpric halecmund uualdmund et alii quatuor.

## §. 103.

Tradidit folcmeri in pago hessi (O) in uilla nuncupante buria (P) mansum unum et hominem latum cum uxore et filiis. testes hoger comes (Q) anulo (R) ragenhardus alduardus addic et alii nouem.

## §. 104.

Sunt quidam homines (S) qui tradiderunt in pago thuringi

que controuersia a fluuio, Pather seu Pader appellato, et in urbe Paderborna surgente, nomen traxit, pagus in antiquis annalibus de Carolo et Hludouici imperatorum rebus gestis celebratissimus. Villa uero Wamuri tempore episcopi Paderbornensis Meinweri, id est, seculo XI nominabatur Waweri. Hodie dicitur Weuer. Olim ibi erant quidam nobiles dicti de Weuer; iam uero est sedes perillustrium Baronum de Imbsen, uasallorum Corbeiensium; uilla autem Weuer seu Wamuri ab urbe Paderborna non longe abest.

De Beuone Warini Ab. Corb. fratre. DeWala. (L) Beuo frater abbatis Corbeiensis Warini fuisse uidetur, et forte idem est, qui §. 98. appellatur Bouo.

(I) De uilla Cogarden in pago Wikanaulde uide supra §. 96.

(M) Wala frater abbatis Adalardi Corbeiensis denotatur, qui erat filius Bernharti, fratris Pipini regis Francorum. Si ita est, quaeritur, quomodo amborum, Wala scilicet et Adalardi, frater appellatus fuerit? In uicis sane hoc tempore adhuc fuit Wala. Et ex donis patet, quaestionem propositam non esse de nihilo. Confer plura infra §. 169 et 231.

(N) Ryadre uilla in Registro nostro A. C. R. MS. 6to ponitur in pago Hergowe. Denotamus ergo per Ryadra uillam uicem Radern intra praefecturam Lichtenfels in principatu Waldeccensi obuiam.

(n) An Arnulf filius S. Meinulfi, de quo egimus supra §. 48, hoc loco significatur?

(O) De pago Hessi uide supra §. 33. not. (V)

(P) De Buria uide l. c.

De comite Hogero. (Q) Hogerus comes an filius Marwardi et Ricfuit, de quibus uid. §. 106.

(R) Anulo eodem §. 106. quoque reperitur inter testes.


De hominibus abbatiae Corbeiensis. (S) De uoce hominis confer supra §. 24. not. (T) Ex hoc autem loco uidetur apparere, eadem adpellatione tempore Hludowici pii quoque insignitos esse nobilissimos Saxoniae nostrae, quos hodie appellamus duces, principes, comites et liberos barones.



nes. Omnes vero illos, qui hoc in §. reperiuntur, vassallos abbatiae nostrae fuisse, aucter pronuntiare non audemus. *Quidam homines* videntur esse nonnulli liberi, qui sua et sese tradiderant S. Stephano, Corbeiae patrono sacro. Alii obtulerunt ei nonnihil muniturum, tuenda ecclesiae accommodatorum. Tringinta *homines nobiles* seu conseruatores abbatiae nostrae fuisse iam tempore Carolingidarum, demonstrant diplomata nostra Caesarum, e quibus vnum in lucem emitimus, accurate ex autographo descriptum:

gubernante  
Corbeiam  
Wag-  
rino.

**Q**uoniam in nomine sanctae et indiuiduae trinitatis. *Karolus* diuina fauente clementia imperator augustus. si petitiones seruorum dei nostrorumque fidelium. quas pro suis necessitatibus: et maxime pro ecclesiarum dei utilitatibus, nobis suggererint ad effectum perducimus. non solum honorificam imperialis libertatis exercemus consuetudinem. verum ad aeternae retributionis mercedem talia credimus nobis profutura. unde nouerit omnium fidelium nostrorum praesentium scilicet et futurorum industria. quod fidelis noster *bobo* abbas monasterii. quod uocatur noua corbeia et situm est in saxoniam. dedicatum uero in honore sanctorum martirum stephani atque uiti. insinuauit amplitudini nostrae. qualiter idem monasterium beate memoriae *auus noster blouuicus* imperator primitus inchoauerit et statim inter ipsa constructionis eius exordia concesserit. ut neque abbas illius loci neque *homines* eorum cuiusque conditionis in expeditionis umquam ire deberent. sed liceret eis cum quiete ac securitate praefate utilitati ecclesiae prouidere nec non et regibus interdum legationibus. exequendis ubi opus esset operam dare. quam concessionem firmam in futurum esse uolumus. licet ad praesens eam instantis periculi necessitas paululum minuere cogat. nam propter immensam barbarorum infestationem necesse habemus cum uniuerso populo nobis diuinitus commissio ecclesiarum defensionis insistere et ob hoc non omnes sub memorati loci dominio consistentes a protectionibus. in hostem immunis relinquere possumus. sed quem eiusdem loci abbas militarium regum peragere soliti erant concedimus eis ut *triginta homines nobiles* ab aliis protectionibus. secum immunis habeant et si extra patriam est legatio peragenda. plures nobiles ad hoc opus paratos teneant. reliqui uero cum suo populo in hostem proficiscantur. Et hoc quoadiu tanta bellorum pericula imminet. ubi uero diuina pietas pacem dederit. concessionem quam temporibus. gloriosae memoriae aui genitoris et germani mei habuerunt. firmam et stabilem manere uolumus. Tradimus etiam in remedium animae nostrae et patris nostri et fratris et in aelmosinam progenitorum nostrorum quaedam beneficia ad praefatum coenobium in propriam hereditatem scilicet in *uuehsigo* quinq. mansos et II familias quos habuit *liuduuard* in beneficium et in *hession* V mansos et duas litonum familias. quas habuit olim *remeial* in beneficium. et in *marca affeki* in uilla *ecrikehsusun* quicquid ad regium ius pertinet in terris siluicis et mancipiis. concedimus quoque partem uillae quae dicitur *ouenhus* quam habuit olim *uubric comes* in beneficium et quatuor mansos in *smutsfeldun* quos *bantuardus* habuit in beneficium. Et ut haec nostra largitionis concessio plenior in dei nomine obtineat firmitatem manu propria firmauimus et anuli nostri impressione assignari iussimus.

signum  domni karoli serenissimi augusti

liutfred notar. ad uicem liutuuardi archicancellr. recognoui et *fff*

Sigillum, diplomati suffixum, uisitur Tab. I. n. 4.

P 2

data



Ab anno *gi* (T) in uilla nuncupante *uffenleua* (U) quidquid sibi illic propriae hereditatit

826 vsque  
853 im-  
perante  
Hludo-  
uico et

data non. mai anno incarnationis dñi DCCCLXXXVII indictione IIII anno uero regni domni Karoli XI imperii autem VII. actum uuebilin-  
ga uilla in dñi nomine feliciter amen.

De con-  
feruatori-  
bus abba-  
tia Cor-  
beienſis,

Quibusnam ex familiis illi triginta homines nobiles abbatiæ nostræ, quibus in expeditionem bellicam ire necessum non fuit, fuerint, diplomata nostra non expresserunt. Patet tamen e codice membranaceo antiquo, tempore abbatis Wibaldi scripto, et qui in Archiuo Corbeienſi exstat, fuisse eos e *progenitoribus comitum de Hademersleue, comitum de Maneruel, comitum de Euerstein, comitum de Anholt, comitum de Lutterberch, ducum Stetinsum, comitum de Regensfen, comitum de Schuendoreh, comitum de Saalenberg, nobilium de Desenberg, comitum de Woldenberge, comitum de Dassa, comitum de Sutsen, comitum de Marca, comitum de Welipa, et comitum de Hoia.* Mirati sumus primo sub conspectu, cur auctor, qui hæc annotauit, neque comitum de Perremont, de Waldeck, de Sternberg, de Colrebeke et de Wunſtorp, neque comitum de Blanckenborg, neque nobilium de Pleſſe, de Hoinboken, de Scenenberge, de Eſcherde et de Siehelenstein, neque comitum de Brokbusen, et de Oldenberg, neque comitum de Tekeneborg, de Bomeborg et de Northheim, neque comitum de Rauensberg, de Lippia, de Arenberg, de Sladem, et de Sebartzfelde, neque comitum de Sommerschenborg, neque comitum de Walbeck, neque principum de Anhalt, neque nobilium de Homborg et de Brakel, neque comitum de Winzenborg, neque ducum Saxonia, neque comitum de Brunswick mentionem fecerit, cum tamen hi omnes sine dubio nobiles homines atque conseruatores abbatiæ nostræ fuerint, vi diplomata nostra, et libri feudales, vulgo dicti *Lehn-Saal-Bücher*, comprobant. Sed confiderantes ea, quæ in his reperiuntur traditionibus, accuratissime, tandem desiderauimus amplius nihil. Hæc autem dicta uiam pandunt ad multas eruendas ueritates, imprimis uero ad deregendas *Iohannis Letzneri* hallucinationes. Audiuerat ille Corbeia, scripturus Chronicon quoddam Corbeienſe, habuisse quondam abbatiæ nostram triginta uasallos nobiles. Parum uero intelligens, quid uocabulum *nobilis* in antiquis diplomatis habeat significatus, explicauit uocem eandem de ministerialibus Corbeienſibus. Hinc in Chronico suo *Corbeienſi* egit de nobilibus de *Arnfeld, Amelungsen, Beineburgk, Beuern, Boffenbusen, Brobach, Luchteringen, Meinbrenen* et aliis, quorum genealogiam vsque ad tempora Hludouici pii perduxit, cum tamen ætate huius cæsaris nulli nobiles de *Beuern, Amelungsen* etc. exstiterint in rerum natura. Optimo ergo iure nominamus *Iohannem Letznerum* magnum fabulatorem, germanice *den großen Fabel Hans*.

De Thu-  
ringia.

(T) *Thuringiam* olim in *australem* et *septentrionalem* diuisam fuisse, ex Ditmari episcopi Merseburgensis uerbis collegimus. Quando enim ille de antecessore suo Wigberto non nihil tradit, scribit T. I. Leibn. f. 384: *Hic ex optimis THYRINGIÆ AVSTRALIS originem, in Magdeburg autem ex Otrico disciplina regimen sumpsit.* De Ekkihardo etiam f. 356. hæc habet: *Ekkihardus, ex nobilissimis THYRINGIÆ AVSTRALIS natalibus huius genealogia ortum ducens, cum gradatim ad uirilem pertingeret ætatem, parentelam suimet omnem tam morum quam actuum grauiter inchoitum honorat.* De Luthario autem hæc eodem loco asserit: *Lutharius, ex clara THYRINGIÆ SEPTENTRIONALIS profapia editus, cum uir factus esset, ætatem superare uirtutibus nitetur.* Hisce appellationibus sine ullo dubio respicit Ditmarus ad diuisionem Thuringiæ in *australem* et *septentrionalem*, eo æuo peruulgatam. Quodsi igitur in diplomatibus reperimus pagum *Sutburingi* et pagum *Northburingi*, hic *septentrionalis*, atque ille *australis* Thuringia esse uidentur. Intelligi autem in nostro loco per pagum Thuringi pagum *Northburingi*, seu *Thuringiam septentrionalem*, patet ex *Registro bonorum Abbatiæ Corbeienſis*.

De uilla  
Uffenle-  
ua.

(U) *Uffenleua* hodie dicitur *Oſſeben*, et reperitur in Principatu Wolferbuttellano haud procul ab oppido Scheningen ad confinia Ducatus Magdeburgici. Olim eandem uillam terminum pagorum *Northburingi* et *Darlingi* constituuisse, uidentur probabile. Scheningen enim et alia uilla, ibidem adiacentes, ad pagum *Darlingi* referuntur. Cum autem hæc eadem uilla sit, cuius traditionem omnes antiquitatum



ditatif (V) iure accidere potuit et ipsi *sc̄li* sunt testes cob-  
 guber-  
 bo nante  
 Corbe-  
 iam Wa-  
 rino.

tatum scrutatores mecum censebunt in toto codice nostro esse memoratu dignif-  
 simam, non erit scopo inconueniens, quædam ex antiquitatum monumentis de  
 eadem villa in medium proferre. *Comites palatino, Sommerschenburgico*, eam  
 accepisse ab abbata Corbeienfi, indicandum et demonstrandum est in *Clientela*  
*Corbetensi*. Ipsi Comites quatuor mansos, ad eandem villam sitos, procul dubio  
 tradiderunt basilicæ B. marie virginis, intra Hildesheimium obuicæ, quos circa  
 annum 1170 Amelungus, abbas *Riddagesbusanus*, permutationis titulo a cano-  
 nicis modo dictæ ecclesiæ, redditis aliis quatuor mansis in *Socege* (fortassis Solſche  
 in præfectura Peina in Hildes. episcopatu) recepit. Id literæ testantur, in *Chro-  
 nico Riddagesbusano* obuicæ Tom. III. S. R. G. Meibomii p. 413. seq. *Henricus Leo*  
 eandem villam appellat anno 1190 *Uffenleue*, addens, septem mansos et dimi-  
 dium in eadem villa fuisse partem hereditatis suæ, qui vero in beneficium fue-  
 rint traditi aduocato Luitdolfo eiusque filiis, Balduino et Luitolfo. Docet autem  
 quoque idem præterea, tres mansos et dimidium in villa eadem fuisse propriam  
 hereditatem eiusdem aduocati. Illos vero septem mansos et dimidium *Henricus*  
*Leo* permutatione transtulit in Bertramum abbatem *Riddagesbusanum*, receptis  
 ab abbate mansis aliquot in *Huunsleue*, *Winnigſtede* et *Bentorp*, quos iterum in  
 beneficium dedit memorato aduocato Luitdolfo. Hic aduocatus porro traditis  
 ante dicto abbati tribus mansis et dimidio, in eadem villa *Uffenleue* sitis lege com-  
 mutationis recepit ab abbate mansum et dimidium in *Wobike* positum, et duos  
 mansos atque dimidium in *Dalebem*, testantibus litteris in *Chronico cit.* l. c. p.  
 414. Possedit autem adhuc quinque alios mansos in eadem villa *Uffenleua*  
 illius prædicti aduocati filios, quos ipsi anno 1196 vendiderunt eidem monaste-  
 rio *Riddagshulano*, pateſcit e litteris sequentibus, quas e MS<sup>to</sup> addimus:

**C** In nomine sc̄e et indiuidue trinitatis. *Henricus* dñi gr̄a dux Saxonie  
 et palatinus comes reni constare uolumus uniuersitati fidelium, quod  
*Balduin* et *Ludolfus* ministeriales nri aduocati de Brunſuic cum per-  
 missione nra et uoluntate et consensu heredum suorum quinq. man-  
 sos in *offenleue* et cum omni utilitate in pratib. pascuis et siluis uendi-  
 derunt fratrib. in *riddagesbusen* pro sexaginta marcis. ut autem hui.  
 uenditionis contract. rat. et inconuulsus in perpetuum perseueret in  
 testimonium et robur firmitatis pntem paginam sigilli nri impressione  
 communiuim. et idoneorum testium subscriptione roborauim. Testes  
 autem hui. sunt *lordan dapifer*. *Friheric marscalc.* *Balduin* de  
*Blankenborg* et anno frater ei. *Basili* de *Osterode*. *Olric* de *Borme-  
 re*. *Ecbert* de *Scoderſtede*. *Eilard* de *Oberge*. *Ernestus* de *Algestorp*.  
 Data per manum Alberti scriptoris anno ab incarnatione dñi  
 M. C. XCVI. indiēt. XIII.

Ex his omnibus efficitur, acquisiuisse *Riddagesbusanum* monasterium, prope  
 Brunſuic situm, in villa *Offleben* pedetentum XVI mansos. Tenuit autem in  
 eadem villa *Offenleue* quoque monasterium *B. Marie in Valle* situm, vulgo di-  
 ctum *Mariental*, IV mansos, id quod apparet ex litteris *Wichmanni* archiepiscopi  
 Magdeburgensis ad annum 1191, quas Polycarpus Leyserus in *Obseruatis diplo-  
 matico-historicis de Lantinc, iure Germanorum honorario* §. 2. publici iuris fecit,  
 e quibus discimus, *Albertum, palatinum comitem*, ecclesiæ in Valle B. marie tra-  
 didisse quatuor mansos, ad *Offenleue* sitos. Cum vero post hæc prædium mona-  
 sterii *Riddageshusani*, in *Offleben* obuicæ, in contumeliam Brunſuicensium ducum  
*Otonis Magni* et *Ernesti*, ab eorum hostibus exultum, damnunumque acceptum  
 esset non leue, optimi principes, religioforum hominum fautores, damnunum re-  
 farſerunt bonis in *Riddageshusano* anno 1335 collatis, teste *Chronico Riddag-  
 busano Tom. III. Meibomii* p. 370.

(V) Qualis fuerit ista hereditas, quæ tot hominibus iure hereditario obtingere po-  
 tuit, iam nobis est inquirendum. Ex heredibus siquid colligere licet ad ex-  
 quirendum possessorem illorum bonorum, quæ ad ipsos hereditatis lege transire  
 De here-  
 ditare  
 ducis Or-  
 falorum  
 P<sup>o</sup> Hessi.



Ab anno 826 usque 853 imperante Hludouico et

(W) uualdbertus (X) et frater eius thiadric (Y) folcric (Z) culf

poterant, possessor sane vir quidam illustrissimus fuerit oportet. Infra enim ostendemus, heredes illos fuisse nobilissimos Saxoniae nostrae dominos, quos hodie appellamus electores, duces, principes ac comites. Lucem nonnullam huic obscurae rei infundunt verba §. 108. Hoc enim loco ea hereditas adpellatur *hereditas Adalrici*. Vnde euentissime patere censemus, eam fuisse hereditatem *Esiconis comitis*, qui in *Annalibus Rerum Francorum* appellatur *dux Ostfalarum Hessi*. Illius iam supra saepius mentionem iniicimus, atque, in primis §. 23. not. (N), ex *Vita S. Luitbergis* ostendimus, cum, vnico filio intra florem adolescentiae defuncto, se consecrasset canobio Fuldeni ibidemque obiisset, hereditate inter filias distributa. Fuisse autem eundem *Adalricum ducem Ostfalarum Hessi*, *Esiconem* seu *Afig*, ex autographo diplomate Karoli Magni, quod in tabulario Corbeienfi exstat, patescit, quod infra in lucem producemus. Cum enim illi imperator partem siluae Buchoniae quamdam donaret, Karolus cum appellat *Afig*, addiditque, eundem quoque fuisse *Adalricum* nominatum, eius vero patri nomen fuisse *Hiddi*. Haec autem noua detectio multas aperit illustratque historicas veritates. Primum enim ex eo apparet, nomina propria *Afig*, *Esic*, *Hassi* et *Hessi*, contracta esse ex *Adalrico*, quae obseruatio ad multas genealogicas veritates reludendas facit. Addemus plura. Si eruditi de loco habitationis *ducis Ostfalarum Hessi* inuicem digladiantur, illi maiore cum veritatis specie pugnant, qui afferunt, eundem fuisse castrum *Afseburg*, haud procul ab vrbe Wolterbuttela, quam qui, eundem fuisse castrum *Hesseburg* in Mansfeldico comitatu, perhibent. Tandem ex hoc ipso momento erit perspicuum, familiam Ecbertinam seu Luidolfinam, Widikindeam, Billinganam et multas alias familias, cum hoc duce *Adalrico* seu *Hessi* cognatione fuisse coniunctas, quod quidem hucusque fuit satis obscurum. Denique momento ex eodem discimus, omnes heredes *ducis Ostfalarum Hessi* vno ore consensisse in aliquam hereditatis partem, quae, mortuo *Adalrico*, ad quempiam iure peruenerat, si tradenda foret ea monasterio Corbeienfi. Definire haud ausim, vtrum, ut gratificarentur consanguineo suo abbati *Warino*, an, ut ita Deo eiusque sanctis pro obtenta hereditate, mortua *Esiconis* vxore, gratias habere voluerint, id fecisse sint existimandi.

De Cobbone, fratre Warini abbatis Corb. (W) *Cobbo*, frater Warini abbatis et ducis Luidolfi, inter traditores primum locum tenet. Priores partes habere potuit ipse ex gratia fratris sui Warini. Sed id non est probabile. Filiam quandam *Esiconis* eum in matrimonio habuisse, est probabilius. Nec minus, fuisse *Esiconi* plures tribus filias, quarum vna nupsit comiti Unwano, ex *Vita S. Liubirgis* apparet. Contraxisse autem *Cobbonem* matrimonium, (licet haecenus ignorem vxoris stirpem) ex filio cognomini, quem genuit, apparet.

De Waldberto. (X) *Waldbertus* sine vllo dubio est nepos Widekindi Magni, qui cum idem ius in hereditatem *Adalrici* habuerit, ipse citra controuersiam consanguineus et Cobbonis et Adalrici fuit, siue haec consanguinitas ex vxore Widekindi Magni, quae filia Hiddi patris *Esiconis* esse potuit, siue ex alio matrimonio proflexerit.

De Thiadrico fratre Waldberti. (Y) *Thiadricus* frater Waldberti et nepos Widekindi haecenus fuit ignotus. Si igitur vir acerrimi iudicii, et totius Germaniae nostrae decus, G. G. L. B. de Leibnitz ex *Widikindi* M. abnepote Theodorico collegit, ipsius Widekindi patrem fuisse quandam *Theodoricum*, qui anno 743 se Francis submisit; nos probabilius ex Widekindi nepote, quam ex eius abnepote, illud coniectamus; et illam Leibnitii coniecturam confirmamus. Est igitur *Warnekinus* ille, quem recentiores quidam *Widekindi* Magni patrem statuunt, eiusque progenitores vsque ad arcam Noe perducunt. Est is in densas tenebrarum siluas, in quibus subinde latrones et bestia rapax et mortifera herba delitent, vbi labyrinthi viaeque apparent, quae sine exitu per errorem inextricabilem intermoriuntur, et vbi terribiles audiuntur vlularus.

De Folcrico. (Z) Quis fuerit *Folcric*, nos ignorare fatemur. Diuitem eum Adelingum fuisse, ex hereditate, quam adit, colligi poterit. Cum enim ex ea appareat, illum coheredem fuisse Cobbonis, filii ducis Ecberti, nemo non videt, potentem eum quoque dominum in nostra Saxoniam suo tempore exstitisse. Si *Folcric* idem esset, qui



esulf ( \* ) horid ( \*\* ) bernharduf ( a ) uuicharduf ( b ) heriber-  
 guber-  
 tuf nante  
 Corbe-  
 iam Wa-  
 rino.

qui *Folchardus* et *Folcher*, facile eius genus inuenire atque euoluere possemus. Cum enim supra §. 65. *Folcher* frater *Weringeri* seu *Beringeri*, qui in pago *Hartego* quædam donauit, cuiusque nomen in genealogia principum *Anhaltinorum* illustre est, appelletur, infra vero §. 130. affirmetur, *Folchardum* quendam fuisse filium *Deddi* et *Albe*; *Deddi* ipsius ducis *Ostfalarum Hessi* frater, et sic *Folcher* ducis *Hessi* nepos ex fratre esse potuisset. Connexio generis vero omnium fuisset, coniectura salua, hæc potissimum :



- (\*) De *Efulfo* nihil certi vel verisimile definiri potest. Quamuis enim supra §. 9. De *Efulfo* quidam sita in villa *falohus* in pago *Nithega* bona quædam abbatiæ nostræ tradiderit, et *Afulfus* quidam l. c. inter testes reperitur, qui filius et noster *Efulfus* pater esse posset, itemque *Efulfus* quidam occurat §§. 100. 108. 136. 144. 149. 160. 161. 166. 174. 176. 197. 203. 230 et 240. in quibus eius consanguinei monasterium nostrum muneribus suis ornarunt, inter testes, nil tamen, quod probabile sit, inde elici poterit. Fratrem natu maiorem *Wibardi*, qui in pago *Suilbergi* seu comitatu *Dasseliensi* nonnihil donauit, illum fuisse, coniectura auguramur.
- (\*\*) *Horidum* inter testes deprehendimus §. 93. 97. 117. 146 et 149. et tam ex donis, De *Horidum* quam ex traditoribus l. c. patet, *Horidum* illum consideratum ibidem esse, tandem quam consanguineum. Infra §. 166. illum deprehendimus tanquam dominum, qui in pago *Sturmidi* seu in episcopatu *Verdeni* bona possederit. Contiguum fuisse hunc pagum pago *Enterigawi*, sito intra comitatum *Hoianum*, et locorum situs, et villar, ad utrumque pagum referendæ, suadent. Fortasse ergo *Horid* filius fuit *Wicmodæ*, quæ supra §. 61. in pago *Enterigawi* bona quædam abbatiæ nostræ tradiderat. Quæ *Wicmod* filia fuit ducis *Ostfalarum Hessi*.
- (a) *Bernhardus* sine vilo dubio est filius *Unwani* et ducis *Ostfalarum Hessi* nepos, de De *Bernardo* iam supra egimus §. 18. 20. 27. 28. 29 et 36. Amisisse hunc *Bernhardum*, hardo. iuuenilibus annis adhuc vigentem, patrem suum *Unwanum*, ex *Vita S. Liutbivigis* apparet. Auctor enim illius vitæ refert, *Gislam* filiam *Hessi* post obitum viri sui *Unwani* per aliquot annos in viduitate sua religiosam duxisse vitam, et imperante *Ludouico pio*, vitam in pace finiuisse, et honorifice sepultam esse. Quod si autem *Ludouicus imperator* anno 840 e vita decessit, ut approbant diplomata nostra, nemo dubitare poterit, *Gislam* ante annum 840 vitæ lumen deseruisse. Hisce concordant accurate hæc traditiones. Ex dictis igitur videmus, patrem *Bernardi* nostri iam antea animam suam creatori reddidisse, et ideo eius mentionem has traditiones, cum de hereditate *Esiconis* loquuntur, iniicere non potuisse.
- (b) *Wichardi* sæpius meminerunt traditiones. Cum enim §. 20. *Bernhardus* in pago *De Wic Norththuringi* bona quædam traderet, testis erat *Wichardus* quidam, qui etiam *chardo*. §. 83. 94. 131. et 158. reperitur inter testes. In comitatu *Dasseliensi* eundem bona possedisse, ex §. 203. discimus. In eo enim *Wichardus* in pago *Suilbergi* in villa



Ab anno 826 usque 853 imperante Hludovico et  
 tuf (†) hildibertuf (c) redbolduf edo hathugrim echarduf (d) berndag (e) thane-  
 villa Dasila tradidit, quidquid habuit. Ipse fortassis frater fuit *Thiadbardi*, de quo vide not. (l), huius §.

De Heriberto. (†) Quis fuerit *Heribertus*, incertum est. Supra quidem §§. 3. 8. 9. et 36. quidam huius nominis inter testes occurrit. Sed nihil inde conici poterit. In cælo eius nomen sit inscriptum! in annalibus ipse id inscribi noluit, quia nihil dedit.

De Hildiberto. (c) De *Hildiberto* vide not. (n)

De Redboldo, Edone, Hathugrimo. (d) De *Redboldo*, *Edone* et *Hathugrimo*, nihil habemus, quod commentemur. De *Echardo* autem perhibere possumus, illum fuisse patrem *Gumberi* comitis, avum comitis *Eccardi*, proavum *Guntheri* marchionis Misnensis, et abavum *Eccardi* marchionis Misnensis, anno 1002. 2. kal. martii a Sigefrido comite in loco, qui dicitur Polithi, occisi; ipse autem *Echardus* huius familiae fator mortuus est anno 871.

De Origine marchionum Orientalium. (e) *Berndag* et *Wendildac* sub not. (m) supra §. 21 filii *Haddonis* nominantur, et ex donis ceterisque, quæ de illis in his traditionibus commemorantur, conclusimus, eos referendos esse ad stemma ducis *Ecberti*. Iam sæpius indicavimus, potentissimum possessorem castri Brunonisburgi amplissima prædia habuisse in pago Auga, et in pagis contiguis Nethga, Tilithi et Hessi. Idem ex dicendis confirmatur. Quod ergo ad patrem *Berndagi* et *Wendildaci* *Haddonem* attinet, is supra §. 21. in pago Auga in villa *Stalo* duas partes vnus mansi donat ecclesiæ Corbeienfi. Inter testes repertus et obuius ille, cum Rieger quidam §. 34. in pago contiguo Logne bona quædam traderet abbatiæ nostræ. Probabiliter quoque eius filius fuit *Haddi*, qui, testante §. 111, non consenserat in traditionem villæ *Uffenleua*, hinc l. c. manu et voce consentit. *Had*, qui l. c. eandem traditionem etiam approbat, ad hanc familiam quoque pertinere videtur, quia testis erat, cum in villa *Thurislon* in pago Hessi *Wulhardus* mansum donaret, vt ex §. 60. dicimus. Fortassis autem iste *Had* filius fuit *Berndagi*, qui §. 164. et 165. testis erat, cum in pagis Auga et Nethga quædam traderentur. Plura de hoc *Berndago* non inuenimus, præterquam quod inter testes reperitur, cum in villa *Hrodbertheshusen* ab Abbone eius consanguineo quædam donaret, vt vidimus §. 230. De *Wendildaco* etiam non habemus, quæ addere possumus, excepto quod videatur esse *Wildag*, qui inter testes refertur, cum §. 160. in pago Auga in villa *Holtesmyne*, quæ haud procul a villa *Stalo* abest, quædam tradita sunt. Redendum ergo est nobis ad *Haddium*, quem fuisse fratrem *Berndagi* et *Wendildaci* statuimus, quique in pago *Wikanauelde* §. 120. quædam donat, vbi etiam *Hodo* quidam inter testes reperitur, et de quo §. 231. firmum et græue testimonium deprehendimus, quo docemur, eum ad familiam *Ecbertinam* citra controuersiam referendum esse. Ibi enim *Folclog*, *Beuonis* vxor, in pago *Mersthem* in villa *Foanreder* ex consensu propinquorum suorum hereditatem suam abbatiæ nostræ tradidit. *Beuo* iste, vt infra demonstrabimus, erat abbas Corbeienfi *Warini* et ducis *Luidolphi* frater, et capropter sine vllo dubio filius ducis *Ecberti*. Iam vero, eodem §. teste, inter propinquos istius *Beuonis* referuntur *Haddo*, *Hiddi* et *Hidda*, quorum alter est noster *Haddi*, alter vero *Had* filius *Berndagi*, de quo quominus dubitemus, omnia momenta sunt impedimento. Idem *Had* adhæc testis erat, cum eius consanguinei *Beur* et *Wigbert*, ille in villa *Mulinhusen* §. 237. hic vero in *Billurbeke* §. 256. sua munera offerrent. An vero ab eo, seu potius ab eius auo, vel, vt altius ascendamus, ab *Hiddi*, patre ducis *Ostfalarum* Hessi, villa *Haddeshus* §§. 191. et 283. nomen acceperit, non liquet. Illud certum notatuque dignum est, *Cristinum* quendam, testante §. 312. circa finem seculi IX pro *Hiddone* dedisse in pago *Patherga* in villa *Balhornen*, quidquid habuit. Id quod sine vllo dubio ex bonis auitis et paternis illi proprium erat in istis regionibus. Ex consanguineis eius quidam *Hiddi* secundum §. 349. pro *Alured* et pro vxore sua *Eruli* in *Sualdeshus* vnam familiam dedit. In hac ipsa etiam villa *Thiatmarus* pro fratre *Hetelgero* vnam donarat familiam, testante §. 314. Ex quo quis non incommode conicere potest, istum *Thiatmarum* consanguineum fuisse et *Cristini* et *Hiddonis*, inprimis cum, testante §. 390, quidam *Haddi* pro filio suo *Hadda* in *Biaranhus* abbatiæ nostræ 70 iugera et vnum iurnalem




nalem tradiderit. Quodsi igitur inter benefactores ecclesie Corbeiensis deprehendimus *Cristinum* et *Haddonem marchiones*, veram originem marchionum quorundam *orientalium* nos hic primum inuenisse omnino arbitramur. Vbi hi *marchiones* suas habuerint sedes, non est, quod anxie inquiramus. Doctis enim iam dudum illud innotuit. Ideo illud ipsum transcribendo superfedere possumus. Quo minus autem oratio nostra, quæ lumen rebus adhibere debet, obscuritatem afferat, pronuntiamus, ex hisce traditionibus fieri palam, Saxoniam nostram etiam tempore imperatorum Carolingidarum in suas marchias seu limites fuisse diuisam; eas vero postea ab Heinrico aucupe melius esse ordinatas. In primis autem erant geminæ *marchia*, *septentrionalis* scilicet atque *orientalis*, quibus *Misnensis* postea, exstructa Misnia vrbe, accessit. *Misnensis* *marchia* erecta est aduersus Slauos Mileenos. Habebant Misnenses marchiones sub sua ditione maiorem Lusatia superioris partem. *Septentrionalis* *marchia* instituta est aduersus inferioris Albis accolas, id est, Normannos, et Slauos, et exstitit fere, vbi hodie vetus *marchia* visitur. *Orientalis* vero *marchia* ab Albi, vbi ille Salam fluuium recipit, per pagum Serimund ad Belgeram vsque, et deinde per Lusatiam inferiorem vsque ad Wartam flumen et nouam marchiam protensa fuit. *Orientalis* ergo *Marchiones* præerant maxime partibus principatus Anhaltini, ducatus Merseburgensis, circuli electoralis, Lusatia et marchia nouæ. Eorum sedes erat primum in oppido Alsteto, deinde Merseburgi et porro aliis in locis. Primum in eadem Orientali *marchia* memoratur *Erwinus* marchio, pater *Hatzeburge* coniugis Heinrici aucupis, de qua hæ traditiones infra quædam memorabilia afferunt. Deinde *Sigefridus*, post *Gero*, floruerit, cui mortuo *Christianus*, *Ditmarus* atque *Hode* successerunt. Quis igitur pater fuerit istius *Christiani* (seu, vt monumenta nostra illum melius expriment, *Cristin*, quod non Christianum, sed *Karsen* denotat: Christianum enim hoc tempore quendam nominatum esse, nondum inuenimus) iam est inquirendum. *Thiadmarum* illum fuisse, facile damus et concedimus, non solum eo quod *Cristinus* et fratrem et filium habuit, eodem nomine insignitos, sed etiam quia in his traditionibus §. 63. *Tiadmer*, §. 256. *Theodmer comes*, *Had* et *Teodmer*, et §. 301. *Thiadmarus* et *Cristin* (probabiliter fratres) inter testes, verisimiliter qua consanguinei, reperiuntur, itaque ad hanc familiam referendi. Adhæsisse *Thiadmarum* Heinrico aucupi suo consanguineo, Witichindus noster *Annal. lib. I. (f. 636.)* dum eius strategema, quo regem Conradum anno 915 ab occupatione vrbis Gronæ absterruit, refert, his verbis enarrat: *Audiens autem rex male pugnatum a fratre, congregata omni virtute Francorum, perrexit ad perquirendum Heinricum, quem compertum in presidio vrbis, que dicitur Grona, tenuit illud oppugnare presidium et missa legatione pro spontanea deditioe, spondet, se per hoc sibi amicum affuturum, non hostem experturum. Huic legationi interuenit THIATMARVS ab oriente, vir disciplina militaris peritissimus, variis consilioque magnus, et qui calliditate ingenii multos mortales superaret. Hic superueniens legatis regis presentibus interrogat, vbi vellet exercitus castra metari. At ille iam suasus cedere Francis accepit fiduciam, audiens de exercitu, credens ita esse. THIATMARVS vero sicte loquebatur: cum quinque enim tantummodo viris venerat. De numero autem legionum sciscitante duce, ad triginta fere legiones se producere posse respondit: et ita delusi legati regressi sunt ad regem. Vicit vero eps THIATMARVS calliditate sua, quos ipse dux ferro vincere non potuit Heinricus. Et hic est *Thiadmarus*, quem significant traditiones nostræ §. 318. vbi ei filium adscribunt, nomine *Welut* insignitum, quod ideo certum est, quia alius *Welath*, *Thiadmari* comitis filius, testantibus *Annalibus Corbeiens.* MSCis anno 978, in modum scholaris Corbeiensis mortuus est, qui neque *Thiadmarus II.* neque *Thiadmari II.* filius fuisse videtur, eo quod chronologia repugnat. Quapropter etiam de eo sermonem esse, §. 339, omnino credimus, vbi ille eiusque coniux *Reinburg* sitos in pago Tilithi 40 mansos (attende, queso, ad largissimam donationem, quæ non nisi ab homine et nobilissimo et ditissimo proficisci potuit) monasterio nostro tradiderunt, merito ergo illum Witichindus noster l. c. vt vidimus, summis laudibus extulit. Plura de eius posteris addere superuacaneum duximus, siquidem ea in Ió. Ge. Eccardi *Historia Genealogica* f. 116. seqq. legi possunt, quæ memoratu sunt digna. Nemini autem hoc molestiam afferet, quod ibi hi marchiones *Hodones* nominentur: vnum enim idemque nomen est *Haddo* et *Hodo*, vt ex supra dictis apparet. Nullum enim marchionem *Haddonem* (vti is in nostris Corbeiensibus appellatur) scimus exstitisse præter *Hodonem*, marchionem*



Ab anno  
826 vsque  
853 im-  
perante  
Hludo-  
uico et

thanebert hatubert (f) hemmid (††) hrotharduf (†††) adalhar-  
dus

orientalem, qui, vti demonstrauius, in pago Auga, in quo erat Corbeia no-  
stra, cum imperatore Ottone Magno æqualem originem habuit. Ideo a Dirma-  
ro episcopo Merseburgensi Lib. II. illi epitheton *venerabilis* marchionis datum  
est, quo titulo salutabantur eo tempore inprimis comites, regi vel imperatori  
cognitione coniuncti, vti ex diplomatibus, si opus foret, comprobare possumus.  
Tandem vero vt omnia, hæctenus de origine horum marchionum prolata, vno  
obutu perlustrare possis, genealogiam eorundem, breui tabula expressam, re-  
præsentabimus, addito monito, in allegatis §§. nos plura de illis dixisse, et in  
supra relatis demonstraui. Vt ergo ipsos §§. euoluas, rogamus.



De Thaneberto et Hatuberto.

(f) De Thaneberto et Hatuberto statui nihil certi potest. Licet enim supra testis sit §. 4. quidam *Hadebertus*, cum in pago Hardego, *Habert* §. 16. cum in pago Laingo, *Haward* §. 32. cum in pago Huuetigo, *Hobert* §. 75. cum in pago Hardego, *Adbert* §. 128. cum in Duthungen, *Habert* §. 150. cum in pago Nethga, etiam *Hadubert* §. 168. cum eodem in pago Nethga quadam donarentur, atque *Hatubert* ipse §. 275. in Bernkaldeshus quadam tradiderit, nil tamen inde elicere possumus, licet §. 111. quidam præterea *Hathubert* partem suæ hereditatis in Uffenleua sitæ donauerit. Fortassis *Hatubertus* hic fuit nepos ex fratre nostri *Hatuberti*, vel eius filius.

De Hemmido.

(††) *Hemmid* in his traditionibus alias non occurrit. An inter progenitores nobilium de Elscherde ipse est referendus? ipse an fundator villæ Hemedesdore prope Hildesiam sitæ est statuendus?

De Hrothardo et familia Widikindi M.


(†††) *Hrothardum* ad *Widikindi M.* stemma esse referendum, ita quidem demonstrari non potest, vt de eo nullum dubium remaneat. Probabilissimum tamen videtur



tur, propter ea inprimis, quæ in sequenti tractatione dicturi sumus. *Widekindi* Magni posteros in pagis Leri, Merstem, Gudinge, Guetigo, Nethga et Itergowe amplissima possedisse prædia, in dubium vocari non potest. Eæ ipsæ, quas damus, traditiones passim id approbant. Ut ergo ostendamus, quonam gauisus sit *Hrothardus* noster cognationis vinculo cum familia *Widekindæ*, quoddam genealogicum schema haud vnum proponemus, quod infra planum facturi sumus. Cum autem in eo, atque in sequentibus tabulis genealogicis multa deprehenderis noua, omnino monemus primo, quædam in illis niti quidem tantum coniecturis nostris, pleraque vero et quidem præcipua non esse coniecturas. Speramus itaque, neminem fore tam iniustum et absurdum, ut, cum coniecturæ nostræ ipsi minus placeant, cum cane simul et lorum sit profufurus. Originem serenissimorum principum *Waldecensium* a *Widekindo* Magno, comitum *Nortbeimensium* a *Wichardo*; comitum *Brunsvicensium* a *Brunone* duce, familie *Billingane* ab *Amalungo* comite, atque *Anbaltinorum* principum ab *Abbone* optimo solide deduci, arbitramur, paratique sumus ad vindicandam eam contra quemcunque. Ceteras vero opiniones nostras, plane esse veri dissimiles, negamus. Atque, id lectores facile concessuros esse, confidimus, quippe qui considerabunt et debebunt meminisse, 1) temporibus antiquissimis patres filiis suis nomina dedisse a suis, vel a patrum, auorum ac proauorum nominibus petita: 2) nullos, nisi veros nobiles, quos *Adelings* vocamus, tempore Carolingidarum Cæsarium prædia hereditaria mansosque *buobis ingenuilibus* multo numerosiores, possedisse eaque tradere potuisse, 3) liberos et nepotes ordinariæ fuisse heredes bonorum suorum parentum, auorum, ac proauorum, 4) illi argumentationi inesse vim probandi, qua, non repugnante chronologia, asseritur, *Luidolfum* comitem e. g. fuisse filium *Hiddonis* et nepotem *Luidolfi* ducis, quia comes *Luidolfus* tradidit in eodem prædio, siue maiori siue minori, quædam bona, in quo *Luidolfus* dux bona quædam largitus erat: probabile enim est *Hiddonem* filio suo nomen indidisse, a patre suo petitem, et *Luidolfum* comitem prædia aui sui iure hereditatis accepisse, et 5) eandem ratiocinationem firmiori niti talo, quam eam, qua putatur *Luidolfus Brunonis*, siquidem *Luidolfus* comitatum suum habuit in eodem pago, in quo *Bruno* eundem habuerat. Pagis enim comites dabant imperatores tam Carolingidæ quam Saxonici secundum suum arbitrium liberrimum, licet merita patris in filio haud inepto solerent publice ab Imperatoribus cohonestari.

TAB I.

Theodoricus I. §. 104.





Ab anno  
826 usque  
853 im-  
perante  
Hludo-  
uico et

## TAB. II.

Walbertus I comes, vxor  
Alsburg. §. 95. 104.

Wiebertus II. primogenitus Walberti 872. episcopus Ver- denfis 892. 908. §. 111. 125.		Geroldus filius Geroldi et Alsburg, auus Sifridi co- mitis §. 95. 112. 163. 167. 175. 228.		Reginbern I comes vx. Ma- thildis, facta vidua abbatissa Herifordensis §. 229.		
Theodoricus III. vxor Reinilda §. 229.		Widekindus II. §. 229.		Reginbern comes §. 229.		Immed comes 940. §. 229. v. Tab. 5.
		Gifelbertus dux Loth.		Wibertus.	Lambertus.	Raginerus.
Rupertus Archie- piscopus Treu- rensis. 945. 953.	Ansfridus comes.	Mathildis regina v- xor Hein- rici auc. 936. † 2. 966. id. Mar- tii 968.	Amalrada vx. comi- tis Euer- hardi † 966.	Fritheruna vx. Bruno- nis.	Bia vxor comitis Wig- manni.	Theodori- cus IV.
Meinwercus comes † 953.	Theodoricus N. filius, episcopus Merensis † 983.		Frideruna abbatiss. Kemnad. 1004.	Imma vxor Her- manni.	Ansfridus comes vx. Herefunt. facta vi- duo episcopus Tra- iectensis † 1010.	
N. filia vxor Im- madi comitis.		Euerhardus n. 901. † 979.		Benedicta abbatissa Tornensis.		

## TAB. III.

Bunico I. §. 104. † 839.  
vxor Addila.

Bunicho II. iam † 839.		Ricdac §. 208. 210. 224. 176.		Folchmarus iam † 839.	Hemme iam † 839.	Bertildis iam † 839.
Folker §. 153.	Heio II. §. 153.	Benneke III. §. 208. 210. 211.		Helmdagus §. 211. 223.		
Benneke IV. §. 224. 229. 231. 251. 258. 260.				Ricdag §. 236.		
Alfricus IV. §. 288. 336.	Folcred §. 293. 336.	Rothard §. 293.	Ico §. 245.	Helmdag §. 331. 332.	Hoiö III. §. 407.	
				Radulfus §. 245.		
Retharius episcopus Pa- derborn. §. 430. † 1009.		Bunico V. 970. §. 407.		Thangmarus II. §. 401. 407. 436.		Maginhar- dus §. 435.
Hermannus Folcred §. 414. de Werla.		Gherfridus §. 426. 408.		Redulfus, comes de Werla §. 401.		Gisla de Werla vx. Brunonis Brunfuc.
Hermannus comes, vx. Richenza, quæ, facta vidua, nupsit Ottoni comiti in Northeim et duci Bauariæ.						
Oda, filiastra Ottonis comitis in Nor- heim, vxor Udonis marchionis Stadenfis.				Heinricus vid. Dit- marus f. 425.		
Heinricus marchio Sta- denfis.	Udo.	Sigfridus.	Rudolfus.	Adelheidis vxor 1) Fride- rici comitis de Puteleudorf 2) Ludouici senioris de Thuringia, fatoris Land- grauiorum Thuringiæ.		


TAB. IV.



TAB. IV.


Bardo I. comes vx. Hateburg §. 116. 125. 104. 126.  
129. 149. 158. 169. 200. 216. 231. 245. 256. 320.

gubernante  
Corbeiam. W2.  
rino



TAB. V.

Reginbern I. comes, vxor Mathildis, facta  
vidua abbatissa Herifordensis §. 229.



PH



Ab anno  
826 vsque  
853 im-  
perante  
Hludo-  
uico et

TAB. VI.

Volkwinus I. de Sualenberg aduocat. Paderborn.  
vxor Luitgard. 1137. 1146. 1175. 1177. † 1178.

Widekindus VII. comes de Waldekke, filius Volwini et nepos Widekindi aduocat. Paderborn, 1186. 1189.	Hermannus IV. comes de Waldekke, Widekindi et Heinrici frater 1189. 1193. 1198.	Henricus II. 1189.	
Volcwinus III. comes de Waldeke,	Adolfus I. comes de Waldeke, vx. N. comitissa de Arnsberg. 1230. 1227. 1249. 1246. 1254.	Herimannus VI. 1248.	Heinricus IV. prepositus Paderbornensis, frater Adolphi et patruus Adolphi, Gothfridi et Ottonis 1263. 1265. 1269. 1271. 1275.
Adolfus IV. de Waldeke 1271.	Gotfridus 1271. episcopus Mindensis 1310. 1321. 1322. † 1324.	Otto I. 1271. 1295. 1304. vxor Sophia, Heinrici infantis Landgrauii Hassie et Adelheidis Ducissae Brunsvic. filia.	Widekindus XI. filius Adolphi comitis de Waldekke episcopus Osnabrugens. 1267.
Heinricus V. com. de Waldek. vxor Adelheid comitissa de Cleue 1306. 1309. 1321. 1312. 1323. 1334.	Adolfus V. 1306.	Godefridus 1306.	Euerhardus 1306.
Otto II. c. de Waldeck, filius Heinrici 1334. 1349. 1351. 1367. 1342.	Theodoricus prepos. cathed. eccl. monasterien. 1349.	Henricus IX. prepos. cath. eccl. Mindensis 1349.	
Henricus X. ferreus, comes de Waldeck 1371. 1393.			
Henricus XIII. c. de Waldeck Adolphi frater 1400. 1401. 1410. 1412.		Adolfus VII. Henrici filius 1371. 1393. 1401.	
Waltraue com. de Waldeck 1444. 1447. 1462. 1470. 1473.	Mechtild abbatissa Herford. 1407. 1431.	N. filius.	Otto III. 1471. 1473. 1481.
Philippus I. c. de Waldeck 1481.	Heinricus XV. c. de Waldeck.	Otto IV. † an. 15.	
Philippus II. c. de Waldeck.	Franciscus episcopus monaster. Osnabrug. Mindensis 1534. 1533. 1536. 1537. 1546.	Philippus III. c. de Waldeck etc.	
Volradus c. de Waldeck vxor Anastasia c. de Schwartzburg.			
Jofias c. de Waldeck, vx. comitissa de Barbi † 1588.			
Christianus c. de Waldeck † 1638.		Volradus c. de Waldeck † 1640.	
Philippus c. de Waldeck † 1641.	Philippus Theodoricus c. de Waldeck † 1645.	Georg Friderich princeps de Waldeck General Feldmarchal † 1692.	
Christian Ludewig c. de Waldeck nat. 1636.	Henricus Volradus c. de Waldeck † 1664.		
Anthonus Ultricus, princeps de Waldeck nat. 1676.	Henricus Georgius c. de Waldeck nat. 1683.	Sophia Wilhelmina abbatissa Schakenfis nat. 1686.	Jofias de Waldeck nat. 1696.
Carolus Augustus Fridericus princeps de Waldeck nat. 14. Septemb. 1704.			

TAB. VII.



T A B. VII.

Widekindus VI. comes de Sualenberge 1149 - 1177.

gubernante Corbeiam Warino.

Volcwinus II. de Perremunt 1183.	Widekindus VIII. vid. Tab. 8.	Herimannus V. 1185.	Heinricus III. 1185. 1198.
Godescalcus I. comes de Perremunt. vid. Tab. 8.	Fredericus comes de Peremont 1090. 1205.	Widekindus IX. comes de Sualenberg 1203.	
Bernhardus III. fratres 1239. 1244.	Widekindus X. dictus de Colrebeke 1239. 1244.	Fridericus. Colrebeke	Volcwinus IV. de Sualenberg frater Adolphi, 1230. 1237. 1244. 1246.

Widekindus XIII. 1246. 1256.	Adolfus III. c. de Sualenberg vx. eius Iutta 1246. 1285. 1288. 1291. 1298. 1305.	Volquinius V. episcopus Min. denfis. 1277. 1279. 1280. 1281. 1282. 1284. 1285. 1288. 1289. 1290.	Alberus com. de Sualenberg vx. Iutta 1246. 1285. 1288. 1291. 1292. 1295. 1298. 1301. 1302. 1304. 1305. 1309.	Guntherus praepos. cathed. Magdeburg. 1285. 1288. 1298. 1305. † 25 May.	Cunigunda abbatissa Valckenhaugenfis. 1246. 1298.	Irmengard abbatissa Herifensis. 1298. 1305.	Mechtild abbatissa Molenehe. 1285. 1305.
------------------------------	--	--	--	---	---	---	--

Henricus VII. canonicus Hil. desheimf. vx. Adelheid de Homborg 1295. 1300. 1321. 1322.	Guntherus c. de Sualenberg vx. Adelheid de Homborg 1295. 1300. 1321. 1322.	Sophia 1295. 1298. 1305.	Iutta 1295. 1298. 1305.	Corne Gund 1295. 1298.	Guntherus episcopus Paderbornenf. 1305. 1309.	Lutgard vx. Herimanni com. de Peremont 1295. 1298. 1308.	Henricus VIII. com. de Swalenberg vx. Elifabeth. 1298. 1302. 1304. 1305. 1309. 1324. 1329. 1345.	Alberus 1298. 1305. 1309.	Jotta 1295. 1298.
--	--	--------------------------	-------------------------	------------------------	---	--	--	---------------------------	-------------------

Adolfus VI. 1322.	Borchard vx. Agnes 1324. 1342. Agnes vidua Retberg 1324. 1350.	Henricus XII. com. de Swalenberg, vltimus comitum de Sualenberg vxor Mechtild comitissa de Retberg 1324. 1345. 1350. † 1350.	Elifabeth vx. Afchwini de Steinberg. 1324.	Jutta canonissa Gandersheim. 1324.	Mechtild canonissa Gandersheim. 1324.	Wedekind XIV. 1324.	Lencke. 1324.
-------------------	--	--	--	------------------------------------	---------------------------------------	---------------------	---------------

Jutte. 1350.

T A B. VIII.

F4




Ab anno  
826 usque  
853 im-  
perante  
Hludo-  
uico et

## TAB. VIII.

Widekindus VIII. comes de Sualenberg  
1177. 1184. 1185.

Godecalcus I. comes de Perremunt. vxor  
Conigunda. 1203. 1221. 1236. 1239.



Nolumus autem hic totum hoc genealogicum schema explicare, sed eam tantum partem, quæ ab *Hrothardo* capit primordium, reliquam eius partem infra planam facturi. Eundem ad stemma *Widekindi* Magni pertinuisse, et filium *Wicberti I.* fuisse, collegimus exinde, quod in hac genealogia *Rotbardus* quidam occurrit. An vero noster *Hrothardus* vnus idemque sit cum illo, qui supra inter testes reperitur, cum in pagis Logne, Hardego, Loingo, Auga et Northuringi, testantibus §§. 4. 15. 16. 26. 38. 40. 46. et 65, quædam traderentur, incertum est. In *Guddingo* pago posteros *Widekindi* Magni prædia quædam possedisse, supra diximus. Iam autem eodem in pago *Rotbardus* quidam, vii §. 7. vidimus, donauit monasterio nostro, quidquid ibi habuit. *Ben* illum, qui hoc etiam in §. 104. inter coheredes *Adalrici* reperitur, fratrem *Hrothardi* nostri appellauimus, atque asseruimus, illum eundem *Bennonem* fuisse patrem *Bunichonis*, *Riedagi*, *Folchmari*, *Hemma* et *Bertildis*. Quæuis enim illud in hisce traditionibus luculentis verbis non asseratur; ita tamen statuendum esse, omnino censemus: quia, primum testante autographo diplomate adseruato intra Archiuum Corbeienſe, dato ad annum XXV imperii Hludouici, id est, 839, matrona *Addila* (en! titulum insignem, qui ei ab imperatore datus non esset, nisi *Addila* ex familia quadam illustrissima existisset) pro anima mariti sui *Bunichonis*, ac filiorum suorum *Folchmari*, *Bunichonis*, *Hemma* et *Bertildis* in villis atque oppidis *Osthouen*, *Oppenheim* et *Wachenheim*, quidquid habuit, donauit; deinde etiam nomen huius *Ben* (*Benneke* enim, *Bunicho*, *Bunico*, et *Ben* vnum idemque nomen est) in hac serie in eius filio, nepote, pronepote, et atnepote occurrit, qui probabilissime a satore huius familie communi ita sunt dicti. Idecirco autem hunc *Ben* seu *Benni* ad stemma *Widekindum* retulimus, quia *Benni* in pago *Levi* in villa *Letiloun* §. 119, quidquid habuit, largitus est. Possedisse autem filios *Widekindi Magni* amplissima prædia eodem in pago, iam supra §. 35. not. (D) demonstrauimus, et infra pluribus ostendemus. *Bennonem* hunc vnum idemque esse cum *Benone* seu *Bennucone*, qui in his traditionibus supra §. 2. 14. 15. 22.

Bennonis  
liberi  
1) Bunicho II.  
2) Riedagus.  
3) Folchmarus.  
4) Hemme.  
5) Bertildis.



34. 36. 38. 45. 48. et 75. reperitur, audacter quidem pronunciare non aude-  
mus; nullus is autem alius fuisse videtur, nisi Benno II, qui, testante §. 127, in  
villis Billurbeke et Riudiun cum *Ricdaco*, quem idcirco eius fratrem appellau-  
imus, quædam donauit. Cum porro eandem infra villam Riudiun *Folker* §. 153.  
quidquid habuit, tradiderit, *Folkerum* istum pro filio huius *Bunichonis* tam diu  
habere volumus, donec demonstraretur contrarium. Et quia ibidem inter testes  
reperitur *Hejo*, a propatruo probabiliter ita appellatus, *Heio* iste frater *Folkeri*  
nostri videtur fuisse. *Bunicho* II, testante excitato diplomate, iam anno 839 morte  
peremptus erat. Idcirco traditiones nostræ §. 137. cum designare non pos-  
sunt, ubi referunt, *Buniconem* quendam in villa *Upsledi* in pago Ambergo bona  
quædam tradidisse. Hic *Bunico* *Bennic* seu *Bennico* §. 131. 171. et 208. filius vel  
*Hrothardi* vel *Heionis* vel *Thangmari* fratrum *Bennonis* I. esse potuit. *Ricdacus*  
fratri *Buniconi* II. superstes videtur fuisse. Cum enim eius consanguineus *Bu-*  
*nico* in villa *Ungretun* in pago *Ahugo* secundum §. 208. bona sua donaret, *Ric-*  
*dagus* noster inter testes adstabat, præfens etiam cum *Luidolfus* comes, testante  
§. 210, quædam traderet. Huius *Ricdagi* filii fuisse videntur *Helmdag*, et *Buniko*  
fratres, ita enim appellantur §. 211, inter quos *Buniko* circa hæc tempora vitam  
cum morte commutasse videtur. *Helmdagus* autem adhuc vixit, cum *Edic*,  
quidquid possederat, in loco *Hrodgheldesfang* traderet §. 223. Huius *Helmda-*  
*gi* filius inter hæc videtur fuisse *Buni* §. 224. *Benno* §. 229. *Ben* §. 231. 232. *Bu-*  
*no* §. 251. 258. et 260. Eius frater videtur fuisse *Ricdagus*, a patre ita appel-  
latus §. 236. *Benekonis* huius sane filius nominatur §. 288. *Alfricus*. Atque cum  
idem *Beneko* in villa *Vindaam* in pago *Huuetigo*, id est, in vico *Wenden* in co-  
mitatu *Sualenbergico* quædam tradiderit, nullum relinquitur dubium, eundem *Bene-*  
*konem* ad posteros *Widekindi* M. esse referendum, quia in eodem pago *Widekindi*  
posteris multa bona possedisse et adhuc possidere constat. *Alfrici* nomen in  
*Genealogia* *Widikindea* erat satis vsitatum *Alfricum* I. fratrem fuisse *Wiberti* I,  
ex nepote *Wiberti* *Alfrico*, *Bardonis* filio, collegimus. Fuisse enim comiti *Bar-*  
*doni* I. nepoti *Widekindi* M. filium nomine *Alfricum* II, ex §. 256. collato cum  
§. 378. didicimus. Ex donis in pago *Huuetigo* sitis porro apparet, nullos alios  
designatos, nisi posteros *Widekindi* Magni. *Alfricus* autem, qui excitato §. 256.  
frater appellatur *Wiberti*, nullo modo *Alfricus* I. filius *Widekindi* M. et frater  
*Wiberti* I. esse potest. Nam ex Charta quadam, quam I. G. ab *Eccard* in *Histo-*  
*ria Geneal.* f. 19. produxit, comprobari potest, *Wibertum* I. iam anno 834 fuisse  
mortuum, ideoque ipsum circa annum 880 pro fratre suo nihil dare potuisse.  
Cum igitur in Charta adducta l. c. *Alfric* quidam, et in his traditionibus §. 81. et  
110. *Alfricus* inter testes reperitur, qui, testante §. 142, pro anima fratris sui  
*Obriti*, et §. 145. in pago *Nethga* quædam donauit, nullus videtur alius signifi-  
catus, ac iste senior *Alfricus* I, filius potentissimi *Widekindi*. *Alfricus* III. fra-  
trem habuit nomine *Folcredum*. Is enim §. 336. pro *Alfrico* nostro in pago *Iter-*  
*gowe* in villa *Berneistorpe*, id est, *Berndorf* in principatu *Waldeccensi* in præfe-  
ctura *Eisenberg*, 30. iugera donauit. Testis vero erat idem *Folcred*, cum in  
pago *Itergowe* in villa *Hriethrun*, id est, *Raderen* in præfectura *Lichtenfels* in  
eodem principatu *Waldeccensi* quædam traderentur §. 243. *Folcredi* autem frater  
appellatur *Rotbardus* §. 293, ubi in pago *Huuetigo*, id est, in terris Comitatum  
*Swalenbergici* et *Pyrmontani*, in villa *Holthus*, quæ vicus *Holthusen* est haud  
procul ab *Acidulis* *Pyrmontanis*, quædam monasterio nostro bona largitus est.  
Habuerunt hi tres fratres *Alfricus*, *Rotbardus* et *Folcred* auum nomine *Helmdag*  
vsu. Quocirca, eorundem fratrem fuisse *Helmdagum*, arbitramur, qui in pa-  
gis *Almunga* et *Itergowe* in villis *Swetharan* et *Haran*, id est, *Swafferen* et *Ha-*  
*ren* intra episcopatus *Paderbornensis* terras, et in *Hiriwardeshus*, id est, *Herr-*  
*hausen* in dynastia *Iter*, parte *Waldeccensis* principatus, 4. iurnales et 110. iu-  
gera donauit, vti §§. 331. et 332. videbimus. An hi quatuor fratres sese adtrin-  
xerint matrimonio, et ex vxoribus susceperint liberos, mihi id non patet. Atta-  
men *Thangmarum* quendam inter heredes ducis *Ostfalorum* *Hessi* §. 111. depre-  
hendimus, eundemque filium *Wiberti* I. fuisse, verisimilitudini congruenter sta-  
tuimus. Cum igitur infra §. 407. *Thangmarus* quidam frater appelletur *Buni-*  
*conis*, quorum pater dicitur *Hoia*, *Hoia* iste frater et *Helmdagi* et *Folcedi* et *Ro-*  
*thardi* et *Alfrici* fuisse videtur, eiusdemque *Hoia* filium quoque fuisse oportet *Ma-*  
*ginbardum*, testante §. 436. Hæc conglutinatio nostra nititur bonis, quæ ab his  
dominis monasterio nostro tradita sunt. Quidquid *Bunico* et *Thangmarus*, appel-  
lati

guber-  
nante  
Corbe-  
iam Wa-  
rino.

Bunicho-  
nis II, fi-  
lii  
a) Folker.  
b) Heio.

Ricdagi  
filii

1) Helm-  
dag.  
1) Buni-  
ko III  
Helmda-  
gi filii

a) Benno  
IV.  
b) Ric-  
dag.

Bennonis  
IV. libe-  
ri  
1) Alfric-  
cus.

2) Fol-  
cred.

3) Ro-  
thardus.

4) Helm-  
dag.

5) Hoia.

Hoia fi-  
lii

1) Bunico  
V.

2) Thang-  
marus.



Ab anno 826 vsque 857 imperante Hludouico et

3) Maginhardus.

Thang-

marci filii

a) Redul-

fus.

b) Fol-

cred.

c) Gher-

fridus.

Redulfi

foror

Gisla de

Werla.

Redulfi

filii He-

rimannus

comes.

lati fratres, donant, id situm erat in pago Suilbergi. Sitae erant olim villae Thieddegeshus et Aldanthorpe ante portas vrbis Einbecke intra Principatum Grubenhagicum. In villa Thieddegeshus *Herimannus*, filius *Bardonis II*, abnepos *Widekindi Magni*, testante §. 422, quidquid habuit, donauit. *Widekindum* autem Magnum in pago Suilbergi praedia quaedam possedisse, demonstrabimus alio loco. Sickinghus vero et Bieranhus, in quibus *Maginhardus* pro fratre suo Tangmaro homines quosdam proprios Corbeiensibus largitus est, sitae erant in pago Almunga. Designatas ergo per illas Sinckhufen in dynastia Burana, et Barhufen in eodem dominio, arbitramur. An *Bunico* et *Maginhardus* vxores duxerint, non liquet. *Tangmarus* autem filium habuit, cui nomen erat *Redulfi*, testante §. 401. Huius fratres videntur fuisse *Folcred* et *Gherfridus*. *Folcred* enim donauit pro se in pago Itegowe nonnihil in villa Tithemudele, quae villa Dommel est in principatu Waldeceensi intra praefecturam Eisenberg, vnam familiam. Id ipsum apparet ac perspicitur ex §. 414. *Gherfridus* praeterea abbatiae nostrae tradidit molendinum ad eandem villam Tithemudele obuium, vt docet §. 426. An *Folcred* et *Gherfridus* sine liberis defuncti sint, detegere nobis nondum id, quod quaerimus, datum est. Nihil autem est quod impediatur, quo minus *Redulsum* statuamus fuisse fratrem *Gislae de Werla*, vxoris prioris nuptae *Brunonis*, qui vulgo fundator vrbis Brunsvici fuisse putatur et vixit circa annum 1009. *Redulfus* iste ab Annalista Saxone p. 458. comes nominatur de *Westfalia* ex loco, qui dicitur Werla et frater *Gislae*; genuit vero, eodem Annalista Saxone teste f. 562, *Redulfus Herimannum* comitem, qui duxit vxorem nomine *Richenzam*, ex qua ipse genuit *Odam*, *Richenza* vero post obitum comitis *Herimanni* nupsit *Otoni*, comiti de *Northem* dicto, duci Bauariae, et aduocato Corbeiensis. *Odam* autem, filiam suam seu notham ducis *Otonis*, duxit vxorem *Udo*, *marcbio Stadenst*, genuitque *Udoni* filios *Heinricum*, *Udonem*, *Sigefridum* ac *Rodulfum*, et filiam *Adelheidam*, quam *Fridericus*, comes palatinus de *Putelenthorp*, habuit vxorem, quo defuncto comes *Ludouicus* senior de *Thuringia* eam suscepit in matrimonium, a quo multae familiae, in primis vero serenissima domus *Landgrauorum Hassiae*, per feminas descendunt, vt infra videbimus. Attamen si haec tibi nimis ieiune dicta videntur, euolue §§. allegatos, vbi plura, ad stomachum apta, inuenies.

De Adalhardo.

(g) *Adalhardus* quis fuerit et ad quam profapiam reducendus sit, id laet in occulto. Si coniecturis aliquid dandum est, malumus eum annumerare familiae Brunoniana, quam alii. Inter testes reperitur quidam *Adalhardus* §§. 18, 27, et 77, cum in *duincgon* haud procul a castro Sualenberg, in *bundloum* in pago Leri, et in *Seberua* intra pagum Hessi quaedam traderentur. Quidam *Adalhardus* praeterea quaedam donauit §. 78. intra pagum Wikanauelde sita, et §. 204. in marca Sturmethi intra ducatum Westfalia. Ipse inter testes praesto fuit §§. 82. 83. 98. 155. 163. 177. 230. 231. 241. et 258. Semper *Adalhardum* vnam eandemque personam fuisse, non audemus definire. Delige, vtrum magis optes. Inter haec tamen vide not. (n.) huius §.

De Reinhardo.

(+++ De *Rainbardo* nihil certi vel verisimile habemus dicere. Inter testes obuius fuit *Rainbardus* quidam, cum *Wichardus* intra pagum Suilberii in villa *Dassila*, quidquid ibi habebat, donaret, testante §. 203. An frater fuerit ipse istius *Wichardi*, de quo egimus §. 104. not. (1) videant alii, qui nobis sunt acutiores.

De Ricberto.

(h) *Ricbertus* supra §. 15. nominatur comes, et intra pagum Derlingo in campo *Bochinafeld*, quidquid possidebat, largitus est. An ipse fuerit pater *Abbiei* et *Cumbronis*, qui in eodem pago, testantibus §§. 29. et 57, bona sua Corbeiensibus habuerunt, atque inter coheredes ducis *Ostfalorum Hessi* reperiuntur, id scrutabimur infra §. 188.

De Eiswardo et Abbicone.

(i) *Eiswardus* et *Abbiei* conprouinciales videntur fuisse. Cum enim *Abbiei* §. 57. in *Aluchi* tertiam partem salinarum suarum traderet, *Eiswardus* inter testes erat obuius. Nihil praeterea de illo legitur in traditionibus nostris.

(k) *Math-*



red ofdac (k) landric afger heriuuard thiadhardus (l) uuendil-

guber-  
nante  
Corbe-  
iam Wa-  
rino.

(k) *Mathgrimi* atque *Enboredi* hæ traditiones alias, excepto hoc loco, mentionem non faciunt. De *Osdaco* vero iam supra egimus §. 10. et 42. An idem sit ille ac *Osdago*, §§. 44. 159. 208. 210. et *Osdag* §. 224. memoratus, non liquet. *Osdagus*, vel aliquis ex progenitoribus eius, conditor villæ *Osdageshufen* in pago *Suilbergi* §. 187. 199. et 273. fuisse videtur. Accedit, quod *Osdagus* quidam testis fuit, cum in villa *Dassila* eundem intra pagum *Suilberi* *Wichardus* quædam tradidit, testante §. 203. *Osdach comes* memoratur §. 284, filiusque *Osdagt*, qui §. 44. in pago *Norththuringi* in villa *Waldisleue* quædam tradiderat, viderur fuisse eius *Osdagi*, cuius vxor *Hadeburg* filia *Erwini* marchionis exstitit, quam, mortuo comite *Osdacho*, cuius nomen huc vsque fuit incognitum, duxit vxorem *Heinricus auceps*, Regum Germaniæ præstantissimus, felix, pius, fortis.

DeMath-  
grimo,  
Enbored  
et Osdaco.

(l) De *Landrico*, *Afgero*, et *Heriuuardo* non est quod tradamus. De *Thiadbaro* autem perhibere licet, eum ad progenitores *Northheimensium* et *Dasseliensium* comitum esse delegandum, eundemque ex verisimillima fuisse coniectura fratrem *Wichardi*, cuius iam quædam delibauimus §. 104. not. (b). Vt vero nostram sententiam reddamus probabilem, iam supra vidimus §. 54. *Theobardum* in *Suilbergi* marcu, id est, in regione, circa urbem *Dassel* posita, bona sua, in siluis sita et campis, tradidisse. *Meresuit* eiusque filia *Siburg* bona quædam donarunt, sita per eandem regionem in villa *Osdageshufen*, id est, in *Odasen* intra terras comitatus *Dasseliensis*, testantibus §§. 187. et 199. *Meresuit* illa (fortassis soror ducis *Saxonie* *Luidolfi*, quippe qui filiam habuit, eodem nomine insignitam) vxor *Theobardi*, et *Siburg* eorum filia, fuisse videntur. Quem vero patrem tam *Theobardus*, quam *Wichardus*, habuerit, mihi non constat. Cum porro supra §. 33. *Folcbold* quidam pro patre suo *Hildiboldo* in villa *Budinifeld* intra pagum *Logne*, et §. 51. *Meinboldus* quidam bona quædam in pago *Suilbergi* sita largiti sint, *Hildiboldus* ille pater *Folcboldi*, *Wichardi* et *Theobardi*, ac frater *Meinboldi* fuisse viderur. *Meinboldi* filius esse potuit *Adalboldus*, qui §. 152. pro matre sua *Swanebild* in eadem villa *Budinefeld*, id est, *Bodenfelde*, ad *Wiferam* adiacente, quidquid habuit, tradidit. Id vero si in medio relinquimus, negari non poterit, *Wichardum* ditissimum et potentem adprime adelingum fuisse in nostra *Saxonia*, siquidem heres et consanguineus ducis *Ostfalarum* *Hessi* erat. Si ergo *Hildiboldus* non placet, sit factor celebratissimorum comitum *Dasseliensium* *Wichardus*, qui, testante §. 203, in pago *Suilbergi* in villa *Dassila*, quæ nunc oppidum *Dassel* est, a quo totus comitatus postea nomen suum accepit, bona quædam sita donauit. Filium habuisse *Wichardum* nomine *Bernbardum* et vxorem, cui nomen *Weldrud*, discimus ex §. 302, vbi *Bernbardus* pro patre suo *Wichardo* et matre sua *Weldrud* sita in pago *Logne* in villis *Espel* et *Billieshufen* quædam largitus est. Hic *Bernbardus* probabiliter existimandus idem est, qui §. 240. reperitur, vbi *Eilbertus*, eius consanguineus, in *Suilbergiorum* marca de quodam *Bituango* tertiam partem fertur tradidisse. Hunc *Bernbardum* gauisum esse filio nomine *Wegani*, testatur §. 273. Hic enim donat *Bernbardus* pro filio suo *Wegani* familiam in villa *Osdegeshus* obuiam intra pagum *Suilbergi*. Quæ villa cum sit vicus *Odasen*, in quo supra nominati domini quædam tradidere, colligimus inde, eisdem cum *Bernardo* ad vnam eandemque stirpem spectasse, quam *Dasseliensem* fuisse, nemo negare poterit, quia hæ villæ in medietate comitatus *Dasseliensis* iacent. *Wegano* autem (quod nomen ex *Wichardo* contractum fuisse viderur) filium fuisse nomine *Godscalcum*, discimus ex §. 295. Hic enim *Godscalcus* pro patre suo *Weghan* in *Valahus* intra pagum *Logne*, id est, in vico *Wahlshufen* intra præfecturam *Uslar* abbatiam nostram muneribus egregiis ornat. Cum porro, teste §. 444, *Luthardus* quidam pro patre suo *Godscalco* in *Huslere* villa intra pagum *Logne*, quæ iam oppidum *Uslar* est in principatu *Gottingensi*, XXX. iugera tradiderit, e donis hæc argumentati sumus coniectando, nullum alium nisi *Godscalcum* nostrum, filium *Wegani*, fuisse significatum.

De Lan-  
drico, Af-  
gero, He-  
riuardo  
et Thia-  
baro,  
nec non  
de  
Origine  
comitum  
de Nort-  
heim et  
Dassel.  
Sator eo-  
rum Si-  
ward de  
quo vid.  
§. 338.  
Sivarti  
filii  
Hildi-  
boldus.  
Mein-  
boldus.  
Hildibol-  
di filii.  
Folc-  
bold.  
The-  
odhar-  
dus.  
Wi-  
chardus,  
cuius fili-  
us  
Bernhar-  
dus I.  
Bernhar-  
di I. filii.  
Weg-  
gan.



Ab anno  
826 usque  
853 im-  
perante  
Hludo-  
uico et

b) Thiat-  
marus,  
cuius filii  
a) Wi-  
chardus.

Wegani  
filii

a) Gode-  
falcus.  
b) Bern-  
hardus II.  
c) Rein-  
holdus.  
Bernhar-  
di II. filii  
a) Werin-  
baldus.

b) Volc-  
marus.

c) Bern-  
hardus  
III.

Reinhol-  
di filius  
Heri-  
mannus.

Heri-  
manni fi-  
lii

1) Hein-  
ricus.  
2) Conra-  
dus.  
3) Athel-  
bertus.  
4) Bern-  
hardus.

Hicce in ordinem redactis, quaeritur, an *Wegani* fratres habuerit, et plures vnico *Godescalco* filios? Quod ergo ad primam quaestionis propositae partem attinet, putamus, fratrem *Wegani* fuisse *Thiatmarum*. Cum enim ille, testante §. 307, procreauerit filium, nomine *Wichardum*, ab auo *Thiatmari* probabiliter ita appellatum; villa, in quibus sita *Thiatmarus* sua munera confert, ostendunt, *Thiatmarum* ad hanc familiam esse referendum. Heschcherithi enim villa, in qua (§. 307) *Thiatmarus* quaedam tradidit, posita erat in pago Logne. Designatur villa *Eschevode*, intra praefecturam Mündensem in Gottingensi principatu sita. Cum vero villa *Walerimhusen*, in qua idem *Thiatmarus*, testante §. 354, quaedam donauit, in pago Suilbergi quondam existerit, collegimus inde, traditiones nostras locis laudatis nonnisi *Thiatmario*, nepote ditissimi ac nobilissimi *Wichardi*, indicia exhibere. Secundam motu quaestionis partem, an *Wegani* plures filios habuerit quam *Godescalcum*, vt praeterea illustremus, nunc est necessum. Arbitramur vero, fratres *Godescalci* fuisse *Bernhardum* et *Reinboldum*. *Bernhardus*, ab auo probabiliter ita nominatus, donat, testante §. 376, pro filio suo *Werinbaldo*, et pro proximo Sigardo sita in villis Herstii et Aliereshus intra pagum Logne LX. iugera et duos iurnales, id est, in vico Harste intra praefecturam Harste, et Allershausem intra praefecturam Uslar in principatu Gottingensi. Eadem in villa Allershausem, et in villa Hrothburghulus in pago Hessi Saxonico, quae probabiliter censetur nunc dici Rotenburgum in dynastia Defenberg intra terras episcopatus Paderbornensis, idem *Bernhardus* quaedam donat pro se (atque vxore sua *Fritthaburg*, quae fortasse stirpis Ludolfinae filia fuit), testante §. 395. Habuisse quoque eundem *Bernhardum* adhuc filium nomine *Volmarum*, docet §. 419, vbi in villa Amaleueshus in pago Suilbergi, id est, in Amelsen vico in comitatu Dasselensi, abbacie nostrae quaedam *Volmarus* contulit; cumque in eadem villa *Bernhardus* quidam pro filio suo *Volmaro* XXX. iugera monasterio nostro tradiderit, testante §. 438. *Bernhardus* ille, quem tertium appellare volumus, filius *Bernhardi* II. fuisse videtur, qui proinde filios habuit *Volmarum*, testante §. 438, et *Brunonem*, testante §. 451, vbi *Bernhardus* pro filio suo *Brunone* in pago Logne in villa Wigbeke, quae hodie dicitur Wanbeck, vel Wibbeke prope Adelipfen, quaedam largitus est. *Volmarus* autem, filius *Bernhardi* I, habuit porro filium *Volmarum*, vti discimus ex §. 483, in quo in eadem villa Wanbeck pro filio suo cognomini duos mansos donauit.

*Reinboldus*, quem supra fratrem *Bernhardi* II et *Godescalci* nominauimus, in pago Logne in villa *Reinboldesbus*, quae intra praefecturam Friedland in principatu Gottingensi reperitur, et *Reinboldesbos* dicitur, pro filio suo *Herimanno* donat familiam vnam, testante §. 356. Hunc *Reinboldum*, *Reinboldum* II. volumus appellare. Cum enim *Ragenboldus* quidam §. 104. inter coheredes ducis Ostfalorum Hessi reperitur, probabilissime ille nullus est alius, nisi ille, qui in Sneuidi marcu, qui in pago Logne exstitit, bona quaedam donauit, testante §. 118. Sit ergo *Ragenboldus* iste frater *Wichardi* I, et *Theodhardi*, atque huius nominis in nostra familia primus. *Ragenboldus*, qui quaedam tradidit, testante §. 405, in pago Logne in villa Lengithi, quae est vel grossen vel kleinen Lenge-de intra praefecturam Niedeck in principatu Gottingensi, frater *Herimanni* ac filius *Reinholdi* II fuisse videtur. *Herimannus* autem filius *Reinholdi* II. seu *Ragenboldi* (vnum enim idemque nomen est) donat quaedam in pago Suilbergi §. 375. et comes appellatur §. 421. et tradit in pago Logne in villa Erpeshus seu vico Erbsen in dynastia Adelipfen in Göttingensi principatu vnam familiam. Huius *Herimanni* comitis, vel *Ragenboldi* III. filius fuit probabilissime *Herimannus*, qui in diplomatibus nostris anno 1016. 1022. 1026. et 1032. comes appellatur in pago Logne, quemque distinctum non fuisse putamus ab *Herimanno* comite in pago Hessi, quippe contiguo ibi pago Logne, cuius diplomata meminere anno 1017, et 1031, neque eius comitatum diuersum fuisse arbitramur a comitatu *Herimanni* in pagis Auga, Nerega et Hessiga, cuius mentionem iniecit *auctor Vitae Meinweri* episcopi Paderbornensis Tom. I. Leibn. f. 562. num. 117. seq. Huius autem *Herimanni* comitis filii probabiliter fuere *Heinricus* (qui patri successit atque anno 1046 comitatum habuit in pago Logne) *Conradus*, *Athelbertus*, et *Bernhardus*, a propatruo ita appellatus, quorum mentionem fecit eadem *Vita Meinweri* l. c. f. 557. et 559.


Hicce



Hiscæ rite ponderatis, illud inprimis notatu dignissimum esse censemus, quod in his traditionibus §. 352. asseratur, *Sywardum* quendam pro patruo suo *Webano* dedisse monasterio nostro iurnalem I. et XL. iugera in Wynithun in pago Logne. Hæc villa procul dubio est Weende intra præfecturam Harste in principatu Gottingensi. Per *Webanum* itaque nullum alium intelligere possumus, quam filium *Bernhardi I.* Filius igitur sine dubio fuit *Sywardus Thiamari I.* quem fratrem *Webani* et filium *Bernhardi* et nepotem *Wichardi I.* fuisse iam demonstrauimus supra. Idem *Sywardus* appellatur in his traditionibus §§. 322. et 326. *Seuerit* et *Sifridus*. Id vnum enim idemque nomen est. Ad hanc familiam eundem spectasse, nemo negare poterit. Primo enim loco donat ille *Sifridus* pro vxore suo *Cristina* et filio suo *Borchardo* tres familias in Holthus in pago Wikanauelde, quæ villa sine dubio est *Holtbusen*, vicus haud procul ab oppido Eschershufen et castro desolato Homborg olim in dynastia Homburgica, iam vero in ducatu Brunsvicensi inter monasterium Amelungsborn et præfecturam Wickenfen sito orientem versus, vulgo dictus *Holtzen am rohten Steine*. Secundo loco tradidit eum *Sifridus* iterum pro vxore sua *Christina* et filio suo *Borchardo* tres familias cum 108. iugeribus in pago Tilithi, nempe 36. in *Bredanbeke* seu vico Bremke, cuius ecclesia filia est ecclesiæ in Harderode, 36. in *Criepan* seu Krepke in dynastia Homburgica inter Heise et Halle vicos, et 36. in Bittingahufen villa, quæ probabiliter est vicus Bestingen seu Bestinghufen in inspectione Halle eodem in dominio Homborg. An idem sit *Sifridus*, vel potius eius patruus, qui pro filio suo *Thiadulfo* donat vnam familiam et 36. iugera in pago Guddingo in villa Pithili, quæ vicus Beilen est in comitatu Winzenburgico in episcopatu Hildesensi, testante §. 338, iam in medio relinquuntur. Illud autem negare poterit nemo, e stirpe comitum Northeimensium antiquos possessores comitatus Winzenburgici descendisse, et *Sigifridum comitem palatinum Saxonie*, anno 1038. mortuum, et in comitatu Winzenburgico in loco Widmidiburch sepultum, *Annalista Saxone* p. 469. testante, ex hoc germine cum fratre *Brunone* episcopo Mindensi propullulasse. Quemadmodum enim *Bruno* episcopus fuisse videtur filius *Bernhardi III.* cuius iam supra mentionem iniicimus, ita *Bernardus II.* videtur *Berno comes palatinus*, in cuius comitatu erat anno 970. villa Gemmet seu Gumbte ad Wiseram intra præfecturam Munden, quiq; anno 973. in palatio regio Grona traditionem Helmburgis factam monasterio Hildewertshufano confirmat, vti docent litteræ, e quibus verba sequentia hoc loco repetere incongruum non erit: *Tunc venerabilis palatinus comes Bern dictus nomine cum domina Bertilda abbatisa ad regalem curtem Grona perrexit, ibique coram magno et pacifico Ottone imperatore domina Helmburg cum filiabus suis in palatio cunctis coram adstantibus predictam traditionem omnium consilio corroborando simul firmauerunt. Post in villa cui vocabulum Winitbi (Weende) post in altera cui nomen Rostorp (Rostorf) eandem traditionem in placito prenominati palatini comitis firmando corroborauerunt.* *Berno* esse contractum nomen ex *Berubardo*, nemo negare poterit. Tamdiu ergo *Bernonem* palatinum comitem pro patre nostri *Bernardi III.* habere volumus, donec euidentissime demonstretur contrarium. Quamuis vero ille in traditionibus nostris neque appelletur comes, neque comes palatinus, ex omnibus tamen momentis apparet, traditionem esse factam eo tempore, quo nondum donatus erat idem dignitate palatina. Sit ergo *Berno* comes palatinus auus *Sigefridi* comitis palatini, qui a. 1038. in loco Widmidiburch terræ redditus, probabiliter in loco hereditariæ sepulturæ, ex quo colligere possumus, eius progenitores in regione circa Widmidiburch, castrum, in ericeto Wedemensi prope Winceburgum, bona hereditaria possedisse, de quibus infra §. 338. plura sumus dicturi.

Illud hoc loco non alienum videbitur annotasse, ex hac quoque stirpe descendisse *Ezike* atque *Elle* fratres, nobiles et comites perduites, qui *Reynehuson* et filii *Lichen* habitant, quorum posteris placuit, vt locum suum principalem, scilicet *Reynehuson*, vnde originem duxerant, Deo et perpetuæ virgini Mariæ, et specialiter S. Christophoro martyri deputarent. Horum profapiam primus *Reynehusensis* abbas *Reinhardus*, qui illam optime nosse poterat, in *Opusculo*, quod *Tom. I. Script. rer. Brunsvicens. Leibnitii* t. 703. seqq. reperitur, ita recenset:





Hi domini cum bona sua hereditaria tradiderint monasterio Reinhufano in principatu Göttingensi iis in locis, in quibus domini, hæcenus a nobis recensiti, bona sua hereditaria habuerunt, ipsi procul dubio ad stirpem nostram spectarunt. Bona dicto monasterio ab eis tradita cognoscere possumus et diplomate Adelberti Moguntini archiepiscopi, quod affert Polycarp. Leyserus in *Historia comitum Ebersteinensium in Saxonia* p. 17. seqq. quod vero si indictio recte se habet, ut non dubitamus, datum esse debuit anno 1112, non anno 1100, in primis ideo etiam, cum Ruthardus archiepiscopus Moguntinus Adelberti antecessor in genuinis diplomatibus occurrit ab anno 1086 vsque 1107. Sunt autem bona tradita e villis sequentibus, *Diemerden*, Diemerden ad riuum dictum *die Garte* in principatu Göttingensi, *Herdingeroth*, Herdingeroth, *Weslerlengethe* atque *Osterlengethe*, grossen et kleinen Lengede intra præfecturam Niedeck, *Suebhufen*, Sweckhufen, *Landolsihufen*, Landelshufen, *Witmarishufen* vel *Wiershufen* in præfectura Westerhof, vel *Wiershufen* in præfectura Münden, *Abbenroth*, Abderode, *Bredinbike*, Bremke in dynastia Gleichen, *Badinhufen*, *Bodenhufen* sub Hercinico saltu versus Osterodam et ecclesiastica inspectione Alshaufen, *Herbergehufen*, Herberhufen vicus ad iura spectans ciuitatis Göttingensis, *Lengelere*, Lengelern, *Esbike*, Essebeck, et *Ellingehufen*, Eljehufen in præfectura Harste, *Aldingrone*, alias dicta *dat alde hus Gronne tom palande* in præfectura Munden, *Baren*, Buren in præfectura Münden, *Tbiedinroth*, Deyenrode in præfectura Friedland, *Wittebornen*, Wetenborn in præfectura Friedland, vel *Wetteborn* in præfectura Wintzenburg, *Stockhufen*, Stockhufen in præfectura Friedland, *Gandera*, Ober vel Niederen Ganderen in eodem principatu Göttingensi, *Guntbelmishufen*, an Gunterfen in dynastia Adelipfen? *Mechelmishufen*, an Mielenhufen in præfectura Münden, vel *Mellinghufen* villa desolata in saltu Sollingano, vel *Meensen* in præfectura Brackenberg? *Elkerishufen*, Elckershufen in præfectura Friedland, *monter Lichen*, Gleichen olim duo castra dicta *alten* et *neuen Gleichen* in terminis Eichsfeldiæ, *Scrozingeroth*, an *Sroth* in præfectura Moringen vel Silkerode? *Hiddinbufen*, Heddenhufen etiam dicta *Hettensen* in præfectura Hardefen, *Bernerroth* et *Bettenwoldt*, an *Barterode* in dominio Adelipfen, et *Beienrode* in iudicio Garten? *Gelingehufen*, Geljehufen in dynastia Gleichen, *Germannishufen*, *Ratmereshufen*, Retmershufen hodie ad iura spectans liberi baronis de Görtz, *Kyrstingeroth*, Kerstlingerode, villa in præfectura Niedeck, vel vicus in dynastia Garten ad eundem dominum baronem Carolum de Görtz spectans, et denique *Ripenhufen*, Rifenhufen in præfectura Friedland in eodem principatu Göttingensi.

Sed cuius fuere filii, quæris, *Ezike* atque *Elle* comites? respondemus, eos verisimillime fuisse comitis *Herimanni* nepotes, qui ut supra vidimus, comitatum suum anno 1016 habuit in pago Logne. Cum enim idem *Herimannus* filios habuerit dictos *Heinricum*, *Conradum*, *Adelbertum* et *Bernbardum*, *Ezike* atque *Elle* non esse non potuerunt filii vel *Heinrici*, vel *Conradi*, vel *Adelberti*, vel *Bernbardi*. Nomen Adelberti contrahi in *Ezo*, *Eizo*, *Azo*, *Eizan* atque *Ezike*, iam dudum agnouere eruditi, magnaue id exemplorum congerie ostendi posset, si necessum foret. Comes *Ezike* ergo filius dicti *Conradi* fuisse, nomenque suum a patruo

Ellonis  
liberi  
1) Conradus.  
2) Heinricus.  
3) Herimannus.



patruo suo *Adalberto* accepisse videtur. Et cum eius frater *Elle* filios habuerit, gubernante dictos *Conradum*, *Heinricum* atque *Herimannum*, *Conrado* videtur nomen inditum ab ayo, *Heinrico* a propatruo, atque *Herimanno* a proauo. *Heinricus* filio gauisus sit oportet, qui notatus fuit nomine *Meinhardi*. Eo ipso sententia nostra probabilior redditur, quia inter progenitores comitis *Herimanni* quidam domini, dicti *Meinhardi* occurrunt, vti in schemate Genealogico post hæc annexendo videre poteris. *Udonem* episcopum Hildesheimensem nominat Dominus Lauenstein in *Historia Hildesheim*. p. 71. comitem de Aluensleben. Quam longe autem ille deflexerit a veritate, ipse ex Reinhardi abbatis opusculo discere potuisset. Ex hoc id etiam patet, *Udonis* episcopi sororem *Matildem* nupsisse cuidam principi Bauaro, cuius nomen probabilissime fuit *Winze*. Refert enim idem Reinhardus l. c. eundem Bauarum domui suæ, quam exstruxerit, nomen de se indidisse. Ex quo euidentissime sequitur, castrum Winzenburg ante annum 1050 nondum existisse, atque ante hæc tempora nullos comites, dictos Winzenburgicos, in rerum natura fuisse. Tota ergo genealogia comitum de Winzenburg, quam Jo. Mich. Heineccius, quondam consiliarius ecclesiasticus regis Borussiae, atque inspector ministerii Hallensis, vir doctus ac pius in *Antiquitat. Goslar*. p. 129. seq. ex fabuloso Letznero affert, efficta est, minimeque probanda, siquidem in illa ministeriales, seu castellani comitem et ducis Heinrici leonis, inter ipsos comites Winzenburgicos referuntur.

Discimus autem simul exinde, qua ratione bona ad comitatum Winzenburgicum spectantia in manus venerint Bauari principis, scilicet per coniugem eius *Matildem* filiam *Ellonis* comitis, ac proneptem comitis *Herimanni*. Exincta ergo posteritate principis illius Bauari, atque occiso *Herimanno II*, comite Winzenburgico, optimo iure *Heinricus Leo* comitatum Winzenburgicum adsciuit. Ex eadem enim stirpe, ex qua *Matildis* orta, per feminas descenderat *Heinricus*, neque vllus veterum coætantorum annotauit, Hildesheimensem episcopum, occiso *Herimanno* Winzenburgico, postulata quædam interposuisse.

Orta quidem erant dissensiones ducem inter *Heinricum leonem* atque *Adalbertum* *ursum marchionem* propter castra et facultates eiusdem *Herimanni* Winzenburgici, quæ sedari non poterant in curia apud Marcipolim ciuitatem Saxoniae, *Helmoldo in Chron. Sclauorum* teste T. II. Leibn. f. 597. Fridericus autem rex in conuentu, Wirceburgi habito, *Heinricum* ducem atque *Adalbertum* marchionem discordantes pacificauit, referente *Alberto Stadeni in Chronico* p. 188. b. Reportasse autem eo tempore victoriam Leonem ab *Urso*, illumque obtinuisse comitatum Winzenburgicum, in *Historia nostra Corbeienli diplomatibus ineditis* comprobatum dabimus. E quibus simul apparebit, sequentes *Bernhardi* episcopi Hildesheimensis litteras ad palliandam fabulam, quam de decantatissimo spiritu *Hödeke* confecerunt Hildesheimenses, esse confictas. Diplomatis enim nostris illud spectrum *Hödeke* vno quasi halitu difflatum dabimus. Inter hæc accipe litteras, quæ episcopo *Bernhardo* adscribuntur, ab amico nobis e manuscripto communicatas:

In nomine sc̄e et indiuidue trinitatis. *Bernhardus* dei gratia hildeneshemensis eccl̄e ep̄s. Notum sit omnibus fidelibus Xpi clericis et laicis presentibus et futuris. quia ego *Bernhardus* Hildeneshemensis eccl̄e ep̄s castrum *Winzenborg*. quod a duobus antecessoribus meis et a me ipso comes *Hermannus* in beneficio iusto accepit. sed offensa imperatoris lotharii priuatus erat. michi et meis successoribus. ut libere possideret. eccl̄ie libenter. si potuissem. uolui conseruare. contrarius uero desiderio meo predictus comes feudalem iustitiam de hoc castro sepius a me requirens et non perficiens. tandem per regem et principes ac nobiles homines meos et ministros eccl̄ie sepiissime quoque per camerarios meos. ut super hoc obtineret iustitiam. cepit fatagere. ita denique precepto regis et rogatu principum et consilio amicorum meorum. cleri scilicet et populi. precipue quoque ne pax eccl̄ie mee turbaretur. concessi et permisi. quod comes predictus castrum predictum suo iuri stabiliter requisitum feudali iustitia. cui contradicere non potui. et firma comprobatione ac testificatione nobilium et liberorum hominum meorum. Pro hac autem gratia predictus comes et uxor sua comitissa *Lutgardis*. filia marchionis *Rodolphi*. castrum *Homborch* et mansos ducentos

Delite  
super co-  
mitatu  
Winzen-  
burgico,



Ab anno  
826 vsque  
853 im-  
perante  
Hludo-  
uico et

tos cum omni utilitate et iure attinenti in mancipiis, in uillis, in campis, in siluis, in pratis, in aquis et aquarum decursibus, in molendinorum stationibus, in piscaturis et uenationibus, uiuis et inuiuis, cultis et incultis, exitibus et redbibus, beate Marie in perpetuam proprietatem donauerunt, ea conditione apposita, ut idem castrum et mansos ducentos ipsi et ipsorum filii et filie, deinde illorum heredes in beneficio reciperent, et michi et meis successoribus pro eo, sicut pro alio beneficio suo, fideliter seruirent, predia uero, que cum castro dederunt, hec sunt, capella *huncenhusen* cum tota uilla et omnibus prediis attinentibus, ubicunque sita sunt, predium in *palude* cum omnibus attinentibus, predium in *aldentborp*, cum omnibus attinentibus, *Ulrikef hagen* cum omnibus attinentibus, predium *ostereffen*, cum omnibus attinentibus, predium *odotofdesheim* cum omnibus attinentibus, *Scorenburnen* cum omnibus attinentibus, affuit autem huic donationi uidua comitis *Sifridi*, quæ coram ecclesia confessâ est, se nihil iuris aut proprietatis in predicto castro aut mansis ducentis habere.

Ut igitur hoc donum comitis et comitisse a filiis et filiabus suis, natis aut nascituris, nequaquam postmodum infringereetur, ipse comes in reliquiis b. marie virginis iuramento firmavit, predictos heredes suos, quantocyus legitimos annos impleuissent, ut etiam sua collaudatione idem confirmarent sese adducturum, duodecim quoque liberos homines, bonis ecclesie ab ipso infeudatos, michi et ecclesie tali conditione comes dedit opfides, ut si forte hoc promissum, uelut dictum est, non impleret, omnes illi bona ecclesie, que prius a manu illius habuerunt, a me uel successoribus meis reciperent, et pro eis nullum penitus ad ipsum respectum haberent, quorum hec sunt nomina, *Ludolfus de Woltingerode*, *Theodoricus de Rikeling*, *Bernhardus* vice dominus, *Berengerus de Poppenborch*, *Theodoricus de Werder*, *Adolfus de Nyenkerken*, *Bertoldus de Homborch*, *Haoldus de Burnem*, *Arnoldus de Cantelessen*, *Haoldus de Ruden*, *Gherungus de Ruden*, . . . . . Testes autem, qui hec audierunt et viderunt . . . . . nobiles quoque seu liberi, *Ludolfus de Woltingerode*, *Theodoricus de Rikeling*, . . . . . ministri quoque, ecclesie *Ludolfus aduocatus*, *Lippoldus* et *Hugo* fratres eius . . . . . *Ernestus* dapifer, et cum his omnibus numerosa multitudo proborum virorum, quorum nomina occasione uitande prolixitatis scripta non sunt. Datum . . . . . M. C. L.

Vt autem quædam addamus ad ostendendam falsitatem huius diplomatis Bernardi, res ipsa postulat. Sciendum est, *Lutghardem*, occisi *Herimanni* Winzenburgici coniugem, prius fuisse nuptam *Erico*, dicto *Lam*, regi Danorum, qui mortuus est, testante *Historia gentis Danorum apud Lindentrogium* p. 269. anno 1147. Nubere ergo *Lutghardus* demum anno 1148 potuit *Herimanno*, qui, teste *Alberto Stadenfi* p. 165, ex ea genuit tres filias, quarum unam duxit *Heinricus comes de Suarceburg*, qui semper iurare solitus, si hæc fecero submergar in latrina, *Erbordia* in palatio fractis trabibus in cloaca anno 1184 submersus est. Secundam accepit *Magnus Burtzius dux Danie*, quo a *Woldemaro* rege cæcato et castrato, uxor in Saxoniam rediens miserabili sorte truncato naso a seruo mutilata est. Tertia uero fuit præposita *Gandersheimensis*, testante *Chronico monasterii Rosenfeldensis* p. 129. seq. P. I. monument. ineditor. rerum Germanicarum, præcipue *Bremenſium Jo. Vogtii*. Quia igitur *Herimannus comes*, qui præterea erat *Aduocatus Corbeienſis*, anno 1152 occisus, ex sua eo tempore grauida vxore simul occisâ, nullum filium gignere potuit, nemo non uidet, in diplomate Bernardi in vanum dici, *Lutghardem* atque *Herimannum* habuisse filios. Cum itaque non entis nulla sint prædicata, illi filii in beneficio recipere non potuerunt ab *Hildesheimensi* episcopo castrum *Winzenburgicum*. Pater præterea e diplomate quodam *Heinrici archiepiscopi Moguntini* in *Val. Ferdin. de Gudenus codice diplomatico, exhibente anecdota moguntiacâ* p. 160. seq. uduam comitis *Sifridi* appellatam fuisse *Cunigundam*, eandemque iterum nupsisse anno 1144. *Heinrico de Plesse*: Quam ob rem diploma Bernardi nomen huius femine non expressit? Et qua ratione illam adhuc anno 1150 uduam appellare potuit? Alia argumenta iam tacemus.

Sed



Sed redeundum nobis est ad *Sifridum*, quem filium *Thiatmari I* fuisse diximus. An hic ille sit, qui in traditionibus nostris §. 357. appellatur *Sigibertus* et pater *Sigiberti*, id in medio relinquimus. Donauit ille *Sigibertus* bona quaedam in *Nighunburni*, villa pagi Wikanauelde, quæ vicus *Negenborn* est inter oppidulum *Beueren* et inter monasterium *Amelungsborn* in dynastia *Homburgica*. Posset equidem intelligi *Sifridus III*, filius *Bernhardi I*. Chronologia vero non permittit, vt statuamus eundem fuisse *Sifridum IV*. Sequeretur enim ex eo, *Sifridum V*, iam anno 900. vixisse, qui circa finem seculi X. adhuc floruit. *Seward*, qui in *Aldanthorpe*, testante §. 365, quaedam tradidit, *Sifridus IV*, esse poterit, qui etiam *Sifridus comes* videtur fuisse is, qui pro se et coniuge sua *Weldrat*, priori scilicet *Cristina* mortua, testante §. 379, in *Heriswithberode* in pago *Tilithi*, seu in *Harderode* in dominio *Homburgico*, quaedam largitus est. Quæ bona nobis persuadent, vt credamus, eundem esse *Sifridum comitem*, qui §. 398. in villa *Lahheim*, quæ vicus *Lenne* est eadem in dynastia, pro filio suo *Sigifrido* quaedam tradidit. Qui *Sifridus* quoque, testante §. 352, in villa *Winithun* in pago *Logne*, id est, in vico *Weende* in principatu *Gotingensi* bona quaedam tradiderat. Vnde dicimus, eundem tam in pago *Tilithi*, quam in pago *Logne*, bona hereditaria possedisse.

Huius ergo *Sigefridi comitis* filium fuisse *Sigefridum*, qui anno 982. comes fuit in pago *Rittiga* seu *Rietdegowa*, testante diplomate in *I. F. Schannati C. Trad. Fuld. p. 242. seq.* non dubitamus. Chronologia enim cum illo accuratissime conuenit. Cum vero pagus *Rittiga* quondam in regione circa oppidum *Northeim* in principatu *Gotingensi* exstiterit, nemo non videt, nos hic primum veram originem comitum *Northeimensium* detexisse.

Huius *Sigefridi* scilicet quinti filii, qui referente *Ditmaro T. I. Leibn. f. 366.* habitauerunt in curte comitis *Sigefridi* *Northeim*, fuere *Sigefridus* et *Benno*. Quia vero *Ditmarus l. c. Sigefridum* et *Benno* appellat filios senioris comitis *Ethelindis*, collegimus inde, seniores istum seu patrem *Sigefridi* et *Benno*, qui expressis verbis ab auctore *Veteris Chronici Ducum Brunsvicens. Tom. II. Leibn. f. 14. et 16. Sifridus de Bunnenborch* nominatur, habuisse duas vxores in matrimonio, alteram *Machildem*, ex qua, *Annalista Saxone teste Tom. I. Eccardi f. 563.* genuit *Sigefridum*, interfectorem magni illius *Ekkehardi* marchionis, et *Benno* illum, qui ex comitissa *Eilica* genuit *Ottonem*; atque alteram *Ethelindem*.

Hi autem fratres, scilicet *Sigefridus* et *Benno*, eade *Ekkhardi* marchionis, qui defuncto caesare *Ottone III*, regnum vsurpare nitentur et imminet electioni pro sese peragenda, facti sunt anno 1002 famosi. Locus, in quo *Ekkhardus* marchio ab illis interfectus est, a *Ditmaro l. c.* nominatur *Polithi*, qui monasterium *Pödde* est inter *Northeimium* atque *Northusam* oppida, in praefectura *Herizberge* visendus. Caesarem *Heinricum II* vindictam de illis propter eadem æmulatoris sui expetiuisse, non inuenimus. Memoramus potius, *Benno* anno 1016 comitatum tenuisse in pago *Morungano*. Videtur hic *Benno* vnus idemque fuisse cum *Benno*, cuius comitatus vsque ad *Wiseram* in pagum *Auga* excurrit, testante *Vita Meinverci f. 534.* *Wirjesi* enim villa, quæ erat in pago *Auga* ac in comitatu *Benno*, non est *Wiershusen*, vt vir quidam doctissimus putat, sed *Wiriesen* vicus ad *Wiseram* haud procul ab *Heristallo* Saxonico. *Bennaka*, qui in eadem villa prædium ad *Patherbrunnensem* ecclesiam delegauit, *Benneko V.* e stirpe fuit *Widikindea*, vt tabula genealogica gentis *Widikindee* ostendet, cuius quippe progenitores in eadem villa bona quaedam abbatiae *Corbeiensis* donarunt. Equidem *Sifridus comes*, qui testante *Ditmaro l. c.* inprimis marchioni *Ekkhardo*, hasta fortiter emissa, nodum ceruicis infregit, terramque eum oppetere compulit, vicissim anno 1025 ense alieno datus est leto, et, *Chronico* nostro coætaneo teste, terram cruore suo imbuit. De *Sifrido* nostro igitur capiendum credimus locum, in *Vita Meinverci f. 538. num. 99.* obuium, vbi memoriae litteris proditum legitur, *Aribonem Maguntinum archiepiscopum anno 1028 in Gezelethi* (qui vicus *Gittel* intra praefecturam *Stauffenburg* situs fuisse videtur) *synodum generalem cum suis suffraganeis episcopis habuisse, in qua inter cetera ecclesiastica negotia quidam homo ingenuus de homicidio Sigifridi comitis incusatus, candenti ferro se expurgauerit, et ex decreto synodi post duas noctes apparuerit illesus.*

Antequam vero *Sifridus comes* cruenta caede confectus iacuit, abbatiae nostrae pro filio suo *Thiatmaro*, a *Sifridi* nostri abauo, vel, si mauis, ab auo suo mater-

gubernante  
Corbeiam  
Wario.

Sywardi,  
filii  
Thiatmari I.  
filius.  
b) Sigifridus  
comes in  
Northeim.

Sigefridi  
comitis  
in  
Northeim  
filii  
1) Sigefridus.  
b) Benno.

Sigefridi  
filius  
Thiatmarus.



Ab anno  
826 usque  
853 im-  
perante  
Hludo-  
uico et

Bennonis  
filius Ot-  
to comes  
in Nort-  
heim et  
dux Ba-  
variae.

Ottonis  
ducis filii

a) Hein-  
ricus.

b) Sifri-  
dus.

c) Cono-

no Thiatmaro, ducis Bernhardi fratre, ita appellato, in villis Æwerlan et Heddenhusen, intra præfecturam Hardefen sitis, in principatu Göttingensi quædam donabat, testante §. 480.

Sifridi frater Benno fuit, Annalista Saxone teste, pater *Ottonis comitis de Northheim et ducis Bavariæ*. De hoc *Ottone* multa nec ubique obuia in medium possemus proferre, si instituti nostri id ratio permitteret. Iis autem in aliud tempus referuatis, id tantum adiciamus, *Ottonem* ducem promeruisse patrocinio et auxilio suo, abbatiae nostræ arduis temporibus lato, insigne munus Aduocatiæ Corbeiensis. Fuisse autem eius vxorem *Richenzam*, viduam Herimanni de Werla cognominati, iam supra comprobauimus testimonio Annalistsæ Saxonis. *Ottonem* Ducem vitam cum morte commutasse non anno 1083, vti Annalista Saxo p. 563. perhibet, sed anno 1082, e Chronico nostro coætaneo patescit. Eius vero fuisse filios *Heinricum*, *Sifridum* et *Cononem* comites, comprobatur partim diploma foundationis monasterii Bursfeldensis, anno 1093 datum, a Nicolao Schatenio in *Anal. Paderborn*, Tom. I. f. 634. in lucem productum, atque inde ab aliis repetitum, quod mutilum tamen est et mancum; partim litteræ sequentes, quas e MScto hic exhibere volupe est, sunt indicio. En hæc:

**Q**uoniam in nomine sc̄e et indiuidue trinitatis. Wicelinus dei gr̄a Northheimensis abbas. notum esse cupimus omnibus tam presentis quam futuri cui fidelibus. qualiter *Otto dux quondam Bavariæ* locum nr̄m. utpote fundator ipsius quam pluribus prediis extulit multis donariis ampliauit intergea quodam in loco. qui *Amelunges brunnen* dicitur. eccl̄ie delegauit. eo uero defuncto cum filii ipsius *Heinricus Sigefridus* et *Cono comites* ad annos discretionis etate crescente peruenissent et liberam disponendarum rerum suarum facultatem adepti fuissent. omnia in melius commutauerunt et patris desiderium. quod mors immatura peruerterat. adimplentes. religionem monasticam nostro in loco initiauerunt. inter quos *Sigefridus* loci nr̄i tutor p̄cipuus. aliis morte subductis fratribus. predium in *Amelunges brunnen* sibi redonari petiit. pro quo mansum unum in uilla. que *bobenenen* dicitur. vuidone tunc loci nr̄i p̄posito aliisq. fratribus consentientibus. iure concambii contradidit. ipso quoq. mortuo. cum filius ipsius *Sigefridus comes* tam religionis quam uirtutis illius imitator effectus. locum sepius nominatum. *Amelunges brunnen* scilicet. sub monachica religione initialsset. quieti et libertati inibi deo feruentium prospiciens. ea. que de p̄fato concambio patris tempore terminata fuerunt postulauit renouari nosq. eius tam pio quam iusto fauente desiderio. in memoriam huius sic geste rei fratribus nr̄is adstipulantibus hanc paginam nr̄o sigillo insigniuimus. testes autem huius sunt fratres. *Theodoricus prior. Meinhardus. Herbardus. Lippoldus. laici liberi et ministeriales. ipse comes Sigefridus. Hermannus comes et Heinricus frater eius. Helmoldus de Huchelen. Conradus et Eschevvinus de Holthusen. Dudo de Morungen. Bertboldus et Othelricus de Homburg. Ernestus et Theodoricus de Dransfelde. Adelbertus. bodo. vvulfari. Arnold de Northheim.* Acta sunt autem hec. anno dn̄ice incarnationis M. C. XXXX. III. indict. VII. regnante rege Cunrado huius nominis sc̄do. regni uero ipsius quinto. data *northheim* VI. kal. iulii feliciter amen.

d) Hiddi-  
co.

Origo  
nobilium  
domino-  
rum de  
Homb-  
urg.

Habuit itaque *Otto*, quondam Bavariæ dux, tres filios, vti ex hoc diplomate apparet. De quarto autem filio *Ottonis* ducis *Hiddicone*, probabiliter nam maximo, atque aduocato Corbeiensi, in flore ætatis ante annum 1093 defuncto, et satore nobilium dominorum de Homburg, nemo hætenus aliquid suspicione adsecutus fuit. Nobis ergo libet, illum ex archiuo Corbeiensi eruere. Plura de reliquis *Ottonis* ducis liberis et nepotibus, quos in schemate genealogico mox subiiciendo produximus, non addimus, ne simus plus iusto longiores.

Interim



Interim posteritatem *Hiddiconis* comitis iam accipe, tabula sequente genuinis gubernante Corbeiam Warino.

gubernante  
Corbeiam  
Warino.

TAB. I.

Otto dux Bavarie et comes in Northeim,  
Aduocatus Corbeienfis.

Hiddico comes, aduocatus Corbeienfis 1082.		Heinricus pinguis, aduocatus Corb. † 1100.		Sigifridus comes aduocatus Corb. † 1107.		Cuno	
Sigibertus nobilis 1113, confanguineus Sigefridi aduocatus Corbeienfis eiusque fratris Reinoldi,	Otto 1113.	Tedi 1113.	Folcmarus abbas Corb. † 1138.	Sigifridus aduocatus Corb. † 1144.	Reinoldus aduocatus Corb. comes de Daffila.	Thiatarus.	Gumbertus.
Sigibertus 1113, filius Sigiberti nominatur 1120 Sifridus filius Sigiberti, et distinguitur a Sigefrido aduocato Corb. 1129. 1133. 1137. Sifridus de Homborg.				Machtildis sanctimonialis 1113.	Volcwig. 1113.	Aluerada. 1113.	
Heinricus 1158.	Bodo nobilis de Homborg 1156. 1166. 1185. 1186. frater Bertoldi 1184.		Othelricus. 1144.	Bertholdus nob. de Homborg 1144. 1156. 1166. 1185. 1186. senior 1197. frater Bodonis 1184. pater Bodonis 1158.			
			Bodo, filius Bertoldi, 1158.	Heinricus, pater Bodonis et frater Bodonis 1220.			
Bertoldus iunior et nepos Bertoldi senioris 1197.	Bodo iunior 1198, filius Heinrici 1220. senior 1220. 1225. 1228. 1228. Luitgard vidua Bodonis senioris 1248.			Bodo frater Bodonis 1198, filius Heinrici 1220. iunior 1220. 1220. 1222. 1228. 1237. v. Tab. 2.			
Bertoldus filius Bodonis iunioris adhuc minorennis 1220. 1237. 1246. 1265.	Jutta filia Bodonis iunioris 1220. vx. Adolphi comitis de Niennouere 1245.			Henricus frater Bertholdi vid. Tab. 2.			
Bodo filius Bertoldi 1265. Henrici patruelis et vxor eius Mechtild 1271. senior 1281. 1292. 1292. 1284. 1303. 1271. 1274. 1274.				Johannes 1283.	Henricus Corbei. abbas ab an. 1274 - 1306. frater Johannis de Homborg 1283.		
Bertoldus filius Bodonis senioris 1292.	Heinricus filius Bodonis senioris 1292. 1303.	Ludouicus fil. Bod. senioris 1292. 1303.	Albertus filius Bodonis senioris 1292. 1303.	Johannes patruelis Bodonis senioris 1292. nominatur frater iunior 1318.			

F4



Ab anno  
826 usque  
853 im-  
perante  
Hludo-  
uico et

T A B. II.

Bodo, frater Bodonis 1198.  
vid. supra.

Heinricus frater Bertoldi 1237. patruus Bodonis 1271. vxor eius Mechtild com. de Woldenberg 1270. 1291. 1284. 1245. 1240. 1244. 1244. 1245. 1257. 1259. 1266. 1260. 1265. 1267. 1267. 1274. 1278. 1281. 1282. 1283.

Iohannes vxor Gisela de Ret- berg foror Ot- tonis episcopi Paderbornen- sis 1292. quæ iam † 1292. 1270. 1274. 1290. 1291. 1296. 1296.	Bodo vxor A- gnes comit. de Sualenberg 1270. 1274. 1274. iunior 1290. 1296. 1302. 1302. 1303. 1304. 1300. 1291. 1281. 1305. 1303. 1291. 1303. 1302. 1295. 1301. 1296. 1298.	Henricus can- onicus Hil- desh. et Min- denf. frater Bod. Io. Herm. Cun. et So. 1290. 1294. 1298. 1299. 1302. 1304. 1308. 1308.	Hermannus 1290. Conradus canonicus Halberstadenf. 1290.	Cunegund Sophia foror Bod- onis 1303. vxor Her- manni co- mitis de Woldenber- ge 1299.	1302.
			Bodo C. de Gerburg Wolden- berge 1299.	Johannes de Wol- denberge, filius fo- roris Bodonis de Homborg mona- chus Amelunchs- bornensis 1303.	

Henricus filius Jo- hannis 1290. 1291. 1292. 1293. 1296. 1299. patruelis Bodonis iunioris 1292. 1281. 1274.	Con- radus 1290. Hen. 1290. Con- radi 1290. 1293. 1296. 1292. 1281. 1274.	Bodo fra- ter Hen. 1290. 1293. 1296. 1292. 1281. 1274.	Henricus fi- lius Bodonis iunioris, et vx. eius Agnes 1302. 1303. 1304. 1305. 1305. 1305. 1308. 1291.	Bodo frater Henr. Herm. A. S. et Agn. 1302. 1305. 1305. 1308. Possessor allodii magni aduoca- tiæ Keminaden- sis 1309. 1315.	Her- man- nus 1302. 1304. 1305. 1305.	Alheidis vxor Guntheri co- mitis de Saa- lenberg 1302. 1304. 1305.	Sophia Agnes 1305. 1302. 1305.
---	---	--	--	---	--	--	--------------------------------------

Henricus filius Henrici et nepos Bodonis  
1305. 1309. 1315. 1316.

Geuehardus frater Henrici 1309.

Bodo preposit. S. Mauritii prope Hildesheim 1336 frater Sigfr. Bodo et Ott. 1340.	Sigfridus 1340. 1350. 1345. 1354. 1351. placitum haber in monaste- rio Keminad. 1354. 1354. 1360. † 1380. sepultus in dicto mo- nasterio.	Bodo 1340 1345 1359	Otto ad- huc mi- noren- nis 1340.	N. filia vx. Ot- tonis c. de Scowen- de E- uerstein 1351.	N. filia vx. Adolfi com. de Scowen- de E- uerstein 1351.
Rudolf filius Sig- fridi adhuc mino- rennis 1340. 1350. 1354. 1360.	Henricus filius Sigfridi adhuc minorennis 1340. 1354. 1360. 1384. 1385. 1389.	Albertus fil. Sigfr. 1354.	Geuehardus fil. Sigfr. 1354. 1360. 1384. 1385.	Borchardus fil. Sigfr. 1354. 1360.	

Henricus 1409. occisus 1409. Schoneke de Nassau  
vidua b. mem. Henrici de Homborg 1412.

Sifridi fi-  
lius Rei-  
noldus  
comes de  
Dassila.

De *Reinoldo* autem, nepote ducis *Ottonis*, quadam in medium afferre debe-  
mus, vt quoque vera *origo comitum de Dassel* pateat omnibus, cunctique cognat-  
fiant, quam late deflexerint illi a veritate, qui, *Io. Letznerum* secuti, eos a quo-  
dam *Walthero*, qui iam anno 700 comes de Dassel et dominus in Niennower  
ab eo nominatur, deducunt. Veremur, ne nostri amici risum tenere non pos-  
sint, si schema genealogicum *Io. Letzneri* ex eius *Chronico Dasselensi* repetere co-  
nemur. Iam ergo illud defessum et derelictum iaceat, cum alios refutare iam  
non studeamus. *Reinoldum* nostrum, factorem comitum de Dassel, monumenta  
nostra referunt, anno 1113 in pago *Suilbergowe* comitem fuisse, atque deinde  
iuxta villam *Oldendorp* (hodie dictam *Marekoldendorp* haud procul ab oppido  
Dassel) in quodam placito, more Saxonico, quandam traditionem regio banno  
confirmasse, vbi omnes sui comitatus homines auditores et testes fuerint anno  
1119. In eisdem diplomatis atque in aliis *frater* ille appellatur *Sigefridi* comi-  
tis



tis atque aduocati corbeiensis, qui *Sigefridus* in monumentis nostris ineditis ad gubernante postremum Corbeiensis ecclesiae aduocatus nominatur anno 1126. Eodem anno Corbe- comes *Sigefridus* aduocatum ecclesiae Corbeiensis resignauit, et deinde anno 1144 iam Wa- est mortuus. *Reinoldus* ergo iterum anno 1127 *corbeiensis aduocatus* appellatur, rino. immo ad annum 1129 nuncupatur *ecclesia Corbeiensis aduocatus et comes de Dafsila*. Documenta, quibus dicta confirmantur, producemus partim infra, partim in *Historia nostra Corbeiensi*. Ex quibus parebit, fucum venditasse pro veritate illos, qui in scriptis suis perhibuerunt, Sifridum iuniorem comitem Bomeneburgensem, Sifridi senioris filium, atque Ottonis Northeimensis nepotem, gentis suae postremum fuisse. De *Reinoldi* autem fratribus filiis et nepotibus vsque ad *Simonem* vltimum huius familiae comitem pluribus argumentis agimus in *Clientela nostra Corbeiensi*.

Reuertendum est ergo tandem ad *Theodbardum*, quem supra fratrem *Folcboldi*, *Theod-* *Wichardi* et *Reginboldi* vocauimus. De eius autem posteris ea, quae extra dubi- hardi ne- tationem posita sunt, dicere non habemus. Ea idcirco tantum afferimus, quae potis Si- nituntur quoad maximam partem coniecturis nostris. Rogamus ergo lectores, wardi I. ne aliam in partem orationem nostram interpretentur. Primum itaque inueni- filii mus *Hildiboldum*, ab auo probabiliter appellatum, qui, testante §. 244, in pago 1) Hildi- Suilbergi in villa Difsaldeshusen, id est, in vico Dassenen in comitatu Dasselienfi boldus. quinque *iurnales* donauit; deinde deprehendimus *Suitbardum*, qui §. 235. in 2) Suit- eadem villa pro anima *Marcwardi* tertiam partem, et in aliis villis eodem in pa- hardus. go Suilbergi dimidiam partem tradidit. Vnde collegimus, *Suitbardum*, *Marc-* 3) Marc- wardum, et *Hildiboldum* exstitisse fratres; et denique incidimus in *Eilbertum*, wardus. qui §. 240. in Suilbergiorum marcu cuiusdam *biuangi* seu tractus minoris rer- 4) Eilber- tiam partem largitus fuit. Quinam horum filii fuerint, luculentis verbis in his tus. traditionibus indicatum haud fuit. Cum autem §. 292. *Marcwardus* quidam in villa Holthufen in eodem Suilbergi pago, id est, in vico Holthufen, intra praefecturam Erichsburg sito, pro consanguineo suo *Dodone* iurnalem I et iugera aliquot donauerit, *Marcwardo* illi nomen videtur inditum a patruo suo *Marcwardo*. Hunc ergo *Marcwardum* filium *Suitbarði*, *Dodonem* vero filium *Eilberti* fuisse, statuere liber. *Horoldum* autem et *Godsfrithum*, quorum alter §. 315. pro filio suo *Godschalco* in pago Logne in villis Erbsen et Harste, alter vero pro filio suo *Meinberi* §. 340. in eadem villa Harste quaedam tradidit, fratres *Dodonis* liceat appellare. *Marcwardus* ille progeniuit *Godsfridum*.


Hoc certe negari non potest. Inuitat enim idem *Marcwardus* §. 368. animos Corbeiensium pretiis ex villa Gadershus in pago Logne, quae vicus Gunterfen in dynastia Adelipfen videtur esse, vt pro salute filii sui *Godsfridi* supremum dominum exorare velint. *Thiadhardum* porro, cuius eiusque filii *Thiadmari* meminit locus §. 418, pro filio supradicti *Marcwardi* habere volumus. Donauit enim iste *Thiadhardus*, teste loco laudato, in pago minori Marungun in villa Thiedrefsun, id est, Dentenissen, villa desolata olim ab oppido Moringen iter dimidiae horae distante in principatu Gottingensi, vnam familiam, videturque eius quoque filius fuisse *Thiadhardus*, cuius mentionem iniiciunt traditiones §. 466. Plura de hac profapia deliberato animo, non addimus. In historia nostra Corbeiensi vestigia quaedam indicaturi sumus, ab ea probabilissime comites et nobiles dominos, de *Insula* dictos, descendisse. Omnia, de hac familia haecenus in medium prolata, tabula sequenti includimus, in qua si primo intuitu quaedam lectori non placeant, euoluet is necesse est paragraphos in ea excitatos, inprimis vero §. 338, vbi plura de hac familia inueniuntur.



Ab anno  
826 vsque  
853 im-  
perante  
Hludo-  
uico et


## T A B. I.

N.



## T A B. II.

Theodhardus, vxor Merefuit  
§. 32. 54. 104. 187. 199.




T A B. III.



T A B. III.


Reinholdus II.  
§. 356.

gubernante  
Corbeiam  
Waringo.



T A B. IV.

Thiatmarus I.  
§. 307. 354.



T A B. V.

74




Ab anno 826 usque 853 imperante Hludouico et  
 dac hildibert (n) ben (o) fuitbadu (p) hrotger (q) redhardus (r) ab-  
 bo (f) thiadric (t) bardo (u) ragembold (†) cumbro (v) billing (w)  
 gamer (††) omnes numero XXXXVIII.

§. 105.

## TAB. V.

Otto dux Bauariae et comes in Northeim.  
 Aduocatus Corbeiensis † 1082. vxor Richenza  
 vidua comitis Herimanni in Werla.



De Hildi-  
berto,  
nec non  
de origi-  
ne du-  
cum et  
caesarum  
Saxoni-  
corum,  
comitum  
Euerstei-  
nensium,  
aliorum-  
que.

(n) Duo *Hildiberti*, uti vides, hic inter heredes ducis Ostfolorum Hessi reperiuntur, quorum vnus probabilissime inter progenitores comitum Euersteinensium est referendus, qui cum fratribus suis Euerhardo, Thiadrico, Eggrico et Folewario a potentissimo possessore celebratissimi castri Brunonisburgi descendit. Ut ergo hanc nouam, et haecenus tenebris inuolutam sententiam omnibus ob oculos ponamus, genuinum schema genealogicum posterorum opulentissimi et celeberrimi Angariorum ducis Brunonis, in ordinem redactum, proponere volumus, in sequentibus expedite illud explicaturi.

TAB. I.



T A B. I.

Adelhardus, dux Saxonum  
occidentalium 714. §. 161.

Folcbertus.	Theodoricus Saxo primarius in Hochsiburg 743. 744.	Hiddi				
Widekindus M. dux Saxonum.	Bruno dux Angario- rum anno 775. vxor — Wichtrud.	Hessi dux Ost- falarum.				
Ecbertus I. Dux Saxonie, v. Tab. 2.	Haddo, Irminwar- dus §. 37. 52.	Adalwar- dus §. 37. 52.	Thiodger co- mes, vx. Siburg §. 22. 54. 55. 56. 70.	S. Meinulfus §. 48. vid. Tab. 5.	Bruno §. 20. 26. vid. Tab. 6.	Ewurchardus §. 20. vid. Tab. 7.
Berndag. Wendildac. Satores marchionum o- rientalium, quorum ge- nealogiam vide supra §. 104. not. (e)	Hrotgerus com. §. 104. 177.	Sini §. 111. 154. 160. 165. 166.	Irminward §. 121. 160.	Adalbodū §. 121. 124. 197.	Swiridac §. 124.	Adalwardus §. 108. 164. 165. 197. 257.
Albmer §. 225.	Pumi §. 225.	Magenhard §. 225.	Adallog §. 225.	Fastred §. 225.	Hildiburg §. 225.	Richardus §. 297. 341.
						Adalwardus §. 341. monachus Corbeien- sis et post Verdenfis episc. 922.

guber-  
nante  
Corbe-  
iam Wa-  
rino.

T A B. II.

Ecbertus I. Dux Saxonie, vx. Ida, filia Bernhardi, fratris  
Pipini Regis Francorum §. 23. 26. 29. 155. 169.

Hadwi vx. Amalungi quo mortuo abbatissa Herifordensis §. 125. 149. 188.	Beuo comes, vx. Folclog. §. 86. 121. 158. 174. 231. Beuo floruit tempore Conradi I. §. 121. 174. 245.	Warinus abbas Corbeienfis 826. † 853.	Cobbo I comes. vx. N. filia Hessi duxis Ostfalo- rum §. 29. 46. 47. 104. 119. 125. 126.	Luidol- fus I. c. 149. 155. 163. 166. Sax. vx. 170. 207. 219. 230. Oda fil. 233. 234. 245. floruit adhuc anno 889.	Ecbertus II comes, §. 49. 91. 111. 138. 149. 155. 163. 166. 170. 207. 219. 230. 233. 234. 245. floruit adhuc anno 889.
Bouo abbas Corbeien- fis 942. §. 174.	Cobbo II. com. Horum posteros vide in Tabula sequenti, p. 151.	Abban seu Albertus. §. 47. 54. 55. 121. 126. 207. 210. 214. † 874. v. Tab. 4.			Ecbertus III. c. 892.
Tancmarus I. §. 210.	Bruno dux Saxonie † 880.	Otto illustris aduocatus Corbeienfis. vx. Hatui filia Euerhardi 877. 890. † 912.	Luidgard vx. Regis Hludo- uici.	Hathumoda. abbatissa Gandersheimen- sis.	Gerbieg. Cristina.
Luidolfus III.	Tancmarus II.	Heinricus auceps Rex Germanie vx. 1) Hatheburg filia Erwini, et vidua comitis Ostlach §. 284. 2) Mah- tildis filia Theodorici ex stirpe Widikindea, ille † 936. N filia ex concu- bina nupta Wi- doni Thuringo.			
Tancmarus III. occifus Eres- burgian. 938.	Otto M. imperator vid. Tab. 3.	Bruno archi- episcopus Co- lonienfis 944. 952. 958. 961. 962. 965.	Gerburg vxor 1) Giselberti Duc. Lotharin- gie 2) Ludowic- ci Regis Gallie.	Hathwig vx. Hugonis Du- cis Francie et comitis de Paris.	Heinricus Dux Bajorie. vx. Iu- ditha filia Arnolfi Du- cis Bajorie.
		Heinricus Dux Baurie † 995. vxor Gisela filia Conradi Regis Burgundie.	Gerburg abbatissa Gandersheimen- fis.	Hatwig vxor Bur- chardi de Suenia.	
Heinricus II. imperator † 1024. vxor Kunigunda filia Sigifridi comitis Palatini.	Gisela, vxor Stephani Re- gis Ungarie. 1029. §. 1027. 1028.	Bruno, episcopus Augustanus † 1029. §. 1027. 1028.	Arnolfus, archie- pisc. Rauennae 1023. 1025. 1029.	Brigida, abbatif- sa Andlauenfis. 1004.	

T

T A B. III.



Ab anno  
826 vique  
853 im-  
perante  
Hudo-  
uico et

## TAB. III.

Otto M. imperator n. 912. † 973. vxores 1) Editha filia  
Eduardi Regis Angliæ 2) Adelheid vidua Regis Lotharii.

Luidolfus VIII. Dux Sueviæ † 957. vxor Ida filia Hermanni ducis Sueviæ † 986.	Luitgard vx. Conradi ducis Lotharingiæ.	Mathildis abbatissa Quedlinburgensis.	Adelheid abbatissa Essendensis.	Heinricus primogenitus e 2do thoro.	Bruno.	Otto II. imperator n. 955. † 983. vx. Theophania.	Wilhelmus archiepiscopus. Mogunt. † id. Mart. 967. mater eius peregrina, nobilis tamen.
Otto Dux Sueviæ et Bajoariæ † 982. n. 949. † 967.	Mathilda n. 949. † 967.	Adelheid abbatissa Quedlinburgensis.	Sophia abbatissa Gandersheim.	Mathildis vxor Ezonis Comitis Palatini.	Otto III. imperator n. 980. † 1002.		

Bruno, Papa dictus Gregorius.

## TAB. IV.

Luidolfus I comes, feu Dux Saxonie. vxor Oda filia Billingi



§. 47. 54. 55. 121. 126. 207. 210. 214. † 874.

Luidolfus II. §. 324. 343. 350. 249.	Alfred. vx. Bardonis II. e stirpe Wuldikea.	Hiddi. vx. Eruli §. 342. 349.	Merefuit vx. Herdagi.	Etic §. 350. 369. 382. 385.	Enda, vxor Luitcharii Walbecensis.
Hogerus comes, Aduocatus Corbeienfis 956.	Bruno. vxor Hamburg §. 374.	Luidolfus IV. §. 343.	N. filia §. 382.	Marcward §. 385. 397. vxor Tade.	
Luidolfus V comes, Aduocatus Corbeienfis §. 423. 980.	Bruno comes, vxor Regina Mathildis foror §. 382.	Bruno comes, vxor Frederuna Regina Mathildis foror §. 382.	Bruno, vx. Gherburg §. 402. 432. plura videantur infra.		
Luidolfus VI. episcopus Olnabrug. 965.	Ecbertus monoculus comes 990. † 994. confobrinus Ottonis M.	Bruno episcopus Verdenfis 972. † 976.	Frederuna abbatissa Keminadenfis 1004.	Imma comitissa, vxor Hermannis 1004.	
Luidolfus VII. comes † 1023.	Bruno comes §. 430. vxor 1) Gisa de Werla 2) Gisa, eo mortuo vxor Conradi imperatoris.			Gerdruda.	
Ecbertus comes † 1034.	Bruno comes † 1035.	Luidolfus IX comes priuignus imperatoris Conradi 1031. † 1038. vxor Gertrud.	Hiddi comes, priuignus imperatoris Conradi aduocatus Corbeienfis 1028.		
Bruno comes aduocatus Corbeienfis 1043. 1049. † 1057.	Ecbertus comes 1051. 1062. Marchio Misnie et comes Thuringie. vxor Irmengard, filia Maginfredi marchionis de Segufa † 1068.				
Ecbertus Marchio Misnie 1086. occisus 1090. vxor Oda filia Ottonis comitis de Orlamunda.	Gertrud vxor 1) Theodorici comitis de Katelnborg 2) Heinrici com. de Northheim 3) Heinrici marchionis Misnie. NB. e 2do thoro fuerunt.				
	Rikenza, vxor Lotharii imperatoris.			Gertrud, vxor Sigifridi Comit. Palat. Rheni.	
	Gertrud, vxor Heinrici Magnanimi Ducis Saxonie et Buarie.				
	Henricus Leo Dux Saxonie et Buarie.				

## TAB. V.




gubernante Corbeiam Wartino.



F4



Ab anno  
826 vsque  
853 im-  
perante  
Hudo-  
uico et



Sator eo-  
rum  
Bruno  
dux An-  
gario-  
rum.

Vt autem ordine procedamus, nolumus ea reperere, quæ iam supra §. 98. not. (H) ex Annalibus Francorum adduximus, referentes ibidem, *Brunonem ducem* se anno 775 cum vniuerso exercitu *Angariorum* Carolo M. subiecisse. Hunc *Brunonem Brunisbergam*, quam *Autor Vita Caroli M.* apicem omnium fortissimam nominat, possedisse, inter eruditos constat omnes. Condidisse autem, illud nondum nemo negauit, quamuis nobis verisimilius videatur, eandem iam ante tempora *Brunonis* ducis existisse, et fortassis a quodam ex progenitoribus eius, cui etiam nomen *Brunonis* fuerit, conditam esse, licet annales de eo taceant. Quis pater huius *Brunonis* fuerit, historici certant et adhuc sub iudice lis est. Plerique putant, *Brunonem* fuisse fratrem *Widekindi Magni*, quibus vero Jo. Georg. ab Eccard contradicit, perhibens, *Brunonem* eapropter *Widekindi* fratrem esse non potuisse, quia Angerus fuerit. Cui vero argumentationi nullam inesse vim probandi, idcirco arbitramur, quia ex his traditionibus apparet, *Widekindi M.* posteros æque ac *Brunonis* intra mediam Angariam amplissima prædia possedisse, atque eam ob causam *Widekindum* æque ac *Brunonem* angerum dici posse. Docti ergo viri facillime perspicere possunt, Eccardum ea contra communem opinionem argumenta nondum instruxisse, quibus pristina sententia loco moueri poterit. Hinc etiam Eccardo, affirmanti *Brunonem* filiam *Widekindi Magni*, quam Giselam nominat, habuisse in matrimonio, assensum viri docti non præbent, simulac considerauerint, apparere ex omnibus momentis, *Brunonem* et *Widekindum* fuisse coætaneos. Quodsi igitur ex nomine *Theodoric*, quod inter posteros *Widekindi* sæpius recurrit, iam supra collegimus, patrem *Widekindi Magni* fuisse *Theodoricum*, eadem appellatio quoque inter posteros *Brunonis* crebro reperitur. Idem ergo *Theodoricus* videtur existisse et *Widekindi* et *Brunonis* pater. *Theodoric* vero frater fuisse videtur *Folcbertus*, quem Hucbaldus in *Vita Lebnini* cap. XI. apud *Surium in Actis Sancti. Tom. VI.* virum illustrem ac potentem inter Saxones appellat, ad cuius domum S. Lebuinus, qui anno 776 mor-



mortuus est, diuertit, cum Saxones in media Saxonia, iuxta flumen Wiseram et locum *Marcelo* nuncupatum, generale concilium agitare vellent. Nomen enim *Folcberti* etiam inter posteros *Brunonis* inuenitur. Sed, hoc tantisper seposito, apparet ex traditionibus nostris, *Brunonis* vxorem filiam *Widekindi Magni* non fuisse. Et eum iam supra §. 48. not. (F) ex *Vita S. Meinulsi* comprobauerimus, eandem appellatam esse *Wichrud*, hereditas, quam posteri *Brunonis* ducis adierunt, id extra dubitationem ponit, eandem fuisse sororem ducis Ostfalorum *Hessi*.

Quos filios habuerit *Bruno*, nemo haecenus commonstrare potuit. Ex hisce autem traditionibus liberos eruimus octo, quos nunc ordine percensebimus, additis rationibus, cur, illos filios potentissimi possessoris *Brunonisburgi* fuisse, statuamus.

Primus est *Ecbertus dux*, qui licet a nullo scriptore coetaneo eius filius appelleretur, sine vilo dubio tamen, uti ex his traditionibus collegimus, is omnino est existimandus. Iam supra §. 29. ex *Uffingo* et infra pluribus demonstraui, huius *Ecberti* vxorem fuisse *Idam*, sororem abbatis Corbeiensis *Adalardi*, *Ecberti* vero ac *Idae* liberos fuisse *Warinum* abbatem Corbeiensis, *Cobbonem* comitem, atque *Hadwigam* abbatissam Herifordensem. Hisce haec traditiones *Beuonem* comitem, *Luidolfum* comitem seu ducem, et *Ecbertum* comitem addunt, uti §§is in schemate genealogico excitatis significauimus, ad quos lectorem ablegamus, ne acta nos agere videamur. Sin vero meminerimus, quibusnam in locis hi ducis *Ecberti* liberi praedia sua possederint et tradiderint, sita ea esse comperiemus in regione, circa *Brunonisburgum* iacente. Ita v. g. *Hadwi*, filia ducis *Ecberti*, restante §. 149, monasterio Corbeiensis bona largita fuit, quae ad radices montis, in quo castrum illud *Brunonis* stetit, iacent, quaeque in manus eius iure hereditatis paternae peruenerant. Sin obiciamus, potuisse, expugnato *Brunonisburgo*, Carolum vel eius filium *Hudouicum Brunonisburgum* cum adiacentibus villis donare fideli suo *Ecberto*, minimeque exinde sequi, *Ecbertum* ducem filium *Brunonis* fuisse, eo quod eius liberi in vicinia istius castri praedia possederint; tunc respondemus, talem donationem caesaris esse producendam et exhibendam, si, uti asseris, quondam ea existit. Nunquam vero eam existisse, comprobamus ex his ipsis traditionibus, quibus omnino, uti coetaneis, fides est habenda. Videmus enim ex §. 177, *Hrodgerum* quendam praedia quaedam ad radices montis *Brunonisburgi* posita, immo in ipso monte obuia, in quo olim illud castrum *Brunonis* conspiciatur, possedisse, quod fieri non potuisset, si caesar, uti instas, castrum *Brunonis* cum adiacentibus villis fideli suo *Ecberto* donasset. At potius statuendum et existimandum est, Caesarem *Brunoni*, postquam hic se Carolo submiserat, bona sua paterna reliquisset, quae deinde in manus liberorum eius peruenerint, qui magnam illorum partem abbatiae donarint Corbeiensis, uti ex his traditionibus patet. Et sane prudentissimus senex et abbas *Adalardus* facillime perspiciebat, nullum vtiliorem abbatem abbatiae, a se recens fundatae, praefici posse, nisi *Warinum*, optimis moribus praeditum adolescentem, nepotem ducis *Brunonis*, atque ab omnibus consanguineis suis dilectum. Eapropter fratribus suis ante suum discessum ipse *Warinum* de meliori nota commendauit *Adalardus*, ut eum, se mortuo, eligerent ad abbatiam regendam, magnopere suadens. Neque exitus spem *Adalardi* fecellit. Nullis enim dominis maiorem gratiam debet abbatia Corbeiensis, quam consanguineis *Warini* abbatis.

Inter *Ecberti* filios natu maior erat *Beuo comes*, uti ex *Wedekindo* nostro §. 158. 174. et 231. comprobauimus. Inter coheredes porro ducis *Hessi* idem *Beuo* ante *Luidolfum* fratrem ponitur. Et cum, eodem *Widekindo* teste, filium habuerit cognominem, *Beuonem* illum, qui §. 121. inter heredes *Hessi* collocatur, et §. 245. inter alios testes, inter quos etiam eius patruus *Ecbertus* aliique consanguinei, reperiuntur, obuius est, pro senioris nostri filio habere volumus. Mox vero hic ramus in *Bouone* abbate Corbeiensis exaruit, qui, testante nostro

Chronico MSCto et coetaneo, mortuus est anno 949.

De *Warino Abbate* et fratre comitis *Beuonis* nihil iam addere volumus. De *Cobbone* autem, filio *Ecberti ducis*, iam quidem supra §. 104. not. (W) egimus. Accuratori tamen consideratione dignissimum eum esse putamus, quia ille sator comitum *Tecklenburgicorum* fuisse plerumque creditur. Id ipsum arguunt verba *Erdwini Erdmanni* in *Chronica Episcoporum Osnaburgensium* Tom. II. Meibomii f. 200. seq. quae sic habent: *Quidam comes ditissimus Cobbo fidelis illius imperatoris Lodouici de praedicto ecclesiae Osnaburgensis episcopo (Gosvino),*

gubernante Corbeiam Warino.

Ex *Brunonis D. Angariorum* liberi.

a) *Ecbertus Dux Saxoniae*.

*Ecberti D. Saxoniae* liberi  
1) *Beuo comes*.

2) *Warinus Corb. abbas*.  
3) *Cobbo comes eiusque poster.*



Ab anno  
826 vsque  
853 im-  
perante  
Hludo-  
uico et

4 DCCCLXXXII

quidquid voluit, agere adeptus germano eius nomine Werin, in monasterio Huxariensi tunc temporis abbate, et sorore eius in puellarum canobio Heruordenfi abbatissa degentibus, quantum voluit de decimis, quæ ad eundem episcopatum pertinebant, tradi fecit ad eadem monasteria. — Attendat hic lector, quomodo Cobbo, qui dicitur fuisse comes in Tekenenborg, istam sanctam Osnaburgensem ecclesiam non diu post eius fundationem dilaniare, eique decimas, quæ iuris sunt diuini, auferre conabatur, prout et sui successores sepe iura tam ecclesiastica quam ciuilia, limiter dicebunt, prædia, reditus, iurisdictiones, fructus, et alia tollere non verentur, dietimque prætentant. — Cobbo comes, qui eundem (Gosbertum episcopum Osnaburgensem) promouit DCCCXXXIII. tertio id. aprilis obiit. Erdmannum suum haussisse ex antiquioribus monumentis, facile credidere eruditi. Hinc penitus explodendum non erit, quod illi de Cobbone nostro habent, statuentes, illum fuisse factorem comitum de Tecklenburg seu Tekeneborg, vti antiqua monumenta eos appellat. I. G. ab Eccard in *Hist. Geneal.* f. 17. nominat eum Saxonie occidentalis ducem. Probabilissimum sane est, Cobbonem in Westphalia, inprimis autem in episcopatibus Monasteriensi, Osnaburgensi, et Mindenensi, amplissima possedisse prædia, quibus successores eius gradatim sint spoliati. Vxorem huic venerabili comiti Cobboni fuisse, Altfritus episcopus Monasteriensis in *Vita S. Ludgeri Tom. I. Leibniti* f. 97. indicat. Hamelmannus in *Opere Historico Geneal.* p. 418, testibus aliquot manuscriptis Chronicis, eius filium nominat *Albonem*. Quod nomen cum contractum sit ex *Alberto* seu *Adalberto*, vti constat inter eruditos, nos quendam *Abban*, quem in his traditionibus inuenimus, pro eodem *Albone* seu *Alberto* habemus. Nomen enim *Adalberti* olim contrahebatur in *Abbo* et *Abban*. Pro nostro ergo *Abban* eius filius *Godescalcus*, testante §. 285, in villa *Astereshus* donat mansum et 30 iugera, quæ villa *Ostershus* erat in episcopatu Osnaburgensi, Tecklenburgico comitatu vicino. Hinc etiam facile dabant eruditi, eundem *Abban* fuisse illum, qui §. 265. nominatur *Albertus*, quique §. 265. in villa *Gerwardeshus* in pago *Leri*, quæ videtur esse vicus *Gerden*, intra terras episcopatus Osnaburgensis in præfectura *Vörden* situs, donauit abbatiæ nostræ familiam vnam. Fuisse huic *Alberto* vnum vel plures fratres, ex traditionibus nostris definire non ausim. Cum tamen in diplomatibus nostris circa finem seculi IX alius quidam *Cobbo venerabilis comes* occurrat, *Cobbonis* senioris is filius fuisse videtur, fortassis factor comitum *Spigelbergensium*. Huius iunioris *Cobbonis* filii fuisse videtur *Gelo* et *Bernhardus*, quibus *Widekindus* noster Corbeicensis *Annal. Lib. II. f. 645*, filium nothum addit, cui nomen fuit *Thiadhaldus*, qui *Thancmaro*, filio *Henrici* aucupis, *Eresburgi* in templo *S. Petri* vulnus infixit, illicoque ab eo simile recepit, quo vitam, interueniente terribili insania, breui posuit. Quod factum esse anno 938, refert *Chronicon* nostrum *MScum* coætaneum. *Gelo* reperitur in his tradit. §. 249, vbi pro fratre suo *Bernhardo* quædam donauit, in villa *Bifihus* in pago *Agrotingun* sita, et in villa *Gerwardeshufun*, in pago *Leri* obuia. Hæc villa nunc vocantur *Bessen*, locus comitatus *Lingensis*, et *Gerden*, locus episcopatus *Osnaburgensis*. Idem vero *Bernhardus* (nisi forte eius filius est, qui §. 287. appellatur *Bern*) tradidit in villa *Burgiun* in pago *Agrotingun* vnam familiam. Hæc villa *Borg* in *Emslandia* seu in inferiori episcopatu *Monasteriensi* olim fuit locus Comitum *Tekeneborgensium*. An *Gberburga*, pro qua *Bernhardus* eandem familiam donauit, mater seu soror seu consanguinea eius fuerit, non definiunt traditiones. Nomen hoc tamen in stirpe ducis *Brunonis*, vti infra videbimus, inusitatum non erat. An filios et filias habuerint tam *Gelo* quam *Bernhardus*, nemo veterum, quantum scio, memoriæ prodidit. Tacente ergo membrana, nos etiam tacemus, et reuertimur ad *Godescalcum*, *Alberti* filium, qui fratrem habuisse videtur *Gelonem*, vti discimus ex §. 325. In eo enim tradidit *Gelo* pro patruo suo *Bernardo* in pago *Agrotingun* in villis *Friduren* et *Legreke*, quæ sunt *Freren* et *Lengerke* in comitatu *Lingensi*, bona quædam. Hic *Gelo* si diuersus est a *Gelone* fratre *Bernhardi*, vti videtur, probabilissime erit filius *Alberti*. Quinam vero eius fratres et filii fuerint, non addunt traditiones nostræ. Cum tamen §. 416. quidam *Folkier* pro filio suo *Raginwardo* in eadem villa *Astereshus* intra pagum *Hrecwiti*, in qua *Abban* filius *Cobbonis I.* quædam tradiderat, XX iugera, et I iurnalem largitus sit, probabilissime idem *Folkier* nepos istius *Alberti*, et *Landwardus* eius frater fuit, quippe qui pro filio suo *Gelone*, a *Bernhardi* fratre verisimiliter ita appellato, testante §. 414. in villa *Widenbruckin* in pago *Sudergo*, quæ sine villo dubio vicus seu oppidum *Wiedenbruck* est

in




in episcopatu Osnabrugensi intra praefecturam Reckenberg, mansum et I uerna-  
 lem dedit abbatiæ nostræ Corbeiensi. Landwardi quoque filii videntur fuisse  
*Thiadolfus*, et *Bernhardus*. *Thiadolfus* enim §. 425. in villis Holtus et Lind-  
 duri in pago *Agrotungun*, id est, in villis Holthufen in comitatu Lingensi, et Lin-  
 deren in inferiori episcopatu Monasteriensi abbatiam nostram muneribus ornauit.  
 Et cum l. c. ille appelleretur frater *Bernhardi*, nemo vnus dubitabit, quin *Bern-*  
*hardus comes*, cuius comitatum in pagis (maioribus) Emisgoa, Westfala et Ange-  
 ri, anno 1052 Adalbertus Hammaburgensis ecclesie archiepiscopus adripuit, te-  
 stante diplomate Heinrici IV. in *Script. Rerum Septentrional. Lindenbrogii* f. 161.  
 seq. ad hanc familiam sit referendus, qui *Bernhardus comes* anno 1095 adhuc in  
 viuis fuit, atque a caesare Heinrico IV vir nobilis et sibi genere propinquus ap-  
 pellatur in diplomate l. c. f. 162. seq. Huius *Bernhardi* filius fuit *comes Otto*,  
 cuius libri feudales meminere in Archiuo Corbeiensi circa annum 1118. No-  
 minantur in membrana eius filii *Heinricus comes de Tekeneborg*, *Otto*, *Theodori-*  
*cus*, *Gerhardus*, inter quos *Heinricus* filium habuit *Simonem comitem in Tekene-*  
*borg*, qui anno 1178 vitam cum morte commutauit, testante Erdmanno in *Chro-*  
*nica Episc. Osnaburg.* l. c. f. 211. Qui plura desiderat, eum ablegamus ad nostram  
*Clientelam Corbeiensem*. Nihil ergo addimus praeter tabulam Genealogicam,  
 quæ genuinum stemma comitum de Tecklenburg representat. Eam accipe ba-  
 nis, quaeso, auibus.

Stemma comitum Teklenburgicorum.

T A B. I.

Ecbertus Dux Saxonie.

Cobbo comes † ante an. 874. §. 29.  
 104. 119. 125. 126. 202.



v. Tab. 2.

T A B. II.

F4



Ab anno  
826 usque  
853 im-  
perante  
Hludo-  
uico et

## T A B. II.

Nicolaus 1373. vx. 1) N. comitissa de Hoja 2) N. filia Theodorici comitis de Morfa et foror Theodorici archiepiscopi Colonienfis, amittit Emslandiam 1400.

Otto comes in Tekeneborg.	Nicolaus comes in Lingen, vxor Alheid de Pleffe 1411. 1415.				
Otto comes de Tekeneborg 1426. 1437. vxor N. foror Johannis com. de Hoja 1446.	Nicolaus 1449. 1454.	Alheid 1415. vxor Wilhelmi comitis de Berge antea episcopi Paderbornensis.			
Anna vx. Philippi comitis de Solms	Conradus vltimus comitum de Teklenborg † 1557. vx. Christina Landgrauia Hassia.	Catharina N. abbatissa filia. Essendiensis 1552.	N. N. filius praepositus in Osnabr. Borchhorst.	Otto praepositus S. laus † 1534.	Nico- N. Gerhardus Dux Juliacensis et Bergensis, vxor Sophia filia Bernardi Ducis de Lauenburg.
Conradus comes de Solms etc.	Anna vxor Euerwini comitis de Benthem.				Wilhelmus Dux Juliacensis et Bergensis comes de Rauensberg vx. 1) N. comitissa de Heinsberg 2) Sibylla filia Alberti Marchionis de Brandenburg † 1511.
					Maria vxor Johannis Ducis de Cleue et comitis de Marca.
Arnoldus comes de Benthem. etc.	Walpurgis vx. Hermannii comitis de Weida.	Amalia † 1586.	Anna desponsata Heinricho VIII. Regis Anglia.	Sibylla vx. Jo. FridERICI Electoris Saxoniae † 1554.	Wilhelmus Dux Juliacensis, Cleuenfis, Bergensis Marcanus et comes de Rauensberg, vxor Maria filia imperatoris Ferdinandi I.
Maria Eleonora n. 1550. vx. Alberti Frederici Ducis Borussiae et Marchionis Brandenburg. 1572. † 1608.	Anna n. 1552. vxor Philippi Ludouici comitis Palatini Rheni 1574.	Magdalena n. 1553. vx. Johannis Com. Palat. Rheni B. pontini 1579.	Carolus FridERICUS Dux Jul. Cleuenf. et Bergensis † Romae 1575.	Sibylla n. 1557. vx. 1) Philippi Marchionis de Baden 2) Caroli Marchionis de Burgow.	Elisa- beth † in Cleuenfis, Bergensis comes de Marca et Rauensberg n. 1562. Episcopus Monasterienfis, resignat. vxor 1) Jacoba filia Philiberti Marchionis de Baden 1585. 2) Antonetra † sine prole 1609.
	Anna nata 1576. vx. Johannis Sigismundi Electoris Brandenburg.				
	Georg Wilhelm Elector Brandenburg. n. 1593. † 1640.				
	Fridericus Wilhelmus Elector Brandenburg. n. 1620. † 1688.				
	Fridericus III. n. 1657. Elector Brandenburg. Rex Borussiae 1701.				
	Fridericus Wilhelmus Rex Borussiae n. 1688.				
	Fridericus III. Rex Borussiae n. 24. Januar. 1712.				

4) Luidolfus dux Saxoniae.

5) Ebertus comes.

Exposita *Cobbonis* comitis posteritate, ordo natiuitatis liberorum *Eberti* ducis atque *Ida* ducissae postulat, ut de fratre eius *Luidolfo comite* peraeque exponamus, qui ducatum Saxoniae, et inter omnes *Eberti* liberos illustrissimum nomen, adeptus est, pater et sator Ottonum Augustorum multorumque regum ducum ac dominorum. Hucusque nesciuerunt plerique eruditi, quinam huius *Luidolfi* pater exstiterit. Infra demonstrauius ex his traditionibus §. 126. *Luidolfum* filium fuisse *Eberti ducis*. Quia enim *Luidolfus* appellatur *germanus Cobbonis*, nullus porro de hac insigni veritate dubitandi est locus. Inter coheredes ducis Ostfalarum *Hessi* cum ceteris consanguineis suis *Ludolfus* quoque reperitur §. 121. Euoluantur de eo §§. in Tabula excitati, in quibus notatu digniora de hoc *Luidolfo* inuenies indicata.

De *Luidolfi* fratre *Eberto*, ante quam de liberis eius verba facimus, pauca differere animus est. Quamuis enim hic *Ebertus* neque filius *Eberti* ducis, neque frater *Benonis*, *Warini*, *Cobbonis* et *Luidolfi* in traditionibus nostris nominetur, credimus tamen, *Ebertum* istum, qui toties inter testes reperitur, quoties occasio



sio data fuit, et filium *Eberti ducis*, et fratrem *Luidolfi*, fuisse. Primo enim probabilissimum est, quemdam ex filiis ducis Eberti patris nomine insignitum esse. Deinde *Ebertus* quidam inter coheredes ducis Ostfalorum Hessi §. 111. inuenitur, quem nulli stirpi melius, quam Ebertina, possumus tribuere. Cum igitur inter testes reperiatur *Ebertus* quidam, cum *Wihric* in pago Hessi §. 49, *Arnulfus* in Bullurbechi §. 138, *Hadwi* ducis Eberti filia in pago Nethga §. 149, *Ida* ducis Eberti coniux in pago Niftharfi §. 155, *Gheroldus* *Luidolfi* confanguineus in pago Nethga §. 163, *Hildibertus* *Brunonis* nepos in pago Tilithi §. 166, et *Folchardus* §. 170 monasterio nostro nonnihil tradiderunt, merito is *Ebertus* pro filio ducis *Eberti* et fratre *Luidolfi* habetur. Inter fratres hic *Ebertus* longissime vitam videtur prorogasse. Deprehendimus enim cum adhuc inter testes §§. 207. 219. 230. 233. 234. et 245. Ultimo loco is testis fuit, cum *Ico* quidam pro filio suo *Radulfo* in pago Huuetigo quaedam largiretur. Fortassis ergo hic idem est *Eperthus* ille, qui anno 889 in eodem pago Huuetango comitatum suum habuit, testante autographo diplomate regis *Arnolfi*. Videtur eius fuisse filius *Egbrecht comes*, regi *Arnolfo* dilectus ac fidelis, cui in pagis Tilithi, Marsthem, Lainga ac Bardanga XXXVI. mansos tantæ magnitudinis, vt vnusquisque mansus LX. iugera siue iurnales haberet respectu mensuræ, in proprietatem dedit anno 892, id quod diplomata ipsius regis *Arnolfi* docent. Quis huius *Eberti* filius vel nepos fuerit, id fateamur nos cum ignarissimis ignorare. *Eccardus* quidem in *Hist. Geneal.* f. 275. seqq. pro eius filio habet *Brunonem* comitem, a quo ipse veteres Brunuicenses comites deducit. At cum traderint veteres, hanc Brunuicensem familiam a *Luidolfo* duce descendisse, nos infra tres *Luidolfi* ducis filios, hæcenus in tenebris latentes, producemus, a quibus deducemus comites Brunuicenses. Tacente vero membrana nostra, taceamus etiam nos de huius *Eberti* comitis filiis.

Reuocamus gradum ad *Luidolfum* ducem eiusque filios. Primus eius filiorum appellatur in his traditionibus (§. 210.) *Tancmarus* et quidem ante annum 866 mortuus. Hic alias est incognitus, et vltro sine dubio is, cuius corpus secundum *Acta Idae ducissæ* Tom. I. Leibn. f. 174. (vbi vero eius nomen non exprimitur) ad ecclesiam in Hirutfeld delatum, et penes *Idam* ducissam, vt pote ipsius auiam (quod tandem non amplius dubitandum est) sepultum. Addit *Widkindus* noster Corbeiensis, *Annal. L. I. p. 634.* *Brunonem* ducem totius Saxonie, qui exercitum duxit contra Danos, (anno 880) caesum fuisse et interemptum cum omni exercitu, relinquens (*Ottoni*) fratri natu quidem minori sed omni virtute multo potiori ducatum, et *Liudgardam* vxorem regis Germanie Ludouici; quibus adiungendæ sunt tres filie, scilicet *Hatbumoda*, *Gerbirg*, et *Cristina*, abbatissæ in monasterio a patre *Luidolfo* eiusque vxore *Oda* fundato in Gadershem, quibus vero iam non immoramur, quia ab aliis iam satis demonstratum est, eos atque eas liberos ducis *Luidolfi* atque *Ode* fuisse. De *Otone* vero quædam addenda duco, quæ æquo ferens animo. Omnia enim, a doctis Corbeiensibus olim relata et reuelata, in maximis deliciis atque amoribus habemus. Indulgeamus ergo ingenio nostro, referentes, *Widkindum* nostrum *Annal. Lib. I. p. 634.* et seq. prodidisse literis, omnem populum Francorum atque Saxonum post obitum regis *Ludouici OTTONI* DVCI regium diadema voluisse imponere, OTTONEM vero quasi iam grauiorem recusasse imperii onus, atque OTTONI præter HEINRICVM REGEM alios filios scilicet TANCMARVM et LVIDOLFVM fuisse, hos vero ante patrem obiisse. *Otonem* ducem mortem obiisse tribus annis transactis post contractum matrimonium *Heinrici* filii cum *Matbilda*, auctor *Vite Matbilde reginæ* Tom. I. Leibn. f. 195. memorauit. Diem vero mortis ad 2 Kal. dec. *Ditmarus* episc. *Merseburg. l. c. p. 325.* annotauit. Nostri vero Corbeiensis in *Chronico* nostro MSCro et coartaco exprimunt annum emortualem *Otonis* 912. Ex his sequitur primum, *Otonem* patrem filii sui inconstantiam in amore atque eius diuertium approbasse, deinde *Heinricum* aucupem iteratum coniugium iniisse anno 908 et denique consultu nostri *Otonis ætate* *Conradum*, quondam ducem Francorum, vngi in regem potuisse, *Ludouico* infante anno 911 mortuo, quod vltimum *Widkindus* noster l. c. eiusque fratres Corbeiensis in *Chronico* laudato annotarunt. Penes *Otonem*, vt etiam penes patrem eius *Luidolfum*, summam fuisse dignitatem Aduocatiæ Corbeiensis, nondum vllus asseruit. Infra vero quædam edifferemus, ad hanc veritatem demonstrandam idonea.



Ab anno  
866 usque  
853 im-  
perante  
Hludo-  
uico et

Plura de huius *Ottonis* liberis atque nepotibus afferre, hic superuacaneum duximus. Inuenies ea in notis ad *Sæpius excitatum Chronicon MSCtum*, ex archiuo Corbeiensis depromptum. Reuertamur ergo ad *reliquos ducis Luidolfi liberos*, quorum adhuc tres præter supra relatos fuisse, *Eccardus* in Notis ad *Vitam Hathumode abbatisse* p. 44. pronunciauit. Vtique veritati est consentaneum, illos quoque in iuuenili ætate esse mortuos. Addimus vero adhuc tres alios filios Luidolfi, hæcenus in obscuro latentes.

8) Luidolfus.

Primum enim in his traditionibus §. 249. inter testes deprehendimus *Luidolfum* quendam, uiuentem adhuc, cum *Gelo*, *Cobbonis* II. filius, in pagis *Agro-rungun* et *Leri* abbatia nostra quædam donaret, qui probabilissime alius non est, nisi *Luidolfus*, qui pro proximo suo *Folgdago* in villa *Bouingthorpe* in pago *Nithega* vnam familiam et XXX. iugera tradidit, testante §. 324. Hæc villa hodierno tempore nominatur *Bökendorp*, et iter vnus horæ abest a celebratissimo *Brunonisburgo* occidentem versus. Eandem vero villam ad imperatorem *Ottonem* postea pertinuisse, demonstrabimus infra §. 324. Demonstramus autem ibi, hunc *Luidolfum* necessario ad familiam *Ecbertinam* esse referendum, et deinde addimus, eandem villam, extincta *Luidolfi* huius posteritate, in manus *Ottonis Augusti* iure hereditatis peruenisse. Porro eundem *Luidolfum* inuenimus §. 343. dantem pro proximo suo *Herdego* in villa *Hillikesfelle* vnam familiam et XXXVI. iugera. Eadem villa erat in pago *Tilithi*, et designatur vicus *Hil-gesfeld* ad riuum dictum *die Hamel* haud procul ab vrbe *Hameloa*, qua in regione comites *Euersteinenses*, ex eadem qua *Luidolfus* stirpe oriundi, quondam amplissima possedere prædia; *Herdeg* autem probabiliter fuit filius *Bardonis* I, et frater *Bardonis* II. ex stirpe *Widikindea*, quorum scilicet *Bardonis* II. vxor *Alfreda*, atque *Heridagi* vxor *Meresuit* ex familia *Ludolfina* fuerunt, vti infra ex *Agii Vita Hathumode* ostendimus. Denique *Luidolfus* noster §. 350. frater appellatur *Esiconis*, qui in villa *Westerelifungen* in pago *Hessi* Saxonico ad *Dimolam* fluuium, vti iam supra demonstraui, familiam *Corbeiensibus* largitus est, in quo pago familia *Ecbertina* et in primis dux *Luidolfus* alia quoque bona possedit, vti iam supra cognouimus, et infra porro discemus. Quodsi igitur sola appellatio *Luidolfi* iam magnam similitudinem veri trahit, hunc *Luidolfum* stirpi *Ludolfinae* inferendum esse, probabilissimum euadet tum ex bonis, quæ idem *Luidolfus* donauit, tum ex nomine *Luidolfi ducis*, qui vni ex filiis suis nomen suum imponi sine dubio curauit, vti eo tempore in familiis illustribus vsitatum et quotidianum erat.

Hogerus  
nepos,  
Luidolfi  
ducis.

Quos et quot filios habuerit noster *Luidolfus*, ex membranis archiuo Corbeiensis eruere non potuimus. Quia autem villa *Bouingthorpe* seu *Bökendorp* ad caesarem *Ottonem* postea iure hereditario spectauit, posteros *Luidolfi* nostri non diu patri superuixisse, inde collegimus. Cum vero interim *Hogerus* quidam comes et aduocatus *Corbeiensis* in membranis nostris, et in primis ad annum 936 occurrat, *Hogerus* illum filium nostri *Luidolfi* fuisse, eam ob causam nobis probabile videtur, quia, vti infra videbimus, aduocatus *Corbeiensis* dignitas hereditaria erat, quam *Heinricus* auceps eiusque filii, imperiali splendentes dignitate, probabilissime consanguineis suis tradidere; *Hogerus* autem sine liberis decessisse videtur.

9) Hiddi.

Alter *Luidolfi ducis* filius erit *Hiddi*, cuius æque atque vxoris eius *Eruli* meminere traditiones nostræ §. 342. et §. 349. Non vna nos causa mouit, cur hunc filium *Luidolfi ducis* fuisse, crediderimus. Primo enim ex §. 342. discimus, fuisse huic *Hiddio* filium nomine *Ludolfum*, ab auo atque patruo *Luidolfo* probabiliter ita appellatum. Deinde ipsum nomen *Hiddi* nobis persuadet, eundem ad stemma *Ecbertinum* esse referendum. *Hiddi* quis fuerit, iam supra ex autographo diplomate *Caroli Magni* demonstraui. Existit pater scilicet *Ostfalarum ducis Hessi*, cuius heredes inter ceteros fuere posterius ducis *Angariorum Brunonis*. *Hessum* seu *Esiconem* ducem, nulla mascula prole relicta, obiisse, ex ipsa *Vita S. Luitbirgis* didicimus. Videntur autem posterius *Brunonis* ducis memoria sempiterna recordari voluisse, se per feminas ab *Hiddone* et *Hessi* descendisse. Hinc nomina *Hiddi* et *Esic* in genealogia *Ecbertina* occurrunt. *Hiddi* aduocatus *Corbeiensis* sine vilo dubio frater fuit *Brunonis* comitis *Brunswicensis*. Appellatur



tur enim ita a Conrado rege in autographo diplomate, intra Archium Corbeienſe obuio ad annum 1028, quod in Hiſtoria Corbeienſi æri incifum dabimus. Probabiliter ſuſpicamur, in hac familia plures fuiſſe Hiddones atque Eſicones, quorum nomina interiere; quia ipſi partim in infantia, partim in cœnobiis ſunt mortui. Dabimus ſuo tempore ex membrana catalogum fratrum Corbeienſium, inter quos Eſicones et Hiddones occurrunt, ſine dubio procerum filii, quamvis omnium connexionem, cum familiis illuſtribus ipſis intercedentem, oſtendere non poſſimus. *Bruno*, dux Angariorum, iam filio ſuo nomen *Hiddonis* indidit, ab *Hiddone* patre Eſiconis petitum. Eodem pacto *Luidolfus* dux duobus filiis ſuis nomina impoſuit, alterum ab *Hiddi*, alterum vero ab *Eſicone* veriſimiliter deſumtum, vt originem generis patris materni ſui *Ecberti* conſeruaret. Accedit huc porro, *Hiddonem* noſtrum §. 349. quædam tradidiſſe pro *Aluereda*. Quæ eius ſoror, et vxor *Bardonis* II. e ſtirpe Widikindea fuit. Ipſa ſic diſtincte §. 413. appellatur. Quodſi igitur *Aluered* filia *Luidolſi* ducis fuit, vt infra demonſtrabimus, eademque *Aluered* quoque fuit ſoror *Hiddonis*; ſequitur, *Hiddonem* etiam fuiſſe filium *Luidolſi* ducis. Patet vero ex his, cur *Herdeg* §. 343. *proximus Luidolſi* denominatus ſit, quia nempe *Luidolfus* frater noſtri *Hiddonis* erat. Denique, *Hiddonem* fuiſſe filium *Luidolſi* ducis et fratrem *Luidolſi* atque *Eſiconis*, pro dunt quoque bona, quæ *Hiddi* noſter eiusque filius et nepos abbatie Corbeienſi largiti ſunt. Ea, quæ *Hiddi* noſter tradidit, ſita erant, teſtantibus §§. 342. et 349, partim in *Hiddikeſtorpe*, quæ villa erat in pago *Merſtem*, atque hodie appellatur *Hiddesdorp*, vno milliari ab vrbe *Hannouera* ſita. Hac eadem villa eſt, in qua poſteri *Hiddonis* noſtri allodia poſſedere. *Bruno* enim epiſcopus *Verdenſis* dicti *Hiddonis* pronepos in eadem villa *Hiddesſtorpe* eccleſiæ *Verdenſi* allodium dedit, vt *Chronico epiſcoporum Verdenſium Tom. II. Leibnit. p. 215.* relatum legimus. *Sualdeſhus* autem in pago *Heſſi*, et *Buriunt* in eodem pago erat, de qua villa egimus ſupra §. 103. *Sualdeſhus* vero reperitur in dynaſtia *Deſenberg* in epiſcopatu *Paderbornenſi*. In hac dynaſtia *Luidolfus dux* plura bona poſſedit.

De *Eſicone*, *Luidolſi* ducis filio, haſtenus incognito eoque tertio, multa verba facere neceſſum non erit. Iam enim ſupra monuimus, eundem appellari §. 350 fratrem *Luidolſi*, designari autem *Luidolſum*, filium *Luidolſi* ducis, comprobant bona, ab *Eſicone* tradita, quæ in pago maiori *Heſſi* ſita erant. *Weltereliſungen* enim in præfectura *Zierenberg* in Landgraviatu *Haſſo-Caſſellano* viſitur. Atque ex eo colligimus, *Eſiconem* noſtrum ſatorem fuiſſe nobilium dominorum de *Sconenberg*, poſtea doctorum de *Schonberg*, quorum dynaſtia in eadem regione, et circa oppidum *Trendelburg*, *Drendelborg*, ſeu, vt hodie vulgo pronunciat, *Drengelborg*, olim fuit reperta. Negari non poteſt, eoſdem dynaſtas inter nobiliſſimos *Saxonie* noſtræ proceres eſſe relatos. Iſti *Eſiconi* filium fuiſſe *Marcwardum*, atque hunc in villa *Aldantorpe* in pago *Auga* vnam familiam dediſſe eccleſiæ *Corbeienſi*, docetur §. 385. Eadem autem villa ſatis luculenter indicat, *Eſiconem* cum filio ſuo *Marcwardo* fuiſſe partem *Brunoniana* ſeu *Ludolſina* ſtirpis. Fore quempiam, ambigimus, qui perhibiturus ſit, alium poſſe designari *Marcwardum*, atque *Marcwardum*, filium dicti *Eſiconis*, qui in eodem pago *Auga* in villa *Smittheardeshus*, quæ villa deſolata eſt et olim haud procul a præfectura *Furſtenberg* ad *Wiſeram* in ducatu *Brunſuiceni* ſita fuit, vix autem iter vnius horæ a caſtro *Brunonisburgo* diſtans, teſtante §. 397, vnam familiam tradidit pro filio ſuo *Brunone*. *Bruno*, qui in eadem villa *Smittherdeſhus*, et in *Thetmereshus*, et in *Silihem*, et in *Rotholleſhus* decem familias, tres manſos et totidem iurnales donauit, teſtante §. 432, nullus ergo alius eſſe poterit, niſi *Bruno*, filius dicti *Marcwardi*. Qui cum etiam habuerit bona in pagis *Heſſi* atque *Himmerueldun*, rectiſſime ipſe ſtatuitur ſator nobilium dominorum de *Sconenberg*. *Thetmereshus* enim eſt *Detmerſſen* vicus, haud procul ab oppido *Peckelſen* ſitus in terris epiſcopatus *Paderbornenſis*. *Theſli* hodie nominatur *Deiſſel*, iacetque inter *Heriſtallum* *Saxonicum* et *Drengelborg* in Landgraviatu *Haſſiæ* tractu ad *Viſurgim*. *Silihem* vero in pago *Himmerueldun* eſt *Selen* villa in præfectura *Heckerſhaufen*, diſtincta a *Seilen* ad fluuium *Dimolam*, quæ villa videtur eſſe *Silihem*, olim ad iura comitis *Dodiconis*, in monte *Wartberch* residentis, ſpectans, vt apparet ex *Vita Meinweri* *Tom. I. Leibnit. p. 531.* De hac villa *Silihem* infra pluribus. Tradiderat idem *Bruno* iam antea, teſtante §. 402, bona quædam in villa *Folcberghehus* intra pagum *Suilbergi*, quæ *Volbrechshu-*

gubernante  
Corbeiam  
Wairino.

De origine nobilium dominorum de Sconenberg.



Ab anno  
826 usque  
853 im-  
perante  
Hudo-  
uico et

sen est in saltu Sollingano locus vix iter duarum horarum spatium a Brunonis-  
burgo distans. Ex quo itidem elucere putamus, eundem *Brunonem* ad Bruno-  
nianam gentem spectasse. Quia autem *Bruno* filius fuit *Marcwardi*, sequitur  
exinde, uxorem *Marcwardi* fuisse *Tadem*. *Tade* enim cit. §. 402. mater appellat-  
tur *Brunonis*.

Arbitramur vero hunc *Brunonem* fuisse illum *Brunonem*, quem Otto II im-  
perator anno 976. suum nepotem vocat, sumta hac voce in sensu latiori. Huic  
caesar certos prouentus, ex telonio in Patavia ciuitate obuios, assignat, testante  
diplomate in I. G. ECCARDI *Histor. Geneal.* f. 294. In nullum enim Bruno-  
nem id melius quadrat. Huius et mentionem iniecit censemus *Ditmarum*,  
episcopum Merseburgensem, *Tom. I. Lebnitii* p. 349. referentem, obiter, im-  
peratricem anno 939. aduersus Bolizlaum in auxilium Misseconis misisse *Gisele-  
rum archiepiscopum* (Magdeburgensem) *comitesque Ekkibardum et Esiconem Beni-  
zonem cum patre* (Ditmari episcopi Sigefrido) *et eius equiuoco*, BRUNONE,  
*Deudone caterisque compluribus*. Inter hos *Esico* ex coniectura probabili frater  
*Brunonis* nostri fuit, ab auo *Escone* filio *Luidolfi* ducis ita dictus. Ille enim *Esico*  
videtur fuisse comes *Asich*, cuius comitatus anno 980. erat in pago Nitherse,  
testante diplomate caesaris Ottonis, infra §. 139. not. (S) ex originum litteris, in  
archiuo nostro extantibus, exhibendo. Ex quo perspicitur, in comitatu illius  
comitis fuisse villas Budineuldun, Brungeringhuson, Lellibeche, Rehon, Cor-  
bechi, atque Halgehufon, quarum villarum situm supra §. 187. deprehendi-  
mus in eadem regione, in qua domini, a nobis haecenus recensiti, bona sua he-  
reditaria habuere.


Quinam horum, scilicet *Brunonis* atque *Esconis*, fuerint liberi, ex codice tra-  
ditionum nostrarum demonstrari non potest. Cum autem anno 1027 quidam  
*Marcwardus* comes exlitterit in pago Angeri, testante diplomate Conradino,  
probabilissime ille *Esconis* comitis filius fuit. Nomen enim ei inditum ab auo  
suo *Marcwardo*, atque ille patri suo *Esconi* in comitatu successisse videtur. Id-  
circo ad aliam familiam *Marcwardus* iste referri vix poterit. Diploma ipsum da-  
bimus e membrana, si prius dixerimus, pagum Angeri sine vilo dubio denotare  
generalem pagum Angariam, multos speciales pagos comprehendentem. *Erui-  
te* ergo villa erit vicus *Erwitte* in episcopatu Paderbornensi inter *Holthufen*,  
*Herse* et *Erbfen* vicos atque oppidum *Nihem*. qui vici alias in pago Nitherse  
collocantur. En diploma:

Q In nomine sc̄ae et indiuiduae trinitatis. Chuonradus diuina fauen-  
te gratia romanorum imperator augustus. Perpendimus atq. confide-  
rauimus. animas nr̄as peccatorum maculis obfuscatae hoc multum posse  
iuuare nos ad diuini honoris et glorie maiestatem ec̄cliae xp̄i sublimare  
edificare et de nr̄is rebus ditare. pariterq. nouimus ad nr̄ae imperialis  
potentiae dignitatem pertinere eis qui nobis domi uel militiae bene ser-  
uierint condignam seruitutis remunerationem exhibere. Proinde no-  
uerint xp̄i nr̄iq. fideles uniuersi qualiter nos per interuentum dilectis-  
sime coniugis nr̄ae *Gisle* nec non filii nr̄i *Heinrici* regis et *Brunonis au-  
gustensis* ep̄i et *Herinwanni marchionis* et *Eggilhardi fratris* sui ad diuini  
nam gratiam & gloriam pro remedio nr̄ae animae patherbrunnensi  
ec̄cliae in honorem sc̄ae marie dei genetricis et sc̄i kiliani martyris &  
sc̄i liborii confessoris consecratae eiusq. prouisorii Meinuero qui no-  
bis sepe et multum frequenter et fideliter seruiuit quandam curtem  
nomine *Erwitte* ad nr̄um imperiale ius pertinentem in pago *angeri* in  
comitatu autem *marcuuardi* sitam perpetualiter habendam tradidimus  
cum mancipiis utriusq. sexus omnibus ad hanc iure pertinentibus cum  
ceteris quoq. uniuersis appendiciis scilicet areis edificiis terris cultis et  
incultis pratis pascuis siluis uenationibus uiuis et inuisis exitibus et redi-  
tibus aquis aquarumq. decursibus piscationibus molendinis que sitis et  
inquirendis cum banno etiam et mercatu quod apud eandem curtem  
solet haberi & cum omni utilitate que inde poterit prouenire. Et ut  
hec nr̄ae traditionis auctoritas firma omni permaneat quo hanc pagi-  
nam



nam inde conscriptam manu propria roborantes iussimus insigniri nō gubernante Corbeiam Warino.

signum domni  
chuonradi



inuietissimi romano-  
rum imperatoris au-  
gusti.

Vdalricus cancellarius uice arizonis  
archicancellarii recognouit

dat. VII. id. april. indict. X. anno dñice incarnat. M. XX. VII. anno  
autem domni cluonradi scđi regn. III. imperii uero I. actum romę fe-  
liciter amen.

Si autem *Marcwardus* atque *Alich* comites fuere frater et nepos *Brunonis* comitis, verisimillime quoque eiusdem *Brunonis* vel filia, vel neptes fuerunt *Bosfan*, *Christina* atque *Ebbican*, quę sorores *Vita Meinweri* teste p. 538 seq. prædia quædam in Thesli, Sidessun, Uffanhusun, Essiberch, Ananroth, Walieressun, Suthem, atque Erpessun, iure hereditario possessa, ecclesię Paderbornensi donarunt. Cum enim villa Thesli sit vicus Deissel, in quo *Bruno* ecclesię Corbeiensi quædam tradiderat, Sidessun porro sit Siddeffen haud procul a vico Reher in episcopatu Paderbornensi, Uffanhusun vero Uenhufen, Essiberch denique sit Escheberch in præfectura Zierenberch, Walieressun vero Wulmerssen inter Carlshauen et Helmershusen oppida, Suthem sit villa desolata, obuius olim haud procul ab oppido Brakel vicus, atque Erpessun sit Erbsen non procul ab oppido Nihem in dicto episcopatu; nemo non videt, has sorores nulli alii esse stirpi annumerandas, quam Brunoniana.

*Wichran* seu *Wichrandus*, dictus *nobilis*, qui ex consensu ac desiderio vxoris suę *Tetta* bona quædam in villis Thiadwardessun et Hemmicanhusun donauit, testante eadem *Vita Meinweri* p. 532. n. 26. et p. 535. n. 61. ad hanc familiam quoque pertinuisse videtur: Thiadwardessun enim et Hemmicanhusun in eadem regione, in qua eius consanguinei bona quædam tradidere, existunt.

Hoc admisso datoque nemo negare poterit, ad hanc gentem spectasse *Esiconem*, ac *Brunonem comitem*, quorum eadem *Vita Meinweri* mentionem iniecit p. 532. n. 25. et 30. *Wichran* enim eiusdem nobilitatis et generis, cuius fuere *Esic* ac *Bruno*, nobilis appellatur. Ergo de *Esicone* ac *Brunone* quædam in medium proferre licebit. Ac primo quidem ad *Esiconem* quod spectat, ille secundum seculi dignitatem nobilissimus, ac filius *Thiatmari*, et de loco *Mesberi* fuisse prædicatur, quę omnia in nullum alium dominum melius quadrant, quam in dominum Ludolfinę stirpis. *Mesberi* est vel oberen vel nideren *Meiſſer* in præfectura Zierenberg in Landgraviatu Hasso - Casselano. e quo euidentissime consequi censemus *Esiconem* ad progenitores, nobilium dominorum de *Sconenberg* esse referendum. Et cum *Esico* in villa Nederi, quę vel *groten* vel *lutgeneder* est, haud procul a Defenberg castro, bona quædam tradiderit, atque ab episcopo Meinwerco in *finitimis locis* XX. familias inter *Esiberg* et *Duergian*, id est, inter Escheberg ac Twerger, atque vertente quolibet anno de foresti Reinherishufon, seu filua Reinhardswald, duos porcos siluaticos, et duos ceruos et duas ceruas acceperit, stolidus sit, qui non intelligat, eundem ad progenitores nobilium dominorum de *Sconenberg* spectasse, quorum dynastia in eadem regione exstitit. *Thiatmarus* ergo pater *Esici*, cui a propatruo ac abauo nomen inditum




Ab anno  
826 vsque  
853 im-  
perante  
Hludo-  
uico et

inditum videtur, erit frater *Brunonis* ac *Wicbrandi*. *Bruno* enim porro l. c. nominatur dominus ac frater *Thiatmari*, atque coniux *Ide*. Habuisse vero eundem *Brunonem* dignitatem comitis, atque vxorem nomine *Idam*, discimus ex eadem *Vita Meinweri* p. 559. vbi auctor *Vite* illius memorat, *Brunonem* comitem anno 1024 infirmare voluisse traditionem, quam olim in prædiis *Sudesburch*, *Betanun*, et *Wallensidi* fecerat; episcopum autem *Meinwercum*, tanta prædia perdere nolentem, dedisse *Ide* vxori *Brunonis* vsque ad obitum suum LXXX. aratra in reconciliationem, atque, astantibus legitimumque hinc rei testimonium perhibentibus *Bernardo* duce, *Hermanno* comite et filiis eius *Henrico*, *Conrado*, *Atbelberto*, *Conrado*, comitibus quoque *Ekkika* de *Ailau*, *Bernardo*, *Erpbone*, *Theodorico* *Fresonia*, *Widukindo*, *Eekka*, *Amulungo* et fratre eius *Eberto*, legali iure hæc firmata obtinuisse. *Sudesburch* villa, cuius bona quædam comes *Bruno* tradidit ecclesiæ *Paderbornensi*, erit *Sudborg* in episcopatu *Paderbornensi*. *Betanun* est vel *Butenen* in eodem episcopatu olim reperiunda villa, vel *Bune* in dynastia *Defenberg*. *Wallensidi* vero villa desolata est, olim haud procul a *Nordberga* et haud procul a *Lauenfôrda* ad *Wiseram* in principatu *Göttingensi* sita, probe discernenda a *Wallensfêdo* in præfectura *Gronau* intra episcopatus *Hildesienfis* terras positos, atque a vico *Valfêdt* intra Principatum *Wolferbuttelensem* inspectionis *Thidenfis*. Concessit autem episcopus *Meinwercus* l. c. p. 532. *Brunoni* comiti pro illis bonis in beneficium bona quædam in *Bosfen* et *Hemmedesin*. Hæc villæ videntur esse *Bosfen* ad *Wiseram* non procul a castro *Furstenberg* in Principatu *Wolferbuttelensi*, et *Hemfen*, nunc ad iura spectans domini de *Kannen*, habitantis in vico *Brockhufen* ad fluuium *Neita* intra diœcesin *Corbeienfem*.

Ad hanc stirpem præterea spectasse duas matronas, *Fretberunam* et *Fritberunam* dictas, quarum mentionem facit auctor *Vite Meinweri* p. 537 seq. tradens, eas bona quædam ecclesiæ *Paderbornensi* tradidisse in villis *Nederi*, *Affsberg*, et *Haldugun*, neminem inficiaturum esse censemus. Quorum vero filia, vel femina fuerint istæ, id quidem adhuc later in obscuro. *Fretberuna* l. c. appellatur anno 1018 vidua et mater *Widukindi*. ex quo colligimus, eandem nupsisse viro, e stirpe orto *Widekindea*, in qua nomina *Widekindorum* fuere vsitatissima. Fortassis illa vxor fuit *Godefridi*, qui anno 1013 comitatum tenuit in pago *Gudinge*, atque filius appellatur *Bardonis*. *Fritberuna* l. c. nominatur mater *Anne*. Cum ambæ habuerunt aduocatum *Thiatmarum*, qui probabilissime fuit *Thiatmarus* frater *Brunonis* comitis, atque ambæ tradiderint bona, in villis eisdem sita; ambæ eiusdem *Thiatmari* sorores fuisse videntur. Bona autem tradita in eadem regione extant, in qua domini hæctenus a nobis descripti sua prædia donarunt. *Nederi* est vel *groten* vel *lutgeneder*. *Affeberg* est *Elcheberg* in præfectura *Zierenberg*. *Haldugun* est *Haldungen*.

Plura deliberato animo non addimus, in *Clientela Corbeienfi* reliqua dicturi. Liceat ea, quæ hæctenus sunt prolata, nunc tabulæ sequenti includere:



Tranſca.



Transcamus hinc in presens ad *Luidolfum quartum*, quem ipse *Hiddi* appellavit filium suum, quemque ideo nepotem ducis *Luidolfi* fuisse oportet. Fratrem eundem *Luidolfum* habuisse *Brunonem*, et nomen et dona, quae tradidit, nobis persuadent. Deprehendimus enim §. 374 *Brunonem*, pro vxore sua *Haburg* dantem unum mansum et duo mancipia in villa *Goldbiki* in pago *Wikanauelde*. Haec villa hodie dicitur *Golmbach*, haud procul a monasterio *Amelungsborn* sita, et vix iter unius horae a villa *Aldanthorpe* in pago *Auberi*, qui intra praefecturam *Forste* abest, in qua, testante §. 385, *Esico* eius patruus quaedam tradidit. Huius autem *Brunonis* filius videtur fuisse *Luidolfus comes*, qui testante §. 423, in villa *Werethun* in pago *Nithega*, quae villa *Werden* ad *Wiseram* est in dioecesi *Corbeiensi*, dona, quae habuit, dedit. Cum autem haec eadem villa sit, in qua olim §. 149. *Hadwi*, ducis *Ecberti* filia, et ducis *Luidolfi* soror, quaedam tradiderat, nemo non videt, hunc *Luidolfum* comitem ad stemma *Ludolfinum* esse referendum. Hunc diuersum non fuisse putamus a *Luidolfo* comite atque aduocato *Corbeiensi*, de quo authentica diplomata caesarium *Ottonis I. et II.* mentionem fecerunt anno 965, et a. 989. facta aduocatae *Corbeiensis* dignitate hereditaria.

Sed reuertimur denuo ad *Luidolfum IV.*, filium *Hiddomi*. Habuisse eum filium *Brunonem*, patet ex verbis §. 380. In eo enim donat *Bruno comes* pro patre suo *Luidolfo III.* mansos atque XL. iugera et XIII. mancipia in villa *Erkli*. Eadem autem villa erat in pago *Nithega*, atque hodie appellatur *Erklen*, vix unum milliare distans a celebratissimo castro *Brunonisburgo*. Atque ex eo evidentissime patet, hunc comitem *Brunonem* appellandum esse pronepotem celebratissimi ducis *Luidolfi*. Quemadmodum enim diplomata docent, familiam *Ludolfinam* in eandem regionem dominatam esse; ita *Luidolfus dux*, testante §. 224, in villa *Bennenhusen* quaedam tradidit, quae haud procul a vico *Erklen* stetit, vti infra demonstrabimus. Cum igitur nomina *Luidolfi* et *Brunonis* indicent, hos dominos ad *Ludolfinum* stemma spectasse, bona hereditaria in villa *Erkli* extra omnem dubitationem ponunt, *Luidolfum* patrem et *Brunonem* filium ex *Duce Luidolfo* propullulasse.

Fuisse huic *Brunoni Comiti* fratrem *Ekkebardum*, patet e *Widekindo Corbeiensi*. Cum enim *Widekindus* p. 643. retulisset, placuisse nouo regi *Otoni* nouum constituere principem militiae, regemque ad hoc officium obendum eligisse virum nobilem *Herimannum*; addit, eo honore non solum offendisse ceterorum principum, sed et fratris sui *Wichmanni* inuidiam. Inter ceteros autem principes fuisse *Ekkebardum filium Luidolfi*, idem quoque narrat *Widekindus*. Refert enim *Ekkebardum* in tantum aegre esse passum fortunam *HERIMANNI*, ut sese promiserit maiora facturum, aut viuere nolle. Collectis ergo ex omni exercitu fortissimis viris interdictum regis rupit, et paludem, quae inter urbem hostium et castra regis erat, cum sociis transiit, statimque hostes offendit, atque ab his circumfusus cum omnibus suis periit VII. Kalend. Octobris. Peracta haec esse anno 937, patet e verbis sequentibus *Widekindi*. Pergit enim: post haec antiqui hostes *Ungarii* venire virtutem probare noui regis. quod anno 938 esse factum, nostrum coetaneum *Chronicon* aliique docent. Cum itaque verisimillimum sit, *Ekkebardum* eam ob causam aegre tulisse fortunam *Herimanni*, quia sibi, utpote a ducis *Luidolfi* filio *Hiddi* orto, potius tribuendum fuisse ducatum crediderat, quam alieno, nemo negare poterit, eundem *Ekkebardum* filium fuisse *Luidolfi* nostri.

Filios procreasse *Ekkebardum*, annales non referunt. Cum autem anno 998 in loco *Hildewardeshusen* ab *Ekkibardo* comite in fundo proprietatis suae fundatum sit monasterium pro monachis *Ordinis S. Benedicti*, quod *Otto III.* tabulis publicis comprobauit, ratiocinamur exinde, *Ekkibardum* illum nepotem fuisse *Ekkebaridi* nostri. Cum ergo inter hos duos *Ekkebardos* vna tantum nobis persona desit, arbitramur eandem fuisse *Bruningum*, cuius *Widekindus* noster p. 664. meminit, haec referens: *Ewurbardum comitem* (cuius bona hereditaria in pago erant *Hessi Franconico*, vti infra videbimus) iratum contra *Bruningum* collecta manu succendio tradidisse ciuitatem illius vocabulo *Helmeri* (sic legitur in *MSpto* nostro) interfectis omnibus eiusdem ciuitatis habitatoribus, qua praesumptione audita *Otto I.* *Ewurbardum* condemnauit centum talentis aestimatione equorum, principes autem militum, qui eum ad hoc facinus adiuuabant, dedecore canum, quos portare debebant vsque ad urbem regiam *Magadaburg*. Quamuis autem probe scia-

gubernante  
Corbeiam  
Wario.

Hiddonis, filii  
Luidolfi ducis, li-  
beri, qui  
sunt a)  
Luidolfus IV.  
et b)  
Bruno.

Luidolfi  
IV. filii  
1) Bruno.

2) Ekke-  
hardus.

PH



Ab anno  
826 vsque  
853 im-  
perante  
Hludo-  
uico et

Bruno-  
nis comi-  
tis liberi  
1) Eber-  
tus mo-  
noculus.

sciamus, recentiores quosdam perhibere, *Bruningum* istum fuisse Thuringum, putamus tamen, *Bruningum* fuisse Saxonem, et ciuitatem Helmeri esse locum Helmeren in episcopatu Paderbornensi haud procul a vico Borninghufen in dynastia Defenberg, ad nobiles dominos de Spiegel pertinente. Cum porro in eodem loco Hildewardeshufon *Thiatmarus* quidam, quem fatorem quorundam marchionum orientalium diximus, bona quaedam tradiderit ecclesiae nostrae Corbeienfi, testante §. 318, *Ekkehardus* ille filiam istius *Thiatmari* in matrimonio habuisse, et cum ea bona in eadem villa a *Thiatmaro* accepisse videtur propter nuptias, a filio *Bruningo* translata postea in *Ekkibardum* comitem, fundatorem monasterii Hildewardeshufani ad Dimolam in Landgrauiatu Hassiae terris.

Vtunque autem sese res habeat, siue spectarint *Bruningus* atque *Ekkibardus* ad familiam Ludolfinam siue aliorum, licet illud verisimillimum sit propter bona possessa; negare tamen vix licet, *Brunonem* comitem fuisse maritum *Fretberunae*, sororis reginae *Matilda*, ac patrem *Ecberti monoculi*, satoris comitum Brunfucensium. *Ecbertum monoculum* matre vsu fuisse sorore reginae *Matilda*, comprobari potest e *Widekindo* nostro, qui p. 653. *Ecbertum* nominat *consobrinum* imperatoris Ottonis I. Si ergo *Bruno comes* pater fuit *Ecberti monoculi*, necessario fuit vxor huius *Brunonis* soror reginae *Matilda*. Iam autem *Matilda* praeter *Amalradam*, vxorem *Euerhardi*, habuit *Fretberunam* ac *Biam* sorores. Inter has *Fretberunam Ecberti monoculi* fuisse, matrem, putamus.

Eandem *Fretberunam* autem in matrimonio praeterea habuerit oportet *Wichmannus I*, frater ducis *Hermani Billingiae*. *Widekindus* enim appellat p. 654. *Ecbertum monoculum* et *Wichmannum II*, nepotes *Hermani ducti*, et *Ditmarus* episcopus *Merseb.* p. 333. eos vocat *consraves*. Ex quo momento iam dudum collegerunt eruditi, *Wichmannum II* atque *Ecbertum monoculum* habuisse vnam matrem, et duos diuerso respectu patres. Nequeunt credere sibiue persuadere viri docti, *Ecbertum monoculum* fuisse *Billinganum*. Iam quaeritur, vtri prius nupserit *Fretberuna*, an *Brunoni*, an *Wichmanno*? Hoc enim momento non definit, fluctuabitur tota oratio nostra. Stat autem pro priori sententia annus emortualis comitis *Wichmanni I*, qui, testantibus *necrologiis Fuldensi et Corbeiensis*, mortuus est anno 944. Cum eis consentit sermo imperatoris Ottonis ad *Wichmannum II*, quem *Widekindus Annal. L. III. p. 657.* attulit, referens: *caesarem* anno 956 dixisse *Wichmanno II*, se illum, *desitutum a patre et matre, loco filii assumpsisse, liberaliterque educaisse.* Vnde perspicitur, *Wichmannum II*, patre ac matre orbatum, anno 944 circiter egisse annum aetatis nonum. E *Widekindo* enim nostro discimus p. 658. seq. *Wichmannum II* iam anno 957 duxisse vxorem. Iam autem ponamus, in thorum eandem accepisse *Wichmannum II* anno 955, et quidem anno aetatis suae vigesimo. Id si dederis, *Wichmannus II* anno circiter 935. in luminis auras prodit. Hoc stante momento, mater *Ecberti monoculi* non poterit esse soror reginae *Matilda*, nisi statuatur, eam iunctam fuisse prius *Brunoni* comiti, quam *Wichmanno I*. Infra enim §. 229. animaduertemus, *Matildam* reginam natam fuisse anno 892 et *Fretberunam* anno 894. Si itaque nupfisset *Fretberuna* patri *Ecberti monoculi* post annum 944, *Fretberuna* egisset iam annum supra quinquagesimum, quo anno mulieres non amplius solent partu edere infantes. Ergo si ponamus, nupfisse *Fretberunam* *Brunoni* anno aetatis suae XX, tunc inter eos contractum est matrimonium anno 914. Soror eius *Mathilda* se vinculo iugali iam sociauerat *Heinrico aucupi* anno 908. De quibus rebus exponendum est infra pluribus.

Nihil ergo impedit, quo minus *Bruno comes* eiusque vxor *Fretberuna* statui possint parentes *Ecberti*, *Luidolfi*, *Brunonis*, *Emmildis*, *Matildis*, *Fretberunae* atque *Immae* comitissae, de quibus iam ordine et sigillatim est disserendum. *Ecbertum* omnes eruditi haecenus stirpi *Brunonianae* annumerarunt. Quomodo ille oculus alterum amiserit, refert *Widekindus* p. 653, additque, eum obsidem fuisse datum ab *Ottone Magno* in obsidione *Moguntiae* vrbs, atque illic corruptum suaforsis verbis, et regi factum esse aduersum anno 952. Adhaesisse *Ecbertum* confratri suo *Wichmanno* contra *Hermannum* ducem, docet idem *Widekindus* p. 654. Cum enim *Wichmannus* patrum argueret, raptoremque paternae eum hereditatis, et suorum thesaurorum praedonem diceret, iunctus *Wichmanno Ecbertus* eadem sententia pronuntiata insurrexit in ducem, et nullum ei quietum otium permisit. Uterque scilicet inuidebat *Herimanno* ducatum. *Wichmannus II* illum ad patrem suum, *Ecbertus* vero ad se spectasse, credebatur. Cum igi-



igitur ille filius fratris natu maioris, atque hic e stirpe ducis Luidolfi ortus esset, *Ecbertus* sibi idem ius proprium putabat, cui iam patruus ipsius *Ekkehardus* inhauerat. Vterque igitur gentem Sclauorum concitauit ad bellum Saxoniae inferendum, sperans, optime turbato stagno exquiri anguillas; Re autem infeliciter acta, vterque elapsus est in Galliam ad Hugonem ducem, Widekindo teste p. 657. Rediit vero *Ecbertus* noster mox cum rege Ottone in gratiam, quemadmodum memorauit idem Widekindus p. 659. Id quod accidisse anno 958, ex nostro Chronico Corbei. MSCto apparet.

Eundem *Ecbertum monoculum* anno 984 contra Ottonem III. partibus ducis Bauarici Heinrici, regnum affectantis, adhæsisse, alios autem regni proceres fauuisse Ottoni, Ditmarus T. I. Leibn. p. 347. seq. refert. Ansam huic conspirationi procerum contra Heinricum suppeditauit superbia huius ducis. Referunt enim Corbeientes nostri loco laudato, *ducem Heinricum venisse anno 984 ad monasterium Corbeiese, atque ea occasione Thiadricum atque Efcionem comites et fratres multos et supplicibus verbis orasse Heinricum, errore suo deposito, ut veniam illis atque impunitatem daret, ducem vero eis nullam dedisse excusationis veniam. Hac igitur repulsa Heinricum sibi inuidiam multorum procerum consilasse, idem est autor. Irritati enim fratres omnem mouerunt lapidem, ut Heinricum apud omnes et amicos et cognatos suos iniusum redderent. Cum itaque Heinricus more regio in Quitlingaburg pascha celebraret, ab asecclis rex appellatus; illi, qui permanserant in fide Ottonis, conuenerunt in pago Derlingo in ciuitatem Aseburg, iam palam conspirantes contra ducem. Quo comperto, Heinricus properauit ad palatium Werla, atque inde Wirzeburgensem episcopum Popponem ad repugnantes misit, ut tentaret, an inimicos seiuungere, an conciliare eos sibi posset. Dum igitur properat episcopus ad castrum Aseburg, obuiam ei veniunt coniuuati cum magna caterua, ad cingendam obfidione ciuitatem Werla, ad detrudendum ducem e tota Saxonia parati. Stetit ergo attonitus episcopus, vixque mutuam obtinuit pacem, promittens, Heinricum die proximo ad alloquendos eos venturum. Cum vero Heinricus dicto die non veniret, et Werla relicta in Bauariam proficisceretur, consocii in urbem Alabure comitis *Ecberti* et aduocati Corbeiensis, aduentis duci praefato, intrarunt, murisque destructis Adelbeidam, caesaris filiam, apud Ditmarum loco laudato obuium, esse a descriptoribus corruptum, ac legi debere ibi *Senside*, qui locus olim in eodem pago Derlingo exstitit, hodie dictus *Seinsied*, quem adtingunt ei, qui iter dirigunt Aseburgo Werlam.*

Probabilissime igitur nullus designatur alius, nisi *Ecbertus* noster, qui in his traditionibus §. 427. pro proximo seu cognato suo *Thiadmaro* clerico in pago Derlingi in villa *Berghstallum*, quae vicus Bersel est haud procul ab oppido Osterwick, dedit vnam familiam, atque pro se ipso in pago Nithega in villa *Natbesungen* III. mansos et iugera XV. quae est vicus Natzungen inter Borgentrick et Erklen in terra episcopatus Paderbornensis positus. Cum itaque *Ecbertus monoculus* appelletur non minus *aduocatus Corbeiensis*, arbitramur, cum ortum esse e stirpe dominorum, haecenus a nobis descriptorum. Quamuis autem nullo testimonio scripti coetanei, in quo *Ecbertus* noster nominatur filius *Brunonis* comitis, simus praemuniti, ita tamen statuendum esse omnino censemus. Dignitas enim aduocatae eius Corbeiensis probare id videtur. Certè non habebis, quod opinioni nostrae opponas. Ante eum enim aduocati Corbeientes fuere *Luidolfus* comes anno 980, *Hogerus* 936, *Otto illustris* 889. et *Luidolfus dux* 840. Mortuo *Ecberto monoculo*, qui aduocatus erat 984, aduocati erant *Bruno*, comes et Dominus Brunfuici, anno 1008, *Hiddi* 1028, et *Bruno* 1043 atque 1049. Omnes haecque



Ab anno  
826 vsque  
853 im-  
perante  
Hludo-  
uico et

fuerunt *Eberti* vnoculi progenitores et posterii. Si voles id obicere, quod alii iam facere contenderunt, ratus, *Ebertum* monoculum fuisse filium *Ekkehardi*, vana erit obiection tua. Iam enim supra vidimus, *Ekkehardum* istum occisum fuisse anno 937. Vnde palam fieri, arbitramur, *Ekkehardum* neuiquam fuisse patrem *Eberti* vnoculi. Sciendum enim est, *Fretberunam* matrem vnoculi habuisse duos coniuges, alterum *Wichmannum* I. atque alterum patrem *Eberti* vnoculi. Ex quo momento iam supra collegimus, *Wichmannum* I. atque *Ebertum* habuisse communem matrem et patres diuersos.

Sin vero statuas, *Fretberunam* fuisse primo vxorem *Wichmanni* I. et deinde patris monoculi, siue perhibeas, *Fretberunam* nupsisse primum patri monoculi, et deinde *Wichmanno*, vtroque tamen modo *Ekkehardus* maritus *Fretberunae*, et pater *Eberti*, esse non poterit. Cum enim *Ekkehardus* occisus anno 937 et *Wichmannus* I. mortuus sit anno 944; *Ekkehardus* ante obitum *Wichmanni* *Fretberunam* ducere non potuit. Quodsi statuere malis, *Fretberunam* elegisse thalami consortem *Wichmannum*, mortuo demum *Ekkehardo*; tunc scylla euitata incidit in charybdim. Nam *Fretberuna* ac *Wichmannus* ante annum 938. matrimonium contrahere non potuerunt. Ex quo porro sequitur, *Wichmannum* II demum anno 939 nasci potuisse. Ponamus ergo, *Wichmannum* II vxorem duxisse anno XV aetatis suae. Id si contigisse arbitremur, *Wichmannus* coniugem in tori foedus accepisset anno 954. *Adela* ergo, quae filia *Wichmanni* et mater episcopi Paderbornensis, *Meinweri*, fuit, ad luminis auras prodire potuisset anno 955. Quia vero episcopus *Meinwerus* iam anno 959. natus est, vti infra ex eius vita demonstrabimus, *Adela* eius mater esse non poterit, neque *Fretberuna* quiuisset secunda vice nubere *Wichmanno* I. Sequitur itaque, *Ebertum* monoculum alium habuisse patrem, quam *Ekkehardum* occisum anno 937. Quis ergo alius parens erit *Eberti* vnoculi, quam *Bruno* comes, cum *Ebertus* eadem in regione, in qua *Bruno*, bona hereditaria possederit? Quam ob rationem pellucere censemus, sermonem esse in traditionibus nostris §. 427. de nullo alio *Eberto*, atque de *Eberto* monoculo. Nam idem *Ebertus*, qui in pago Nithega bona hereditaria possedit, hereditaria etiam bona habuit in pago Derlingo, in quo *Ebertus* monoculus alia bona tenuit complura. Mortuum vero esse *Ebertum* anno 994, *Chronographus Saxo* in *Leibnitii Access. Historicis* docet.

2) Luidolfus episcopus Osnabrugensis.

Alter *Brunonis* comitis filius et frater *Eberti* monoculi esse videtur *Luidolfus*, episcopus *Osnabrugensis*. Cum enim *Otto* M. eiusque filius *Otto* II. caesares hunc episcopum nominent ad annum 972. et 975. consanguineum suum, hinc ad aliam familiam referendus non erit, quam ad *Ludolfinam*. Obiisse eum anno 983. 2. Kal. Aprilis, retulit *Erdmannus* in *Chronico Osnabrug. Tom. II. Meibomii* p. 204. Nisi forte illum habere volueris pro filio *Brunonis* comitis et fratre vnoculi. Tunc enim is frater erit *Asici*, et filius *Brunonis*, qui filius *Marwardi* et nepos *Esici*, filii *Luidolfi* ducis, erat.

3) Bruno episcopus Verpenensis.

Habemus autem pro fratre *Eberti* monoculi porro *Brunonem*, ex monacho *Corbeien*si episcopum *Verdensem* et fundatorem ecclesiae S. Iohannis baptistae in *Ullesheim* intra pagum *Bardunga* sacris feminis inferuitura. Cum enim illum *Chronicon Episcop. Verdens.* Tom. II. *Leibn.* f. 215. de nobili progenie natum, *Ditmarus* autem T. I. *Leibn.* f. 337 seq. consanguineum ducis *Hermani* *Billingi* nominet, quo cum autem ipsi magnam intercessisse inimicitiam referat his verbis: *Hermannus dux moriens* (anno 973.) *imperatoris gaudia turbavit. Huius corpus dum ad Luneburg a filio suomet Bernharde deferretur, contigit ibi Brunonem, Verdensis ecclesiae anisitem, in proximo esse. Hic, quia Hermannum, dum vixit, banno constrictum habuit, suppliciter rogatur a filio, vt et absolutionem saltem defuncto impenderet, et in ecclesia eundem sepeliri liceret. Sed is, quod postulat, nequaquam impetrat; probabile redditur, illum, Brunonem episcopum, fratrem fuisse Eberti monoculi. Inimicitia enim cum Hermannus duce ad Brunonem episcopum deriuata videtur fuisse a fratre eius Eberto et confratre Wichmanno, quos ambos insurrexisse iratos in ducem, iam supra didicimus e Widekindo Corbeien*si. Accedit huc, nostrum *Brunonem* episcopum ecclesiae suae *Verdensi* in eadem villa *Hiddestorpe* bona quaedam allodialia largitum esse, testante *Chronico episc. Verdensi* loco laudato, in qua quondam *Hiddi*, qui nostra ex sententia *Brunonis* nostri proauus fuit, ecclesiae *Corbeien*si quaedam tradiderat, vti iam supra docuimus. Vnde argumentum depromimus, coniectantes, eadem bona iure hereditatis ad *Brunonem*, nostrum fuisse translata. Cum itaque *Bruno* noster

ster



ster sub abbate Gerberno, circa annum 950 monasterio Corbeiensis sese adgre-gauerit, vti membranae Archiui Corbeiensis ostendunt: atque ex *Ditmaro* f. 342. appareat, obiisse episcopum nostrum VII id. Martii an. 975, chronologia nos non impedit, quo minus, *Brunonem* episcopum filium *Brunonis* comitis et *Fretherunae* fuisse, statuamus.

Relictis autem filiis *Brunonis* comitis, de filiabus eius exponere debemus. 4) *Emnild* Inter has *Emnild* appellatur filia *Brunonis* in *Chronico Quedlinburgensi Tom. II. Leibn.* p. 281. his verbis: *Eodem anno (991) Ercanbaldus, Biligrimus episcopus, Tritburicus, episcopus Salzbürgensis, obierunt et EMNILD FILIA BRUNONIS.*

Huius *Emnildae* sororem fuisse *Mechtildem*, auiam *Ditmari* episcopi *Merseburgensis*, ipse *Ditmarus Tom. I. Leibn. f. 351.* his indicat verbis: *Me-* 5) *Mech-*

*autem (pater meus Sigefridus) in Quidilingaburg apud suam materteram, Emnildam nomine, collocauit; qua paralyti longo tempore laborante, primo litteris bene adhuc instructum fuisse, et Rigdago abbati II. de Sancto Iohanne in Magdeburg commendauit.* — — — *Inde egressus, et imminente quadragesima in ciuitate, Wallibizi dicta, infirmatus, idibus Martii defensor patriae, ac homo verus, utriusque debitorum persoluit natura.* *Quem mater sua venerabilis omni probitate, Mechtildis, celeriter hunc prosecutura, cum coniuge Cwiegunda deslet. Namque, tanto orbata solatio, cum immenso morore diem expectaret extremum, in eodem anno tertio nonas Decembris fideliter migravit ad Christum.* Fuisse autem hanc *Mechtildem* uxorem *Lutharii*, qui auus paternus *Ditmari* erat episcopi, ipse *Ditmarus* affirmat l. c. f. 386. vbi refert, eisdem, *Lutharium* scilicet et *Mechtildem*, fundasse monasterium *Walbeccense*. Huic autem sententiae nequaquam repugnat *Chronologia*. Cum enim *Fretheruna* reginae *Mahtildae* soror potuerit nata esse anno 894, vti iam supra docuimus, *Fretheruna* nubere potuit *Brunoni* comiti anno aetatis suae XX, id est, anno 914. In lucem ergo edi potuerunt *Bruno* episcopus *Verdensis*, anno 915: *Luidolfus*, episcopus *Osnabrugensis*, anno 916: *Ecbertus monoculus* anno 917: *Emnildis* anno 918: *Mechtildis* anno 919: *Fretheruna* anno 920, atque *Imma* anno 921. Tam vero ponamus, *Mechtildem* nupuisse *Luthario* comiti vicesimo aetatis suae anno. *Sigefridus* pater episcopi *Ditmari* nasci potuit anno 939. Quodsi iterum *Sigefridum* consortem thalami accepisse anno aetatis suae XXX. statuamus, *Ditmarus* episcopus in lucem vitalem prodire potuit anno 959. Quia autem et auia *Ditmari Mechtildis* septem annis ferius, quam diximus, suscipi in lucem potuit, *Ditmarus* quoque lumen vitale primum haurire valuit anno 976. Atque hic annus est is, quem natiuitatis suae ipse *Ditmarus* prodidit. Tradit enim fol. 422, decimum annum ordinationis suae fuisse quadragesimum natiuitatis suae. Ex quo consequitur, anno aetatis suae trigesimo illum accepisse ordinationem. Ad haec *Ditmarus* ecclesiam *Merseburgensem* suscepit regendam anno 1006, vti ex ipso *Ditmaro* constat f. 385. seqq. Hinc efficitur, *Ditmarum* genitricis vterum reliquisse anno 976. Soror ergo reginae *Mabildae Fretheruna Ditmari* episcopi *Merseburgensis* proauia esse potuit.

Sed haec tantum in gratiam domini *Eccardi* disputata sunt, qui *Emnildam* ac *Mechtildem* fecerat filias *Brunonis Brunuicensis*. Cum vero ipse *Ditmarus Tom. I. Leibnitii f. 365. Ricbertum* nominet patrum sui *Lotbarii* marchionis auunculum, *Ricbertus* autem ille probabilissime fuerit procreatus et comitibus *Arneburgicis*, *Emnilda* et *Mechtildis* sorores *Ricberti* esse debuerunt. *Bruno* ergo, pater *Emnildae* et *Mechtildis*, diuersus esse debuit a *Brunone*, marito *Fretherunae*, sororis reginae *Mabildae*, verisimillime fuit *Bruno* comes *Harenburgensis* seu *Arneburgensis*, quem *Ditmarus* f. 343. 11. Kal. Decemb. atque *Annalista Saxo* a. 977. 11. Kal. Decemb. obiisse referunt. Erat autem *Arneburgum* castrum ad *Albim* in veteri *Marchia*. Satius ergo esse censemus, *Emnildam* et *Mechtildam* ex hac serie reuicere, quam eas diutius in illa tolerare.

*Frederunam* abbatissam atque *Immam* comitissam arbitramur fuisse sorores *E-* 6) *Frede-*  
*berti* vnoculi. Appellantur illae sorores a rege *Heinrico II.* in autographo di-  
plomate, quod iam in manibus nostris est. In hoc fundationem monasterii *Ke-* 7) *Imma.*  
*minadensis* idem rex anno 1004. confirmat. Quamuis autem *Heinricus* non  
addat, fuisse harum sororum patrem *Brunonem*, ita tamen statuendum esse,  
omnino censemus. Ad aliam enim familiam has duas sorores referre non va-  
lemus. *Eccardus* quidem in *Histor. Geneal.* p. 112. alia est in sententia, perhi-  
bens, eas filias fuisse *Wichmanni I.* ex *Fretheruna* reginae *Mabildae* sorore. Cre-  
dimus autem, *Eccardum* in nostram iterum fuisse sententiam, si hoc diploma  
X 2 Heim-



Ab anno  
867que  
853 im-  
perante  
Hludo-  
uico et

Heinrici II, atque has traditiones Corbeienfes, infpexiffet vnquam. Quemadmodum enim largiri nequimus, *Fretherunam* reginæ fororem primum iunctam fuiffe *Wichmanno* feniori, et, hoc defuncto, nupiffie patri *Ecberti* vnoculi; ita etiam bona, quæ *Frederuna* abbatiffa eiusque foror *Imma* monafterio Kemindeni largitæ funt, indicant, eas potius *Brunonis*, quam *Wichmanni*, filias fuiffe. Bona hæc ante aliquot annos in *Origin. Pyrmont.* p. 12. minus accurate typis exhibitæ effe, hic publice fignificandum duximus. Sita funt ea in pagis *tilithi*, *auga*, *uukanauelde*, *bardanga*, *dreuni*, *mosidi*, *heilanga* atque *hochtrunga*. A fratre fuo vterino *Wichmanno* quædam has acquiffuiffe forores, facile concedimus. Sed quomodo bona in pagis *tilithi*, *auga*, et *uukanauelde* hereditario iure (de hereditate enim loquitur cæfar) poffidere potuerint, non videmus, fi ftatuere velimus, eafdem non fuiffe priuignas *Wichmanni* fenioris. Quid enim familie *Billingane*, ad quam *Wichmanni* referendi funt, in pagis *auga*, *uukanauelde* et *tilithi* fuit, in quibus, vti ex his traditionibus apparet, familia *Brunoniana* dominata eft. Si malis obicere, nos ipfos ftatuere, *Immam* comitiffam fuiffe vxorem *Herimanni* comitis e ftirpe *Widikindea*. Id ergo, quod non a *Wichmanno*, ab hoc *Herimanno* comite acquirere potuit *Imma*. Refpondemus, *Heinricum* regem in diplomate loqui de hereditate, non de donatione, neque probabile videri, filios *Herimanni* comitis voluiffe matri fuæ tantum concedere licentiæ, qua bona fuæ aucta ac paterna elargiri potuerit, atque *Immam* voluiffe ex alieno largiri. Hoc enim ad promerendam falutem æternam parum conducibile fuiffet. Omnia ergo fi confideres, nihil erit reliquum, nifi vt ftatuas, *Frederunam* abbatiffam atque *Immam* comitiffam filias fuiffe *Brunonis* e ftirpe *Ebertina*. *Immam* autem nupiffie *Herimanno* *Widikindeo*, ex his traditionibus apparet §. 422. De hifce infra pluribus agemus.

Ecberti  
monoculi  
liberi  
1) Ger-  
druda.

Habuiffe *Ebertum monoculum* vxorem, exinde, quod ei fuit filia *Gerdruda*, apparet. Eam enim appellat auctor *Annal. Hildesh. Tom. I. Leibn. f. 724. filiam Ecberti comitis, et coniugem Godefrici, filii Eggibardi præfulis*, id eft, marchionis. Ipfæ vero anno 1018. ab eodem *Godefrico* per diuortium feparata fuit. Plures reliquiffe liberos *Ebertum*, comprobaremus e diplomate quodam cæfaris *Otonis III*, in quo ille anno 1001. partem hereditatis fuæ, hoc eft, caftellum *Dalehem* nominatum, fitum intra epifcopatus *Hildenehemenfis* terminos, in pago *Haffala* fuæ *Ambergau*, in comitatu *filiorum, Ekbrathi comitis et nepotis fuæ*, ecclefie *Hildenehemenfis* regia largitione in proprium dicitur tradidiffe, dummodo hoc diploma genuinum effet. Cum vero *HARENBERGIVS* in *Vindictis* p. 37 feq. demonftrauerit, diploma illud effe fictum, quod et olim nos fenfimus, idem diploma in *Nie. Schatenii Annal. Paderborn. T. I. f. 356* feq. legentes, nihil certi ex eo colligi poffe, cenfemus. Potuit tamen fieri, vt falſarius ille in *Chronico* quodam deperdito legerit, *Ebertum* comitem habuiffe filios. Atque id ipſum nemo negare poterit, confideraturus illa, quæ fequuntur. Putamus enim, *Brunonem Brunſuicenfem comitem* fuiffe filium *Ecberti* monoculi. Id enim certum eft, fuiffe illum *Brunonem aduocatam Corbeienſem*, quod in noſtra *Historia Corbeienſis* et infra probatum dabimus. Facta tum erat aduocatiæ *Corbeienſis* dignitas iam hereditaria. ex quo effici poffe adparet, eandem dignitatem ad *Brunonem* eam ab caufam effe translata, quia ipſe filius *Ecberti* monoculi fuerit, æque olim aduocati *Corbeienſis*. Deinde *Bruno* in eadem regione bona hereditaria poffedit, in qua habuerat illa comes *Ebertus monoculus*. Bona *Ebertum* habuiffe circa *Brunſuicum* in pago *Derlingi*, iam vidimus fupra. Quis porro vnquam negauit, *Brunonem* noſtrum dominum fuiffe terre circa *Brunſuicum* urbem fitæ, quam ipſum primum fundaffe *Chronici Riddagshufani* auctor *T. II. Leibn. f. 75.* his indicat verbis: *Anno 1026. Bruno princeps fundat Brunſwik.* Ibi in annum quidem errorem influxiffe, concedimus. rem autem ipſam in dubium vocamus, donec edatur *Chronicon Gandersheimenſe latinum*, et comprobetur, illud effe ſcriptum authenticum, nec interpolatum. Perhibent enim in hoc *Chronico* legi, *Brunonem* filium *Luidolfi Brunſwikum* ad *Oldenwick*, et in memoriam foceri arcem in *Tanewarderode* fundaffe. Et quid inde inconuenientiæ fequeretur, fi et ftatuereamus, *Brunonem* duem filium *Luidolfi* ducis condidiffe *Brunſuicum*? Nihilo fecius corruerent ſomnia recentiorum *Historicorum*, qui crediderunt, iam tempore cæfarum *Otonum Brunſuicum* fuiffe urbem. In litteris enim dedicationis templi *S. Magni* per *Branthagonem Halberftadenſem* epifcopum, quas fupra §. 15. adduximus, *Brunſwik* NB.

2) Bruno.

anno



anno 1031 tantum *villa* appellatur, nisi forte villam Oldewik designatam existimes. Nam in Brunsvicum trans Obacram nil valuit sacra ditio Episcopi Halberstadensis. Porro *Ecbertus unoculus* bona hereditaria habuerat in pago Nithega: Atque in eodem pago *Bruno* noster donavit pro *Rethario* episcopo vnam familiam, et quidquid habuit in villa Hambanhus, testante §. 430, quæ est vicus Hampensen in episcopatu Paderbornensi haud procul ab oppido Brakel et vicis Narzungen, Erklen, Bennenhusen et Bökendorp, in quibus pater, auus, et progenitores *Brunonis* nostri bona hereditaria possedere. Quis ergo dubitabit, *Brunonem* illum ad familiam Ludolfinam spectasse? At ne vlla dubitatio restet, §. cit. sermonem esse de Brunsvicensi *Brunone*, id probe confiderandum est, *Heinricum Leonem*, comitem Brunsvicensem heredem, eadem in villa Hambanhus bona quædam tenuisse, quæ probabilissime altera pars bonorum erat, quæ fratri nostri *Brunonis Ludolfo* restabat, quæque, extincta posteritate *Luidolfi*, ad *Brunonis* nostri filium *Luidolfum* erat devoluta, a quo tandem ea in manus *Heinrici Leonis* peruenit. De hoc momento copiose egimus in *Historia Corbeienſi*, et infra.

Potest autem episcopus *Retharius*, pro quo eadem bona in villa Hambanhus *Bruno* dedit, nullus esse alius, nisi *Retharius*, episcopus Paderbornensis, qui anno 983 Volcmaro successit, atque anno 1009 e vita excessit, ut *Nicol. Sebatenus in Annal. Paderbornens.* pluribus comprobavit p. 327. et p. 381. seq. Quenam huius episcopi familia fuerat, nemo antiquorum scriptorum tradidit. Familiæ autem Ludolfinæ, per feminas cognatione coniunctum fuisse eum, conclusimus ex eo, quod Bruno pro eius salute animæ quædam donavit. Cum itaque *Brunonis* vxor prima fuerit *Gisla de Werla*, quam e stirpe Widikindea, sororem *Redulfi* et filiam *Tangmari* fuisse censemus, *Retharius* episcopi eiusdem *Gisla* frater esse potuit, si nomen *Retharii* idem est quod *Rotharii* seu *Rothardi*, quorum nomina in eadem stirpe inuenimus. Quomocunque autem res sese habeat, sequitur tamen ex ipsa traditione, *Brunonem* Brunsvicensem anno 1006 non fuisse mortuum, vi recentiores quidam putant. Proferemus enim in *Corbeienſi Historia* diploma, ex quo apparet, eum adhuc fuisse anno 1008 in viuis. Diu autem ille post annum 1009 in viuis esse non potuit, quia alter *Gisla* maritus *Ernestus* iam anno 1015 vitam cum morte commutavit, qui ex *Gisla* duos reliquit filios. Veritati ergo consentaneum est, *Brunonem* comitem anno 1010 rebus valedixisse humanis. Præpotentem dominum fuisse *Brunonem* nostrum, comprobamus vel ex eo, quod defuncto cæsare *Otone III* is regnum sibi debere credidit, id quod *Auctor Vitæ Meinweri* p. 521. affirmat his verbis: *Quidam etiam princeps, Bruno nomine, regni fastigium obtinere voluit, sed, effectu cavens, multis votis eius non fauentibus, et præcipue beata memoria Berenwardo Hildnerheimenſi ecclesie episcopo.* Quibus e verbis non incongrue collegerunt quidam eruditi, *Brunonem* adspirasse ad regnum, qua cognatum antecedentium cæsarum. Qua vero ratione *Bruno* noster cum familia *Otonum* imperatorum coniunctus fuerit, nemo adhuc monstrare potuit.

Probabile nobis videtur, *Brunonis* fratrem fuisse *Luidolfum* comitem, quem diploma *Heinrici II* anno 1013 comitem extitisse in pago Gudio affirmat, qui que anno 1023 mortuus est, restantibus *Annal. Hildesheim. Tom. I. Leibn. f. 725.* Huius filii fuisse videntur *Echertus* comes, qui anno 1034 V. kal. aprilis obiit, ac *Bruno* comes, qui anno 1035. XIV. Kal. iun. decessit, ut auctor *Annal. Hildesh. l. c. p. 727* memoriæ prodidit. Frustra hæc omnia forent dicta, nisi demonstrarem, omnes de origine Comitis Brunsvicensis *Brunonis* hæcenus prolatas sententias minus esse solidas, cum vnum non possit esse simul verum et falsum. Agedum expediamus breuibus hoc momentum.

Stare non posse sententiam cuiusdam viri egregie docti clarissimique, per quam comites Brunsvicenses ab *Ekkihardo filio Luidolfo* deriuantur, quamque exhibet celeb. *Harenbergius in Histor. Gandersib.* p. 1381. seq. ex supra adductis luculente apparet. Quibus addimus pronuntiatum id moniti, ex *Chronico Rkyznico Tom. III. Leibn. f. 25.* euinci non posse id, quod eruditissimus vir arbitratus est, *Brunonem* scilicet Brunsvicensem, defuncto *Otone II*, competitorum regni atque abnepotem fuisse *Brunonis ducis*, qui filius fuit ducis Saxonie *Luidolfi*. Verba enim: *He was Hertoghen Bruno van dem verden kne*, interpretanda sunt de *Otone II*, de quo in verbis, quæ præmissa sunt proxime, sermo erat. *Brunsvicensem Brunonem* omnino auctor *Chronici* illius tradit descendisse cum *Otone III*. a comuni



Ab anno  
826 vsque  
853 im-  
perante  
Hludo-  
uico et

muni stirpe per gradum quintum. Id nostram sententiam egregie mirificeque confirmat. Finge autem, e *Chronico Gandersheimensi MSpto* demonstrari posse, *Brunonem* ducem conditorem fuisse vrbis Brunsvicensis, vi ex commemoratione cuiusdam fautoris nostri carissimi didicimus. Finge, ex eodem *Chronico* apparere, eidem duci fuisse coniugem, filiam *Tancmari*, qui nobis esse *Tancmarus* frater *Bardonis I*, e stirpe *Widikinca* natus videtur, cuius in gratiam idem *Bruno* arcem suam *Tancwarderodam* appellavit. Euinci tamen adhuc non potuit, *Brunonem* ducem vllam procreasse sobolem. Et si hoc etiam planum facere quis posset, *Ekkehardus* tamen, pater *Ecberti monoculi*, is esse non poterit. Veritate nos nihil carius nihilque antiquius habemus, quam si in viri egregii, quem semper magni fecimus, sententia inuenire potuissemus, ambabus manibus eam amplexari essemus.

Altera sententia de origine Brunsvicensis *Brunonis* est *Bothonis*. Hanc multi viri illustres doctissimique adamarunt, scriptisque suis probabiliorem reddere studuerunt. Liceat eam sub examen vocare. Exhibebimus argumenta haud vna. Si *Bruno* ab *Heinrico* duce *Bauariae* descenderit, cur *Brunonis* posterio ducatum *Bauariae* adepti non sunt? Perhibent, *Brunonem*, quem *Botho* patrem vocat *Brunonis* Brunsvicensis, fuisse filium ex concubina *Heinrici*, ducis *Bauariae*. At hoc refugium nihil prodesse poterit hisce eruditis: quia nos in *Clientela Corbeiensis* sumus documenta producturi, e quibus elucebit, filios concubinales tam in bona hereditaria quam feudalia, quibus nomen fuit beneficiorum, successisse. Nobis facile erit ostensa, fabulas esse, quicquid *Botho* de origine *Bauarica* Brunsvicensis *Brunonis* produxit. Audiamus ergo prius ipsum *Bothonem T. III. Leibnit. f. 315.* ita differentem: *Dusse Bruno (Margreve to Sassen) dat was Hertogen Hinrikes Sone to Beyerem, Keyser Otten broder der groten. so was do dat eyn wise, de eldste broder dat bleyff ein Hertoghe, de iungste eyn Greve. Vnde dusse Greve Brun de gaff sich by sinen wedderen Keyser Otten, do stelde he sich so manliken in stryde, so dat se ome gheven wat lander in Sassen by Brunswick, alse Welverode (Melverode) de Hogbenwort, he leggelde so lange went dat se verstorven de Keyser, dat schach by dusses Marggreven Brunen sonen tyden, alse greve Ludoleff, de nam Danckwerderode unde Brunswick in, unde schreven sich Marggreven to Sassen unde Heren to Brunswick. So wvnde dusse Margreve Bruno uppe dusse vorbenomede stidde, dat wveren de borchgeste unde steyne veste, he nam eyner eddelen Greven dochter van Kravacien de het Hilderwida, de telde ome eynen sonen de heyt Bruno, de na ome sulvest gebeten wart, unde besat vordan de Greveschopp to Sassen. De Luidolfo autem filio *Brunonis* et nepote *Brunonis* ita pronunciat *Botho l. c. p. 323.* *Marggreve Ludoleff, Marggreve Brunen sone to Sassen unde eyn Here to Brunswick, de nam Hilda des Greven dochter to Flandern, de telde ome twey sone, de eyne de het Bruno, de wart noch dot geslaghen, so byr na seyt. De ander het Ludoleff, de nam Danckwerderode unde Brunswick ersten in. na der Keyser dode, do de alle vorstorven wveren, unde hadden dat Rick under sich gebat lengh wan hundert Jare. So wart dusse Marggreve Ludoleff ein Here over Brunswick, wente he de negeste war van dem slechte Wedekinde van swert halven, wal dat se nu de Namen hadden verloren, unde beten Marggreven to Sassen unde nicht Hertogen to Sassen, dat kam dar aff her, dat Hertoghe Hermen eyn Hertoghe wart van Keyser Otten wegen. de bleven by de namen, wente dat ore schlechte vorstarff.**

Hic autem ponimus primum, *Bothonem* in his secutum esse neque coetaneam, neque antiquissimam ad sese propagatam commemorationem. Nominat enim ille suos *Brunones* et *Ludolfum* suum perperam *marcbiones* *Saxoniae*. In diplomatibus *Luidolfus* eiusque frater tantum appellantur *comites*. Et quem illi *marcum*, quem *limitem*, si *comites* illi fuere *Brunsvici*, tueri debuissent, non videmus, cum *pagi Derlingi* et *Falhon* in media fuerint *Saxonia*. *Ecbertus I* demum creatus est *marchio* non per *Saxoniā*, sed per *Thuringiam*. Eam vero ob causam appellatio *marcbionis* ad eius proavum eodem iure et modo pertinet, quo ad avum serenissimi potentissimique *Poloniarum* regis *Augusti* pertinet titulus regis *Poloniae*, qui non rex *Poloniarum*, sed *elector* et *dux Saxoniae* fuit. Dubitamus, fore quinquam, qui perhibere volet, *Luidolfum* posse appellari *marcbionem*, quia *marcus* *Denchii* in pago *Derlingi* non procul ab vrbe *Brunsvico* existerit. *Marcus* enim ille, qui in diplomate *fundationis ecclesiae Gandersheimensis* memoratur, sine dubio vlllo fictus est. *Marcus* quidem erant olim *limites* vnus villae. *Marcae* autem erant *regiones* extimae regni, in primis *Saxoniae nostrae*. Et quanquam vnusquisque *pagus* suos habuerit *limi-*

tes,



tes, comites tamen, qui tali marca præerant, non appellantur marchiones. Tacent ad hæc genuina diplomata de illo Denéthi marcu. Hoc errore expulso, progredimur. In eo deinde bonus dormitar Botho, quod asserit, temporibus Ottonum eam inoleuisse rationem, qua filius natu maior perstiterit dux, minor vero filius fuerit comes. Certe itidem Botho ex scriptoribus coætaneis hoc non didicit. Multos enim habemus fratres ducum et comitum, qui comites non fuerunt, ut hæ traditiones passim demonstrant. Dignitas enim comitis eo tempore nondum erat prorsus hereditaria. Tum poscimus testes idoneos, perhibentes, *Brunonem*, quem filium Heinrici Botho appellat, ita fortiter se in bello gessisse tempore Ottonis primi, ut promeruerit Meluerodam et Hoghenwort, sita prope Brunsvicum loca. Igitur *Bruno* aliquid promereri, vel peperisse non potuit. Id patet ex rationibus supra adductis, *Brunonem* patrem *Ecberti monoculi* iam ante annum 944 exspirasse, et *Ecbertum monoculum* possedisse castrum Alabure, quod a Meluerode villa vix iter duarum horarum abfuit, ac præterea tenuisse castrum Hebesheim in pago Derlingi situm, quibus hostili impetu destructis *Ecbertus* in Meluerode vico ædificium extruere potuit. Id autem factum non esse videtur, quia Meluerode ad monasterium Stederborch spectauit, ut supra §. 35. vidimus. *Luidolfum Ecberti monoculi* nepotem villam Brunsvik, a *Brunone* conditam, et, mortuo cæsare Heinrico II, porro occupasse arcem Tanewarderodam, dare et concedere possumus. Quidquid autem Botho de *Brunonis*, ex Heinrico filii, vxore *Hildefwida* blaterat, nugæ sunt. Ridiculum dictu est, comitatum *Brunonis* a Bothone appellari excellentiori sensu *comitatum Saxonie*. Mirari ergo fumus, cur tot acutissimi viri his, quæ nãuis scatent, verbis Bothonis genealogiam illustrissimorum comitum ac dominorum Brunsvici superstruere voluerint, cum nondum sit demonstratum, Meluerodam villam ad Brunonianam gentem spectasse. Documenta Stederburgensia potius monent, eandem villam pertinuisse ad Olesburgicam familiam, quam infra §. 104. not. (w) ad stirpem Billinganam retulimus.

Sed aliam quoque *Dni D. C. Barth. Behrensi* opinionem in dem *Hochgemüßigten Schreiben an einen vornehmen Freund betreffend die von Jo. G. von Eccard edita Historiam genealogicam* p. 19. seqq. prolatam illustrare debemus. Putat ille, *Brunonem*, virum Gislæ et patrem *Luidolfi*, fuisse filium *Brunonis*, cuius fratres constituit *Otonem* ducem Sueviæ et *Luidolfum* episcopum Osnabrugensem, nec non *Mathildam* abbatissam. Horum vero patrem fuisse affirmat *Luidolfum* ducem Sueviæ, filium *Otonis* M. Pro hac noua sententia confirmanda laudat testimonium *Tangmari T. I. Leibnitii* p. 457. qui referat, *Brunonem* imperasse vbi *Brunsvico*, quæ patrimonium fuerit *Otonum Augustorum*. Hinc etiam hunc spe ductum esse de obtinenda corona imperii, sibi persuadet. Quemadmodum autem hoc modo *Bruno* maritus Gislæ ius maius adeundi regnum, quam *Henricus* II habuisset, ita *Tanemarus* nequiquam affirmat, *Brunonem* iam anno 1002. fuisse dominum *Brunsvici*, sed nominat eum modo principem. Fuisse autem *Brunonem* principem in vrbe *Brunsvice*, id de suo addit doctissimus *Behrensius*. Quam infirmo ergo hæc tota *Behrensi* sententia nitatur fundamento, nemo non videt. Id ipsum ex sequentibus patebit rationibus. Supra demonstrauius, *Heinricum aucupem* matrimonium contraxisse cum *Mabtilda* anno 908, atque patrem eius *Otonem illustrem* obiisse anno 912. Iam autem *Roswita* in carmine de fundat. *Gundersh. T. II. Leibn. f. 329* seq. cecinit ita:

- - - Ante dies octo totidem quoque noctes  
quam ducis (Otonis) occasus miserabilis accidit huius,  
ipsum nato regi quandoque futuro  
nascitur Henrico famosus filius Oddo  
qui fuit electus regis pietate perennis  
Primus Saxonum rex post patrem strenuorum  
Augustus Romanorum pariterque potentum.

Natus ergo est *Otto* I imperator anno 912. Porro autem *Editha*, huius *Otonis* vxor, et mater *Luidolfi ducis Sueviæ*, mariti thalamum conscendit anno 930, restante *Chronographo* Saxone. Nihilominus *Behrensius* affirmat l. c. p. 20. huius *Luidolfi* ducis filium *Luidolfum* episcopum Osnabrugensem et fratrem *Brunonis*,



Ab anno  
826 usque  
853 im-  
perante  
Hludo-  
uico et

nonis, quem comitem Brunsvici appellat, iam anno 938 esse mortuum, quo anno eius pater *Luidolfus* dux vix puer sexennis esse potuit. Ante enim annum 931. *Luidolfus* dux ex Editha nasci non potuit. Vnde eundem consequitur, *Luidolfum* ducem, cum anno 957 in Italia moreretur, annum aetatis egisse XXV. Quamvis autem negari non possit, *Ottonem M.* irurum in Galliam, *Luidolfum* filium suum, tunc annorum XVI. designasse regem, testante *Monacho Hammerleib. T. I. Leibn. f. 708.* atque eundem *Luidolfum* uxorem duxisse *Idam* filiam ducis Hermanni anno 947 *Chron. Quedlinb. T. II. Leib. f. 279,* quam anno 986. obiisse refert *Chronicon* idem f. 281; ex nullo tamen scriptore coetaneo demonstrari poterit, reliquisse *Luidolfum* plures liberos, quam *Matildam* atque *Ottonem ducem.* Illam natam esse *Luidolfo* an. 949, annotavit *Chron. Quedlinb. f. 279,* hunc vero nominat *Ditmarus T. I. Leib. f. 346. ducem et Luidolfi filium.* Obiisse vero hunc *Ottonem* ducem Bajoariorum anno 982, retulere *Annales Hildesb. T. I. Leibn. f. 719.* testantes, ex ipso narum fuisse *Brunonem,* postea dictum Gregorium Papam. Idem confirmat Auctor *Vite Meinverci T. I. Leibn. f. 520,* cuius verba f. 519. etiam memoratu digna sunt, quae ita habent: *Otto II. septimo idus Decembris dominica incarnationis nonagesimo octogesimo tertio, regni sui decimo, indictione duodecima obiit, et filium suum eiusdem nominis successorem dereliquit. Heinrico duce Bajoaria, qui priore anno mortuo PATRE SVO OTTONE DVCE, ducatum obtinuerat, regnum inuadente, sed victo, desistente.* Etsi autem fieri potuisset, ut *Luidolfus dux,* qui decem annos in matrimonio vixit, plures, quam duos liberos, procreasset; considerandum tamen est, iam anno 953 atrocissimam disensionem *Luidolfum* inter atque *Heinricum* fratrem *Otonis Magni,* patre rege partes fratris sui adiuvante, esse ortam, quae *Luidolfum* nostrum continuis bellis implicuit, sepiusque in fugam, et tandem in Italiam, compulsit. Probabile ergo nobis non videtur, plures *Ludolfum* habuisse liberos praeter *Ottonem* et *Matildam* siquidem comprobari non poterit, *Brunonem* exstitisse in rerum natura, et dominum fuisse ciuitatis Brunsvicensis, quae tempore Caesarum *Ottonum* tantum villa erat. Et cur non *Brunonis* posteris, si is fuit *Luidolfi* Sueviae ducis filius, ducatum Sueviae adepti sunt? atque cur non veteres saltem postulata eorum interposita ad nostram voluerunt memoriam peruenire? Agamus ergo tandem de *Brunonis Brunsvicensis* vxoribus et liberis, quem aduocatum Corbeiensem fuisse, alias ostendemus. Duas fuisse vxores *Brunoni,* cum Eccardo omnino statuimus. Vna erat *Gisla, Redulfi comitis in Werla* soror et filia *Thancmari,* ex stirpe Widikindea nati, de qua iam supra egimus §. 104. not. (††). Hac autem (vbi nobis probabile videtur, sine liberis) defuncta, Bruno duxit alteram, aequae *Gislae* appellatam, sororem quippe *Herimanni* ducis per Alemanniam, ex qua *Brunoni* nostro nati sunt *Luidolfus comes,* et *Hiddi comes,* aduocatus Corbeiensis. Hoc ita esse, comprobamus partim ex scriptoribus coetaneis, partim ex diplomatibus. Et vt hoc rectius procedat, obseruandum est, *Gislae Suevicam* nupsisse iterum, *Brunone* ante annum 1015 mortuo, *Ernesto duci Alamanniae,* cui ipsa peperit *Ernestum* atque *Hermannum,* Alamanniae duces. Ernesto patre ad annum 1015. defuncto, duxit eandem *Gislae* imperator *Conradus II,* qui genuit ex ea *Heinricum III* caesarem, patrem *Heinrici IV* imperatoris. Fuisse autem *Gislae* Suevicam vxorem *Brunonis* et *Conradi,* patet ex diplomatibus, anno 1051 et 1057 datis. In illo enim *Heinricus III.* nominat *Luitolfum Brunonis filium,* quorum, patris et filii, comitatus fuit in pagis Norduringen, Darlingen, Valent et Salthga, fratrem (vterinum); in hoc vero vocat *Heinricus IV* eundem *Luitolfum patruum suum.* In *Annalibus Hildesheim.* vero Tom. I. Leibnit. f. 729. ita memoriae proditur ad annum 1038: *Luidolfus comes priuignus imperatoris (Conradi) IX. Kal. maii immatura morte obiit; et eius frater Herimannus Alemanniae dux XVI. Kal. iulii.* Ex quibus verbis fit palam, *Herimannum* et *Luidolfum* fratres (vterinos) fuisse. Habuisse autem *Ernestum Gislae* in matrimonio, testis est *Hermannus Contractus,* scriptor coetaneus, his verbis ad an. 1012: *Herimannus quoque in Alamannia defunctus Ernestum sororis suae Gisela maritum successorem accepit.* Item ad an. 1015: *Ernstus, dux Alamanniae, in venatu ad Adalberone comite, feram appetente, sagitta vulneratus interiit, et ducatum eius filius aequiuocus, viduam vero Giselae Conradus filius Henrici, filii Otonis ducis, futurus postea imperator, accepit.* Fuisse autem postea aduocatum Corbeiensem *Hiddi* fratrem comitis *Luidolfi,* comprobamus ex autographo diplomate ex archiuo Corbeienfi imperatoris *Chuonradi* de anno mill. XXVIII, in quo appella-



tur *monasterii Corbeiensis aduocatus Hiddi priuignus imperatoris*. Quod notatu eo dignius est, quia de hoc *Hiddi* nemo hactenus aliquid sciuit, quem itaque primi familiae Brunuici restituumus, arbitrati, eum eundem *Hiddonem* comitem esse, in cuius atque aliorum praesentia Meinwercus, episcopus Paderbornensis, Heinrici imperatoris praecipuum, ad curtem Hammonstide in pago Rittega referendum, legi iussit, testante eius *Vita Tom. I. Leibn. f. 550*.

Liberis gauisum fuisse hunc *Hiddonem* comitem, affirmare non audemus. Verisimile autem id nobis eam ob causam non videtur, quia eius nepos ex fratre *Bruno* iam ipse anno 1043. aduocatus Corbeiensis appellatur. Hunc vero *Brunonem* fuisse filium *Luidolfi* et fratrem *Eberti*, ex Annalista Saxone patet, ita ad an. 1038. p. 469 tradente: *Luidolfus comes Saxonie, filius Brunonis de Brunswic et Gisla imperatricis, obiit immatura morte. Genuit ex Gertrude comitissa Brunonem et Ebertum*. De quibus et eorum posteris plura addere non placet, ut pote quae iam satis nota sunt.

Redeamus ergo ad *secundum Brunonis Angariorum ducis filium* nomine *Haddonem*, quem iam supra §. 104. not. (c) fatorem marchionum orientalium fuisse, statuimus, et de cuius filiis et nepotibus ea protulimus, ut nemo dubitare possit, eum atque illos ad stemma Brunonianum esse referendos. Et cum *Brunonis* ducis vxor fuerit *Wichtrud*, soror ducis Ostfalorum *Hessi*, huius vero pater *Hiddi*, testante autographo diplomate Caroli M. quilibet inde perspicere poterit, *Haddonem* nostrum ab auo materno ita esse appellatum. Posteris vero huius *Haddonis* vide loco laudato.

*Irminwardum*, atque *Adalwardum tertium et quartum*, Angariorum ducis *Brunonis* filios appellauimus. Etsi enim illi in his traditionibus ita non vocantur; ita tamen statuendum esse omnino censemus. *Irminwardum* atque *Adalwardum* inuenimus, §. 37 bona quaedam dantes, ad villam Storinghus sita. Eadem villa erat sita intra pagum Auga. Ipsa quamuis hodie desolata sit, scimus tamen, ubi quondam illa steterit, nempe in dioecesi Corbeiensi inter Bramberg et siluam, dictam *das Heilige Geist Holtz*. Iam autem nullo modo probabile est, potuisse alios dominos, atque posteros potentissimi possessoris castri Brunonisburgi, in eodem loco aliquid possidere, quippe qui ab illo castro vix iter dimidia horae abest. Nobis obicere potest, qui uolet, potuisse *Brunonem* in eodem loco quibusdam ministerialibus suis aliquid largiri, quod illi porro abbatiæ nostræ traderint. Potest addi et hoc, nos ergo ministeriales pro filiis Ducis *Brunonis* reputare. Respondemus tamen primo, talem donationem eiuendandam esse. Nunquam autem ea existit, nam *Adalwardus* et *Irminwardus* inter adelingos referendi sunt. Cognoscimus porro ex §. 52, vbi nam *Adalwardus* in villis Stalo atque Alberteshus eodem in pago Auga quaedam donauerint. Immo ne vllum dubium remaneat, inuenimus praeterea *Irminwardum* atque *Adalwardum* inter coheredes ducis Ostfalorum *Hessi* §. 108 et §. 121, ex quo firmiter satis argumentamur, illos familiae cuidam illustrissimae inferendos esse; quæ familia sine vlllo dubio fuit *Brunonis*, uti bona, quæ ipsi dedere, indicant. Cum vero *Irminwardus*, qui §. 160. sita in Holtesminne quaedam tradidit, §. 121. excipit *Beuonem* comitem et *Luidolfum* ducem, nepotes *Brunonis*: atque *Adalwardus* quidam in §§. 161. 164. et 165. inuenitur, et ipsi sine vlllo dubio ad familiam *Brunonis* referendi sunt, hos maluimus secernere ab *Adalwardo* et *Irminwardo* §. 37, 52, satius rati, illos pro nepotibus *Brunonis* haberi. Eruditis huic sententiæ calculos suos addituros esse, speramus.

*Quinus ducis Brunonis filius* fuit *Thiodger comes*, qui probabilissime comitarum suum ab anno 822. vsque ad 830. in pago Auga habuit, et in eodem quoque amplissima possedit praedia. Prima vice eius meminere traditiones, cum §. 22. *Euerhardus* eiusque fratres *Thiadricus* et *Eggricus*, eius probabilissime nepotes ex fratre, firmitatem facerent, promittentes, e monasterii nostri habitatoribus nullam porro exhibere molestiam; quibus *Thiodger comes* tanquam vicinus comes et consanguineus assensisse videtur. Inter testes quoque reperitur, *Thiodger comes*, cum §. 54. 55 et 56. in pagis contiguis *Suilbergi*, *Nithega* et *Patherga* quaedam traderentur monasterio nostro; ipse vero cum *Luidolfo*, qui dux *Liudolfus* erat, in villa *Cogardo* in pago *Wikanauelde*, quæ villa nunc dicta *Kayer* in praefectura *Thiod-Wickensens* est, quidquid proprium habuerat, donauit, testante §. 70. Quæ autem eius praedia fuerint, diuinare licet contemplaturis id, quod eius filii monasterio nostro tradiderunt. Pater nempe is appellatur §. 177. *Hrodgeri comitis*, qui in villis *Mayngoteshusun* et *Boffesburiun*, quidquid habebat, largitus fuit.

Y

Kx mes.

gubernante Corbeiam Warino.

b) Haddo filius D. Anigarrorum Brunonis.

c) d) Irminwardus et Adalwardus.

2) Thiodger comes.

Thiodgeri comitis liber.

1) Hrodgerus fuit comes.



Ab anno  
826 vsque  
843 im-  
perante  
Hludo-  
uico et

Ex hoc ipso patet, *Theodgerum comitem* filium fuisse potentissimi possessoris, qui castrum Brunonisburgum tenuit. Eadem nempe villa erant in pago Auga. *Meingotesbusen* hodie vocatur *Meingosen*, adiacens radicibus montis et castri Brunonisburgi. *Boffesburium* vero hodie appellatur *Boffeborn*. In antiquis membranis et adhuc anno 1573, scribitur locus Boffzeborn, iacetque septentrionem versus ad eundem montem, in quo illud Brunonis castrum olim stetit, a quo villa ista vix mille passuum abest. Quis igitur sibi fingere poterit, potuisse dominum ex aliena stirpe possidere praedium in eodem monte, in quo famosissimum illud castrum conspiciebatur, praeter dominum eiusdem castri, et praeter cognatos ab eo enatos? Et quis negare audebit, *Theodgerum comitem* fuisse Brunonis filium, et *Hrodgerum comitem* extitisse nepotem *Brunonis*? Accedit hoc, *Hrodgerum comitem* inter coheredes ducis Ostfalorum Hessi reperiri §. 104, quae circumstantia nos de ortu *Hrodgeri* a duce Brunone deducendi ita certos reddit, ut de eo vix villa dubitatio superesse possit. *Theodgerum comitem* iam anno 834 fuisse mortuum, eodem intelligitur ex momento.

2) Sini.

Quinam huius *Hrodgeri comitis fratres* fuerint, pro certo adfirmare non possumus. Quantum vero ex bonis et ceteris circumstantibus momentis colligimus, eius putamus fuisse fratres *Sinium*, *Irminwardum*, *Adalbodum*, *Swiridac* atque *Adalwardum*. *Sine* inter coheredes ducis Hessi reperitur §. 111. et idem in villa Sulbeke in pago Auga mansum donat §. 154. Ex hereditate, quam adiit, licet perspicere, eiusdem diuissimi adelingi filium fuisse; ex donis autem patet, ad quam familiam is sit referendus. Sulbeke villa quidem hodie desolata est, olim vero stetit ea inter Holtzminden oppidum et vicum Luchteringen in abbacia Corbeiensi in loco dicto *de Brock to Sulbeke*. Cum vero alii ex posteris Brunonis eadem in regione quaedam donauerint, utique illis adnumerandum esse *Sinium* censemus, qui, testantibus §. 160 et 166, etiam ut consanguineus testis erat, cum *Irminward* in Holtesmyne, et *Hildibertus* in Helen ad Wiseram quaedam traderent. An huius *Sinii* filius fuerit *Sini*, qui, testante §. 280, pro vxore sua *Ewuse* in pago Wethga in villa Hersiti, quae villa Herste in episcopatu Paderbornensi est, quaedam donauit, pro certo quidem affirmare nequimus; nomen tamen et villa nobis persuadent, eum quoque genti Brunoniana annumerandum esse. Hoc certius est de *Irminwardo*, quem fratrem *Hrodgeri comitis* appellauimus. Ille enim inter coheredes ducis Ostfalorum Hessi §. 121. reperitur. Vnde colligere datur, eum magni domini filium fuisse. Quenam autem eius familia fuerit, villa Holtesmyne in pago Auga, quae oppidum Holtzminden est ad Wiseram in ducatu Brunswicensi, indicat, in qua §. 160, quidquid habuit, largitus est.

3) Irminward.

Eadem dicenda sunt de *Adalbodo*, quem tertium fratrem *Hrodgeri comitis* vocamus. Inter heredes erat ille ducis Hessi, testante §. 121. In villa Boffeshus pro anima sui fratris *Swiridaci* donat mansum §. 124. et in Uffenhus tradidit, quidquid habuit §. 197. Prius docet, illum fuisse adelingum; posterius vero, ex gente Brunonis fuisse. Uffenhus enim villa est Offensen in praefectura Usar. *Boffesbus* vero villa in pago Auga adpellatur hodie Bofzen, nec ultra iter dimidiae horae a Brunonisburgo abest. Cumque in eadem villa et in Alberteshufen, quae etiam in pago Auga erat, et hodie Albaxen nominatur, *Almer*, *Pumi*, *Magenbard*, et sorores *Adallog*, *Fastred* atque *Hildiburg* duos mansos tradiderint, uti apparet ex §. 225, illi huius *Adalbodonis* liberi esse potuerunt. Inter testes autem reperiebatur hos, teste §. 225. et §. 197, *Adalwardus*, quem fratrem *Adalbodi* et *Hrodgeri comitis* fuisse, arbitramur. Probamus autem et deducimus hanc nostram sententiam primo ex adita hereditate ducis Hessi, ex qua *Adalwardus* §. 108. duas partes tradit in *Amplithi* villa in pago Gudinge et in *Bennesthorpe* atque in *Uffenleua* in pago Norththuringi. *Amplithi* villa est *Empelde* in praefectura Calenberg in electoratu Brunswicensi. *Bennesthorpe* est *Bentorp* in principatu Halberstadeni: et *Uffenleua* est *Offleben* in ducatu Brunswicensi. Sed haec ex hereditate Adalrici prouenerant. Unde comprobare id licet, per feminas descendisse *Adalwardum* ab *Hiddone* patre ducis Hessi. Genus paternum eiusdem cognoscere licet ex §. 164. et 165. Priori ex loco perspicimus, *Adalwardi* matrem fuisse *Syburg*. Deinde etiam inde dilucet, eum habuisse fratres. Quare id nemo explodet, quod haecenus de eius fratribus protulimus, licet nullus fratrum eius inter testes reperiatur. Nam villae ipsae comprobant, *Adalwardum* ad stemma Brunonis pertinuisse. *Luchtringi* enim

5) Adalwardus.

et



et *Wittem* villa in pago Auga sitae erant. Illa hodie appellatur Luchteringen, gubernante Corbeiam *Waringo*, iacetque ad *Wiseram* in diocesi Corbeienſi vix iter vnus horae a Brunonisburgo; *Wittem* vero desolata est, et abfuit vix iter dimidia horae ab eodem caſtro. *Falbus* autem et *Helcanhus* erant in pago contiguo *Nethga* poſitae, in quo Brunonis poſteri alia non minus praedia poſſedere. An *Adalwardus*, qui inter teſtes reperitur §§. 225, 226, 230, et 257, vnus idemque ſit atque noſter *Adalwardus*, pro certo quidem adfirmare non poſſumus. Nec contendere liber, eum liberis fuiſſe gauſum. Cum tamen *Richardus* quidam filium habuerit, nomine *Adalwardum*, ab auo probabiliter ita appellatum, iſte *Richardus* filius *Adalwardi* noſtri fuiſſe videtur. Donauit enim iſte §. 341 in villa *Hirifti* intra pagum *Nithega* XXXVI iugera cum familia vna. Quae villa eſt *Herſte* intra epiſcopatus *Paderbornenſis* inter *Driborg* et *Niem* oppida terras.

Sextum iam aggredimur definire filium *Brunonis*, nomine *Meinulfum*, cuius filii fuere *Arnulf*, *Beur* et *Wichmann*. de quibus ea iam ſupra §. 48. notatum eſt. Arnulfus filius *Brunonis*, cuius filii *Arnulf*, *Beur* et *Wichmann* in *Angario* iuuenili aetate fuiſſe mortuos, quia eos inter heredes ducis *Oſtſalorum* *Heſſi*, et in his traditionibus alio loco amplius non reperimus. Quia autem *Arnulf* filium fuiſſe *Eilbertum*, ſupra aſſeruimus, confirmanda haec erit ſententia noſtra ex §. 111, vbi condocemur, hereditatem *Adalrici* etiam ad *Eilbertum* iure delatam fuiſſe. Ex quo probabiliter conſequitur, *Eilbertum* inter *Meinulfi* nepotes vnicum ea aetate fuiſſe, vt de parte hereditatis iſtius *Eſiconis* tradenda cum reliquis mente et voce potuerit conſentire. Filium eum habuiſſe *Hadoldum*, comprobatum §. 141, vbi in villa *Grimleſbuſen* in pago *Heſſi*, id eſt, in *Grimmeſen* ad *Dimolam* quaedam traduntur. Hac in regione poſteri *Brunonis*, vt iam ſupra ſaepe vidimus, plura bona habuerunt. Putamus ergo, *Eilberti* filium fuiſſe *Brunwardum*, qui in villa *Desburg* in eodem pago *Heſſi* liberum manſum donauit, teſtante 215, vbi noſter *Haoldus* quoque teſtis fuit, qui §. 268 pro matre ſua *Adan* in *Vorſte* vnam familiam donauit, et pro ſe in *Adalmandinga* *Werthien* intra pagum *Heſſi* tres familias dedit, teſtante §. 296. Cum porro *Hofedus* quidam pro filio ſuo *Hatholdo* in *Manderiſveſſian* intra eundem pagum *Heſſi* (§. 272) vnam tradiderit familiam, *Hofedum* iſtum *Hadoldi* fratrem fuiſſe, probabiliffimum erit. *Hatholdus* pater fuiſſe videtur *Hadaldi* ſeu *Haaldi*, regi conſanguinitate coniuncti, ſeu cubicularii *Otonis Magni*, cuius mentionem fecit *Widekindus* noſter *Annal.* MSpt. Lib. II et edit. *Meibom.* f. 646; nec non *Frederici*, *Brunonis* et *Wicpurabei*, quorum diploma regis *Otonis* meminit ad annum 952. Huius *Hadaldi* ſeu *Haaldi* probabiliter filius fuit comes *Haboldus*, cuius comitatum in locis *Hauergera*, *Limga*, *Tbiatmali*, *Agga*, *Patherga*, *Treuereſga*, *Langaneka*, *Erpeſfeld*, *Silbiki*, *Matfeld*, *Nitberg*, *Sinaſfeld*, *Balleuan* prope *Spriada*, *Gambiki*, *Geſſion* et *Serwardesbuſen*, mortuo hoc comite, acquiſiuit *Meinwericus* epiſcopus *Paderbornenſis* anno 1011. Id quod ſine dubio tantum de ſolo comitatu, qui iuriſdictionem denotabat, intelligendum eſt ita, vt quilibet ſua propria in iſtis locis retinere ſibi poſſet. In locis enim *Gambiki* et *Balleuan* abbatia noſtra poſſidebat bona ſua. Inter haec denuo prodit quidam *Haboldus* in pago *Iterga*, in quo erat praedium *Patberch*. Hic *Frederici* nepos videtur fuiſſe. *Frederici* filium putamus fuiſſe *Raginberium*, qui §. 433. pro domna ſua *Gberberge* in *Balleuan* XXX iugera donauit. *Brunonis* vero filium arbitramur fuiſſe *Dodiconem* comitem, qui in *Reun*, quidquid habebat, donauit, teſtante §. 431. De hac villa egimus in *Clientela Corbeienſi*. Hic autem *Dodico* comes nullus erit alius, niſi ille *Dodico*, qui in *Vita Meinwerici* Tom. I. *Leibn.* f. 531. nominatur comes in monte *Wartberch*, qui mons eſt ad *Dimolam* in epiſcopatu *Paderbornenſi*. In quam vero prouincia hic *Dodico* comes comitatum ſuum et praedia ſua habuerit, docent diplomata *Caſarea*. Primo enim *Heinricus* imperator anno MXX Indiſt. III anno regni XVIII atque imperii VII, XI Kal. Iunii, *Conſungae* donauit *Meinwerico* epiſcopo *Paderbornenſi* foreſtim in comitatu *Dodiconis* comitis, „quae initium ſumit inde a *Rothalmingahufun* rectoque tramite protenditur in *Wiseram* fluuium, ſicque aſcenſum ducit in fluuium *Fulda*, inde vero continuatim ſeruat ſui aſcenſus tenorem iuxta eundem fluuium vſque in riuum *Crumelbiki* et ad oppidum *Holthufun*, et graditur ſimul inter *Othilanbam* et *Reginhereshufun* atque ad *Rothiereshufun*, mox pergit *Kikillahufun* atque ad *Biuerbiki*, ſicque protenditur“



Ab anno  
826 usque  
853 im-  
perante  
Hludo-  
uico et

„tur in viam, quæ tendit ad Wulfredeskifkun, itemque in alteram viam, quæ  
„extenditur ad Gunesburin et ad Monneshufun, sicque girando circuit quandam  
„viam, quæ peruenit vsque ad prædictum oppidum Rothalmingahufun.“ Ver-  
ba hæc sunt Auctoris vitæ Meinwerici. Quodsi igitur ex hac descriptione fore-  
fili patet, imperatorem Heinricum dedisse Meinwerco partem quandam siluæ  
dictæ hodie Reinhardswald, quæ probabiliter *Heinrico* ex hereditate ducum *Ec-  
berti* et *Liudolfi*, a quibus imperator quoque descendebat, reliqua erat, cui parti  
idem *Heinricus* alteram partem eiusdem siluæ eodem anno XVIII. Kal. Ianua-  
rii in *Mulinbuson* addit; hæc vero silua in Landgraviatu Hassiæ reperitur, et  
quidem eadem in regione, in qua olim pagus Hessi erat, non absonum erit sta-  
tuere, *Dodiconem comitem* anno 1020. comitatum suum habuisse in pago Hessi  
Saxonico. Spectasse autem in eodem pago multa prædia ad nostrum *Dodico-*  
*nem*, ex donis confirmatur, quæ ipse *Dodico* ecclesiæ Paderbornensi largitus  
est. Duxerat ille pellicem litteris apprime imbutam, ex qua filium procreauerat.  
Hunc heredem constituere cupiebat, qui vero, ex consensu equi dorso  
repente deiectus, miserabiliter expirauit. Dedit ergo ecclesiæ Paderbornensi  
*Dodico* cum consensu matris suæ *Hildigunda* fratrisque sui *Sigobodoni* suæ  
proprietatis prædia in locis *Wartbergen*, *Reinleffun*, *Erungen*, *Radi*, *Radi*, in *supe-*  
*riori Wurmlahun*, *Rotben*, *Garametti*, *Rotwardeshufun*, *Ullandehufun* et *Silibem*,  
pro quibus prædiis episcopus Meinwerco eidem *Dodico* in precariam præstitit,  
quidquid in *Desburg*, *Afinedere*, *Westnedere*, *Dalpanbusun*, *Duerium*, *Ufja-*  
*hun*, *Rabike*, *Silibem* et *Wepplitz* ad Patherbrunnensis ecclesiæ proprietatem  
pertinebat, testante auctore *Vitæ Meinwerici Tom. I. Leihn. f. 524 et f. 530* seq.  
ac diplomate, quod exhibuit Princeps eruditissimus, episcopus, Ferdinandus in  
*Monumentis Paderborn. p. 144* seq. et *Nic. Schatenius in Annal. Paderborn. Tom. I.*  
*f. 441*. Hanc autem donationem *Dodiconis* imperator Heinricus II confirmauit  
anno 1021, vi eius indicat diploma l. c. p. 145 seq. et l. c. f. 441 seq. Ex quo  
diplomate patet, eadem hæc *Dodiconis* bona sita fuisse in Hessiâ, Nerga et Nih-  
terga seu Iterga. Apparet autem ex his, *Wartbergam* esse Warborg ad Dimo-  
lam; *Reinleffun* non esse Reinleffen intra præfecturam Forst in Principatu  
Wolferbuttelano, vt significasse videntur *Origines Pyrmontanæ p. 164*, sed Keel-  
se in episcopatu Paderbornensi inter Merlshufun, Pömsen, Erbsen, Alhufun,  
Driborg, Erpentrup et Langeland; *Erungen* est Eringen intra Hassiam in termi-  
nis comitatus Waldeccensis ad riuum dictum *die Erpe*. *Radi* et *Rodi* est Rho-  
den et Altrhoden in comitatu Waldeccensi in præfectura Rhoden; *Wurmlahun*  
est Wormel in episcopatu Paderbornensi haud procul Warburgo; *Rotben* est Ro-  
the seu Rauen haud procul ab oppido Borcholte inter fluuios Beuer et Neite  
(non Neite, neque in Neltiga, sed Nerga) visitur. *Garametti* est Germete ad  
Dimolam inter monasterium Hardehufen, Scherue, Welde, Volckmerfen et  
Wrexen. *Rotwardeshufun* est Rordehufen in dynastia Defenberg. *Ullandehufun*  
est vel Ilrenhufen, in quo Wilbodesense monasterium iura quædam habet, vel  
Eilenhufen in comitatu Waldeccensi ad fluuium Urbe, qui influit Dimolam, in  
præfectura Eilenhufen. *Silibem* est Seilen in præfectura Drengeborg intra  
Hassiæ terras. Quamuis autem hanc donationem *Dodiconis* eius frater *Sigobodo*  
confirmasset, ipseque *Sigobodo* cum sua coniuge *Waldimoda* ex consensu heredis  
suæ *Hildigunda* curtem Liudolfingaroth, a quodam Liudulfo ita appellatam, tradi-  
didisset, testante *Vitæ Meinwerici l. c. f. 531*; quidam tamen *propinquus eorum*,  
*Bernhardus* nomine, eandem traditionem infirmare, iudicio seculari sese offe-  
rens, tentauit. Multis ideo conciliis habitis, ad vltimum in conspectu Heinri-  
ci imperatoris, Aribonis Moguntini archiepiscopi, et episcoporum Wizelini  
Argentoratensis et Adalaldi Traiectensis Episcopi, Udonis et Herimanni comi-  
tum, aliorumque procerum, omni contentione seposita, omnigena reconciliatio-  
ne pacatus, a lite cessauit, et octoginta tres libras metalli ab episcopo Mein-  
werco accepit l. c. f. 551. Aliam vero traditionem, quam olim *Sigobodo* et eius  
vxor *Embilan* dederant effectui, donatis ecclesiæ Paderbornensi prædiis suis *Vi-*  
*lfi*, *Vesperdun* et *Hoddingabusun*, infirmare irritamque reddere volebant *Hildi-*  
*gunda Abbatisa de Gesike* et *Bernhardus nepos eius* atque aduocatus. Sed anno  
1024 idibus Septembris in loco, Hirtueldun nominato, meritis sanctissimæ Idæ  
in signi, in conspectu Bernhadi ducis Saxonie, Herimanni comitis et filiorum  
eius, Heinrici, Conradi, Athelberti et Bernhadi, comitum quoque Ekkike de  
Aslan, Erph, Amulungi, Thiederici, Frefonæ, Widikindi, Ekkike, Tiamma  
fra-

2) Sigo-  
bodo.



fratrisque eius Esici, et aliorum multorum omnis lis fuit composita l. c. f. 557. Quia vero hæc *Hildigunda* abbatissa de *Geseke* nulla alia videtur fuisse, quum *Hildigunda*, ab auia sic appellata, heres comitis *Sigobodonis*, nemo non videt, nos optimo iure statuisse *Dodiconem* et *Sigobodonem* comites filios fuisse *Brunonis*, qui condidit *Parthenona* egitque fundatorem monasterii *Gesekenfis*. In diplomate enim iam supra excitato, ad annum 952, rex *Otto* præcipit, vt *quamdiu in monasterio Gesekenfi de HAHOLTI progente aliqua honoris abbatialis digna inueniatur, nequaquam alia eligatur*; si autem nulla femina per longa annorum curricula de eadem genealogia in eodem monasterio adsit, que ad præfatum honoris gradum promoueri possit, tunc potestatem habeant sanctimoniales de alia stirpe inter se nutritam eligendi abbatissam. *Bernhardus* autem *Haoldi comitis*, qui iam anno 1011 mortuus erat, filius videtur fuisse, de quo et eius consanguineis et liberis plura addere in præfens non libet. Expecta illos fusius enarratos in nostra *Clientela Corbeiensis*. Hæc ergo hoc loco in præfentiarum sufficiant. Interim via est aliquatenus aperta ad indagandam veram originem comitum et nobilium dominorum, de *Lippia*, de *Warborg* et de *Canstein* dictorum.

Antiquis temporibus in more procerum positum erat, vt nomina virorum et feminarum illustrium quocunque modo in genealogiis conseruarentur. Coniuncti id poterit ex colloquio, quod olim celeberrima *Matbildis*, *Heinrici* aucupis vidua, cum regina *Adilheida* in *Frofa* aliquando habuit, ab auctore *Vite Matbildis Tom. I. Leibn. p. 203* seq. litteris mandarum. Hæc ibi leguntur: *Sedente nempe aliquando MATHILDA cum ADILHEIDA regina ad epular regalis mensæ coram assabant pueri OTTO, OTTONIS M. filius, et HENRICVS, filius HENRICI ducis Bauariorum, iocantes ludo infantili. HENRICVS mensæ accessit propior, et familiariter se reclinauit in gremium auæ, quem MATHILDIS amplectens brachiis, o domine Deus omnipotens, inquit, gratias tuæ pietati referimus et laudes, qui hunc paruum nepotem nobis reseruasti incolumem, cuius patrem aua dies mortis abstulit. Sed gratias tibi, qui hoc nomen de nostra generatione delere noluisti, hunc nobis queso saluum reserua, quamdiu velis mortali nos tenere in vita, vt nostrum amabilem filium HENRICVM per nomen saltem imitetur et vocem. Tunc et regina ADELHEID ait: quam exoptabilis est huius pueri aspectus, et quam decorus ad intuendum vultus. Vbi ergo inuenietur virgo, que ei conueniat forma et ingenio. Nos natam habemus paruulam nomine HEMMAM; hanc illi reseruamus, si Deo placet et vobis, vt nobis copuletur hic gener exoptabilis. Absit, respondet MATHILDIS, vt de nostra parte vobis eueniat tantum triste: expedit enim filia vestra felicitati se viro adiungere. Hoc nomen tunc solummodo decus habuit, quamdiu dominus noster HENRICVS vixit. Postquam autem in posteror venit, nunquam infortunio caruit. Quid dicimus de angustiis et tribulationibus, quas sustinuit pater ipsius? Sed enim adhuc in diuina dispositione est, quid huic debeat accidere. Speramus autem non excidere hoc nomen de genere nostro, priusquam aliquis paruulus nepos oriatur de eiusdem pueri semine, qui sublimetur regali dignitate.*

Solebant ergo, vti ex his patet, patres illustres filiis suis, præfertim si plures habebant, nomina indere, a suis progenitoribus petita. Probabilissime ergo dux *Angariorum Bruno* filio cuidam suo nomen *Brunonis* imposuit. Nam quendam *Brunonem* inter coheredes ducis *Hessi* §. 111. reperimus, quem cum nulla familia melius connectere valeamus, nisi cum illustrissima domo *Brunoniana*. Nec tamen arbitramur, hunc (§. 111). *Brunonem* fuisse filium ducis *Brunonis*. Locus, quem ipse inter heredes occupauit, illud vsquequaque parum permittit. Si enim quidam *Bruno*, ducis *Brunonis* filius, anno 834 adhuc in viuis fuisset, ille vt senior sine vilo dubio priorem locum occupasset. *Bruno* ergo, quem §. 20 et 26 inter testes offendimus, quadrat potius ad filium ducis *Brunonis*, quam iste. Hinc illum patrem fuisse credamus necesse est, hunc vero filium. Priori loco *Bernhardus*, comes in pago *Norththuringi*, quedam largitur. Inter testes erat *Enno* comes, *Amalungi* filius. Hunc sequuntur ordine quidam *adalingi*, in obscuro latentes. Hosce excipiunt *Bruno*, *Rotgerus* et *Euerhardus*, quem, quantum coniectura auguramur, inter filios ducis *Brunonis* collocandum esse, putamus. Posteriori autem loco, cum *Meinricus* quedam donaret, testes erant *Boto*, *Ecbertus*, probabiliter dux, aliique et *Bruni*, verisimiliter præfentes, cum *Warinus* constitueretur *Corbeia* abbas. *Bruno* et *Bruni*, qui testis erat, cum §. 68 in pago *Nethga*, §. 73. in pago *Laingo*, et §. 77. in pago *Hessi*

gubernante  
Corbeiam  
Waringo.

3) Bruno  
filius  
Brunonis  
Angariorum  
ducis.

Brunonis  
liberi  
quæ- 1) Bruno.



Ab anno  
826 vsque  
853 im-  
perante  
Hludo-  
uico et

quædam darentur, eius esse filius potuit. Testante §. 158, tradidit quædam Beuo comes, frater ducis Luidolfi. *Bruno*, probabiliter eius consanguineus, tunc fuit testis. Et cum *Ailbardus*, quem fratrem *Brunonis* fuisse arbitramur, quædam donaret sita in pago Auga §. 161, præfens erat *Bruni*, qui etiam, cum §. 165. Beio in Redun, et *Hildibertus*, eius patruelis §. 166. in pago Tilithi quædam darent, inter testes erat. Reperitur ibidem nomen *Brunonis* §. 212, et §. 222. At ne quid dubii remaneat, *Brunonem* quendam in familia Brunoniana tempore Ludouici pii existisse, significare hoc libet momentum. *Bruno* quidam §. 231. inter consanguineos Beuonis, fratris, Luidolfi ducis, numeratur. *Bruno* vero, laudatus §. 260, an noster Bruno, an Bruno dux Saxonie et filius Luidolfi existimandus sit, id aliis perquirendum relinquimus. Nos potius quærimus, an *Bruno* noster fratres habuerit? et primo quidem deprehendimus quendam *Bernbertum*, qui §. 111. coheredibus ducis Hessi adnumeratur. Qui eo quod habuit filium, nomine *Richardum*, qui sita in pago Nethga, olim ad familiam Brunonianam pertinente, vt perspicitur ex §. 156, quædam tradidit, ad nullam aliam gentem, nisi ad eandem, referendus videtur. Adde, quod comes *Bernbertus*, §. 231. teste, inter propinquos Beuonis, filii ducis Eberti, numeratur, pro cuius anima, teste §. 247, quædam pagi Patherga traduntur. Vnde et nomen et dona nobis persuadent, hunc comitem *Bernbertum* filium quoque fuisse illius *Bernberti*.

2) Bern-  
heri co-  
mes.

3) Helm-  
ricus.

Alter deinde *Brunonis* frater videtur fuisse *Helmricus*. Huius fratres appellantur, teste §. 214, *Brunbertus* (qui probabiliter nullus alius est, quam sæpe dictus Bruno vel Brunni) et *Athelbertus* seu *Adelbardus*. Donauit iste *Helmricus* quædam in pago Aringho sita ad radices montis Hils, in quo castrum Hoinbeuken olim conspiciebatur, haud procul ab vrbe Alfeldia. An ergo hi fratres sutores Dominorum, de Altasago seu Hohenbeuken adpellatorum, fuerint, pro certo quidem nondum affirmare licet. Hoc autem certum esse nouimus, iam quendam *Helmricum* §. 232 inter testes reperiri, cum in villa Eldassen quædam largirentur, quam quendam *Helmricum*, qui istius *Helmrici* filius fuisse videtur, 110. iugera intra pagum Auga in villa desolata Cotun sita, certissime ad potentissimum possessorem castri Brunonisburgi olim spectante, §. 332 tradidisse.

4) Adal-  
hardus  
cuius filii

Tertius *Brunonis* frater, vt iam didicimus ex §. 214, erat *Adelbardus*. Inter coheredes ducis Hessi eum fuisse, iam vidimus supra §. 104. not. (g) Eum sæpissime inter testes ibi deprehendimus, cum eius consanguinei bona sua traderent abbatiæ Corbeiensi. Ipse *Adelbardus* præterea donauit quædam in pago Wikanauelde sita. Porro inter propinquos Brunonis, qui fuit filius Eberti ducis, numeratur quidam *Adalbardus* §. 231. Et cum Ida ducissa quædam largiretur §. 155, inter testes erat *Adalbardus*. Nomen *Adalbard* interdum olim contrahebatur in *Albard* seu *Ailbard*. Id ipsum conspici potest ex nomine *Adelheidi*, quod contrahitur in *Alheid*. Nemo igitur improbabile censebit, *Ailbardum*, qui, testante §. 161, in pago Auga quædam donauit, esse nostrum *Adalbardum*. Hic fuit testis, cum in pago Nerga, teste §. 163, quædam traderentur. Filium ei fuisse *Adalbardum*, probabile est. Hunc designasse videntur traditiones §. 230. 231. 241. | 258. et 283, vbi in Haddeshus intra pagum Guddinge sita quædam bona Adalhardus dicitur donauisse. Fratrem ipsi fuisse *Bernhartum*, qui in eodem pago Guddinge in villa *Medeli* (§. 263.) quædam tradidit, verisimile est. Nam *Ailbardus* filium quendam habuit nomine *Bernhartum*, pro quo ipse in eiusdem pagi villa Lide duos mansos dedit §. 356. Hic *Bernhartus* pater fuit et *Werinberti* et *Bernbarii*. *Werinbertus* enim pro patre suo *Bernharto* in villa Denfum, intra eundem pagum Guddinge sita, nunc *Dein-  
sen* adpellari solita, §. 444. donauit familiam. *Werinberti* vero frater probabilissime fuit *Bernhartus*. Hic pro filio suo *Bernharto* in villa desolata Balleri in saltu Sollingano 83 iugera et vnum *iurnalem* largitus est §. 476. Plura addere iam non vacat. Confer infra §. 161.

a) Adal-  
hardus,

b) Bern-  
harius.

c) Euer-  
hard fe-  
primus  
filius Bru-  
nonis  
Angario-  
rum du-  
cis.

Aggredimur ergo tandem contemplari vltimum *Brunonis*, Angariorum ducis, filium *Euerbardum*, procreatorem comitum Euersteinensium. Castrum *Euerstein*, a quo comitibus in nostra Saxonia celeberrimis nomen hæsit inditum, olim situm erat in altissimo monte, iam dicto vulgariter *der Borgberg*, haud procul a præfecturæ Forst domicilio atque pago Negenborn ad dimidium milliarem a Wisera in ducatu Brunsvicensi. Id, dudum destructum, vix pauca murorum rudera ostentat. Ipse, harum rerum cupidus, ante viginti, et quod excurrit, annos sæpius inspexi rude-



ra castelli. A *Brunonisburgo* castrum *Euerstein* abest ad milliaria duo Germanica. Inter ambo castella amœnus frugesque cum scœnere reddens vallis reperitur, per quem sinuosis anfractibus flexibusque errat *Vifurgis*, in quem bene multi sese e variis utrimque vallibus exonerant amnes et susurrantes concurrunt riui. Nomen accepisse castrum *Euerstein* seu *Euerstein*, sic enim in diplomatibus nostris scribitur, a quodam *Euerhardo*, illius autore et exstructore, quasi contractum ex *Euerhardstein*, probabilissimum dictu est. Solebant enim Saxones nostri loca a fundatoribus appellare. Morem eundem olim familiarem loquuntur adhuc nomina *Orenstein*, *Brunstein*, *Falkenstein*, *Ludwigsstein*. Nobis ergo improbabilis videtur illorum sententia, qui illud interpretantur per saxum, ab apris frequentatum. Sed quis, quæris, fuit huius castri constructor? *Iohannes de Polda* in *Chron. ecclesie Hamelensis Tom. II. S. R. B. Leibnitii f. 509.* asserit, *S. Bonifacium* accessisse ad quendam comitem et comitissam, dictos de *Osten*, ex regali genere *Widekindi* natos, senio confectos, quibus sacro baptismi tinctis nomina indiderit *Bernhardi* et *Christiane*, cum antea hæc *Odegundina*, ille vero *Eberhardus* fuissent nominati. Hi putantur fuisse fundatores ecclesie collegiate *Hamelensis*, in qua peregrinantibus eorum monstratur monumentum. Sed, opus id recentioris structurae esse, intellexi, cum idem perlustrari monumentum. Fabulosa igitur sunt ea, quæ de huius *Eberhardi* conuersione per *Bonifacium* prædicauit ille *Iohannes de Polda*. Comprobari id sane argumentis non potest, quicquid de *S. Bonifacio* in Saxoniam nostram vnquam euagato traditur. Propius attingemus scopum, si *Euerhardum* quendam, e progenitoribus comitum de *Euerstein* natum, fundatorem illius ecclesie statuimus. Profecto certum est, in vicinia nostræ *Corbeie* *Hludouici* pii tempore habitasse quendam dominum, cui nomen erat *Euerhardus*, a quo comites *Euersteinenses* probabilissime originem traxerunt, inter quos nomen *Euerhardi* crebro repetitur ac recurrit. Supra §. 20. not. (1) *Ewurhardum* deprehendimus inter testes donationis. Nam eius consanguineus *Bernhardus* comes bona abbatiæ nostræ quædam largiebatur. Eius filii erant *Ewberhardus*, *Thiadricus* et *Eggicus*, fratres §. 22. Hos in vicinia monasterii *Corbeiensis* domicilium habuisse, l. c. not. L) demonstraui. Vix igitur illi ad alios, quam ad progenitores comitum *Euersteinensium*, referri possunt. *Ewurhardus* inter testes obuius fuit, cum (§. 63.) eius consanguineus *Enno* comes per pagum vicinum *Laingo* bona abbatiæ nostræ quædam tradidit. Deinceps eum amplius non inuenimus. Ex quo momento collegimus, illum *Eberhardum* iam ante annum 834 fuisse mortuum. Idem de eius fratre *Eggico* obseruandum est. *Hildibertus* tertius frater inter testes erat, cum in *Withem* villa pagi *Auga Heluco* quidam, probabiliter etiam ad hoc stemma referendus, licet ratio copulae ignoretur, teste §. 19, quædam donaret. Tunc idem *Hildibertus* pro fratre suo *Thiadrico* mansum vnum in eadem villa *Withem* situm, et in villis *Frefienhus* et *Wulfridesbrec*, villis pagi contigui *Nethga*, mansum, et quidquid habebat, *Corbeiensibus* donauit (§. 71.) Altera villarum est vicus *Fronhusen* inter *Heinholte* et *Sweckhusen*, altera, vero villa desolata, haud procul a vico *Himmighufen* iidem in episcopatus *Paderbornensis* tractu fuit conspicua. Porro patet ex argumentis supra adductis, nullos alios atque posteros *Brunonis Angariorum ducis* in eadem regione principatum tenuisse. Inter posteros ergo *Brunonis* et *Thiadricum* et *Hildibertum* et *Eggicum* et *Ewberhardum* referimus. Nec quidquam impedit, quo minus, *Euerhardum*, eorum patrem, filium *Brunonis* ducis fuisse, suspicemur. Sic enim omnia optime inuicem congruunt. Et sane manifestæ absurditatis ille argui posset, qui alios fuisse in villam *Withem* dominatos, atque posteros possessoris castri *Brunonisburgi*, siquidem olim eadem villa vix tria millia passuum ab illo castro disiuncta erat, opinari mallet. Cum in villa *Winethahus* in pago *Nethga* haud procul a villa *Fronhusen* quædam traderet *Corbeiensibus* *Godermannus*, cuius connexionem cum familia *Ebertina* ostendere non possumus, inter testes erat (§. 68.) *Thiadricus*. Hic probabilissime fuit *Thiadricus* noster. Hic cum fratre *Hildiberto* (§. 104.) inter coheredes ducis *Ostfalorum Hessi* fuit. Nulla igitur restat dubitatio, quin illi nobilissimi domini atque nepotes fuerint et *Hessi* et *Brunonis* ducum. An *Hildibertus* idem sit, qui infra §. 112. appellatur *Hildiwert*, id in medio relinquimus. Negari autem non potest, *Hildibertum* nostrum esse illum, qui §. 166. pro animabus *Gherberni* et *Theodberni*, qui eius nepotes ex fratre sine *Euerhardo* sine *Eggico* fuisse videntur, in pagi *Tilithi* villa *Heloon*, quidquid habuit, donauit.

gubernante  
Corbeiam  
Waz-  
rino.

Euerhardi  
filii

1) Euerhardus.

2) Eggicus.

3) Hildibertus.

4) Thiadricus.

74



Ab anno  
826 vsque  
853 im-  
perante  
Hludo-  
uico et

5) Folc-  
wart.

Thiadrici  
filius  
Folcber-  
thus II,  
cuius filii

1) Mayn-  
wercus.

2) Thia-  
dricus,  
cuius filii  
a) Thia-  
dricus.

b) Rot-  
wardus.

c) Con-  
radus co-  
mes, cu-  
ius filius  
Otto I.

Ottonis I  
filius  
Conr-  
dus II,  
comes de  
Euersten.

uit. Eadem villa hodie dicitur Helen, iacuitque in meditullio comitatus Euersteinensis ad fluuii Wiseræ ripam inter monasterium Kemnade et præfecturam Gronde. In ea villa Helen celebratissimi comites de Scholenburg castrum habent. Erant huius traditionis testes Ecbert, Bruno, Sini et *Folcwart*, quos eius consanguineos fuisse, supra vidimus. *Folcwartum* eius fratrem fuisse, vero fit simile. Quemadmodum enim *Folcwartus*, quod nomen a Folcberto et Folcwert diuersum non videtur, teste §. 111, inter coheredes ducis Hessi numeratur, ita *Folcwert* testis fuit, cum eius consanguineus Adalbodu (§. 124) mansum traderet in pagi Auga villa Boffeshus, quæ a villa Wirthem ne mille passuum quidem abest, et propior Brunonisburgo quam villa Wirthem sita est. *Thiadricus* vero inter testes obuius fuit, cum traderentur quædam bona (§. 156) in pago Nethga, §. 157 in pago Huuetigo, §. 165 in pagis Nethga et Almunga, et (§. 173) in pago Suilbergi. Qui pagi cum fuerint contigui pagis Auga et Tilithi, in quibus comitatus Euersteinensis situs erat, probabiliter semper vnus idemque dominus intelligitur, qui, qua consanguineus et vicinus, inter testes adfuit. *Thiadricus* autem, qui §. 240 præsto fuit inter testes, cum Eilbertus in Suilbergiorum marca quædam tradidit, noster *Thiadricus* fuisse non videtur. Fortasse eius filius et frater fuit *Folcbertus*, cuius filii dicuntur *Meinwercus* et *Thiadricus*. *Folcbertum*, probabiliter a patruo ita appellatum, filium fuisse *Thiadrici*, apparet ex §. 320. Ibi enim *Folcberth* pro patre suo *Thiadrico* XXX iugera donauit sita ad villam *Perdereßborpe*. Hæc villa sita erat in pago Tilithi, et sine omni dubio designatur vicus Pegestorff ad Wiseram intra præfecturam Polle, atque ita in meditullio comitatus Euersteinensis. Eadem in villa comites Euersteinenses post hæc abbatiam nostram muneribus egregiis ornarunt. Quis igitur dubitabit, *Folbertum* eiusque patrem *Thiadricum* inter progenitores comitum Euersteinensium esse referendos? Idem *Folcbertus* (§. 291) pro anima *Gherberghe* quædam donat. Per *Gherbergam* autem significari eius vxorem, ex §. 329 apparet, vbi *Folcbertus* pro se et pro vxore sua *Gherberch* et pro filiis *Maynwerc* atque *Thiadrico* CL iugera et XIII mansos donat in *Heuerseute* in pago Hessi (Euersehutte ad Dimolam in Landgrauiatu Hassiæ), in *Dodonbus* in pago Tilithi tres mansos (Doensen in Principatu Wolferbutrelano intra ecclesiasticam inspectionem Halle, olim in comitatu Euersteinensi) et centum iugera atque vnâ siluam in Beuerbeke, villa pagi Hessi. Quibus donis idem *Folcbertus* in eadem villa Beuerbiki (§. 372) adhuc XXX iugera addidit. Villæ Heuerseute et Beuerbeke indicant, *Folcbertum* e stirpe Brunoniana defendisse. Supra enim obseruauimus, posteros Brunonis ducis in eodem pago Hessi amplissima possedisse prædia. De eius filio *Meinwerc* nihil amplius reperimus in his traditionibus. An *Thiadricus* sit ille, cuius meminere traditiones §. 360, illud in medio relinquimus. Fuisse autem ei filium cognominem *Thiadricum*, docemur §. 393. In eo enim *Thiadricus* pro se et filio suo *Thiadrico* pagi Suilbergi villam Balgeri cum bonis omnibus, ad eam adtinentibus, tradit. Et cum *Rotwardus* quidam pro coniuge sua *Wendimod* (§. 404) in Hallu villa pagi Tilithi quædam largitus sit, fortassis hic *Thiadrici* fuit frater, cuius filii, quantum coniectura auguramur, fuere *Folchardus* et *Helmwardus*. *Folchardus* enim (§. 475) omnia, quæ habuit, donauit in *Hemmetesbus* villa pagi Nethga, (quæ est vicus Hemfen inter oppidum Braekel in Episcopatu Paderbornensi, et vicum Brokhufen ad Nerham fluuium in diecesi Corbeiensi) et in villa *Ieanrode* pagi Auga, quæ desolata est, nec procul a vico Hemfen abfuit in silua sancti spiritus, vulgo dicta *dar Heilige Geist Holtz*. *Helmwardus* autem (§. 447) pro matre sua *Adde* in villa Snesla pagi Tilithi donauit XX iugera et vnum iurnalem. Hæc villa inter Ofen et Gronde ad Wiseram exlitit.

Ex horum prosapia descendisse *Chuonradum*, comitem pagi Auga anno 1031, nemo, quod speramus, negabit. Ad comites enim Euersteinenses referendum esse illum *Chuonradum*, fit probabilissimum ex diplomate, hæcenus inedito, ad annum 1113 dato, quod infra producemus. Ex eo apparet, *Conradum* II, verifimiliter ab auo ita appellatum, habuisse filios *Conradum* III, *Ottonem* II, atque *Adelbertum* I. *Conradus* III, itaque nomen accepit a proauo et patre; *Otto* II vero traxit adpellationem ab *Ottone* I, comite suoque auo, cuius diplomata nostra ad annum 1043, et 1062, mentionem faciunt. Hic anno 1113 pater appellatur *Conradi* II, quo tempore idem *Otto* I iam mortuus erat. *Conradi* II meminere diplomata nostra ad annos 1112, 1120, 1126, 1127, atque eum appellant


comi-



*comitem de Euersten.* Ex diplomate, ad annum 1113 dato, apparet, eius fuisse gubernante vxorem *Matbildam*, ex qua ipse suscepit *Conradum*, *Otonem*, atque *Adelbertum*. Ex quam profapia illa *Matbildis* fuerit orta, indicare non licet. Illud vero, testante *Chronico coetaneo* et *MSpto* Archiui Corbeiensis, certum est, *Adelbertum I*, *comitem de Euersten*, habuisse in matrimonio filiam *Widekindi*, comitis de *Sualenberg*, ex qua genuit *Iuditham* abbatissam *Keminadensem* atque *Adelbertum II*, comitem *Euersteinensem*; *Albertus I* vero, eodem chronico teste, iam ante annum 1147 mortuus erat. Eo enim tempore vxor eius denuo nupserat *Hlorwico de Lare*, qui l. c. appellatur vitricus *Iudithæ* atque *Adelberti II* illius, qui pater fuit. *Conradi IV*, *Euerhardi*, *Otonis III*, *Ludouici*, *Hermanni*, *Alberti III*, et *Friderici I*, quorum posteros, iusto ordine dispositos, atque ex diplomatibus in ordinem redactos, exhibemus, inuenies in *Clientela nostra Corbeiensi*. Nam b. Polycarpi *Leyseri Historia comitum Euersteinensum* mendosa est multisque scater nauis. Quæ vero dicturi sumus, perspicere tantisper poteris e tabula subiecta, genuinis diplomatibus innitente:

T A B. I.

Adelbertus I, comes de Euerstein.  
vxor N, filia Widekindi com. de  
Sualenberg. 1113. † ante a. 1147.



\* \*

Iohannes et Hermannus anno 1304, dicuntur fratres, et distinguendi sunt ab Hermanno et Iohanne filiis Otonis V. Videntur illi fuisse filii Hermanni I. Sed cum diplomata tacent, tacemus et nosmet,

74



Ab anno  
826 usque  
853 im-  
perante  
Hludo-  
uico et

## T A B. II.

Albertus II.

Ludouicus I. 1240. fr. C. O. H. A. et F. 1241. vxor Adela et senior 1266. 1271. patruus Contr. et Gerhardi Archiepisc. 1252. 1254. 1258. 1260. 1270. 1271. 1271. 1272.	Albertus III. fil. Alberti 1257. fr. C. O. L. H. et F. 1240. p̄p̄os. S. Crucis Hildef. 1250.	Fredericus frat. C. O. L. H. et A. et p̄p̄os. 1240. 1257.	
Albertus V. fil. L. et frat. L. O. et B. 1266. fil. Lud. 1254. 1270. 1271. 1271.	Ludouicus II. fil. L. et frat. A. O. et B. 1266. senior 1276. et 1281.	Otto IV. fil. Lud. senioris et fr. A. L. et B. 1266. fr. A. et L. 1271.	Bernhardus fil. Lud. sen. et fr. A. L. et O. 1266. frat. Alberti 1272.
Ludouicus V. filius Ludou. senioris 1281. dictus iunior 1281. 1285. 1283.		Albertus VII. filius Ludou. sen. 1281.	
Ludouicus VI. filius quondam Lu- deuici 1299. 1312. 1313. 1314. 1318. Confanguineus Henrici Ducis Brunfui. 1302.		Albertus VIII. filius Al- berti, 1313.	

## T A B. III.

Albertus II.

Hermannus I. fr. C. O. L. A. et fr.  
1240. 1241. 1241. vxor eius Hede-  
wig 1267.

Otto V. fil. Hermanni 1272. 1267.  
1260. 1291. vxor eius Luitgard 1307.  
1308. 1304. 1309.

N.

Otto VI. de Buren patruelis Ot-  
tonis 1291. dei gratia domicellus  
de Euerlein appellatus de Buren  
1306.

Hermannus adhuc puer 1309. fil. Otonis 1308 1319. fr. O. 1318. fr. O. J. O. et M. 1351. domicellus 1317.	N. filia vx. N. de Bra- cle. Her- man- nus de Bracle 1317.	Otto VIII. adhuc puer 1309. fil. Otto 1308. fr. H. J. O. et M. 1351. p̄p̄os. Hamelenf. 1336. 1337.	Elisabeth filia O. et soror H. et Ott. 1308. nu- pta Ger- hardo com. de Haller- mund, qui appellatur gener Ot- tonis 1309.	Iohan- nes 1351.	Otto 1351. domicellus 1357.	Meinhardus fr. Ott. Herman. Ioh. et Otonis 1351.
Hermannus, frater Otonis, 1398. 1393. 1394. 1420.		Otto frater Hermanni 1398, fororius Ot- tonis, nobilis domini de Homborg 1430.				
Elisabeth nupta Otoni Duci Brunfui. et Luneburgi.						

- De Ben- (o) De hoc *Bennone*, Widikindi M. nepote vid. huius §. 104. not. (†††)  
none.
- De Suit- (p) De *Suitbadu*, fratre Billingi, vide huius §. 104. not. (w)  
badu.
- De Hrot- (q) De *Hrotgero*, filio Thiodgeri comitis, fratre Adalwardi ac nepote ducis Angario-  
geri. rum Brunonis, vide huius §. 104. not. (n)
- De Red- (r) De *Redbardo*, fratre Billingi, vide infra §. 104. not. (w)  
hardo.
- De Ab- (f) Duo *Abbones* tempore imperatorum Carolingidarum fuere illustres. Eorum al-  
bone. ter



tér anno 833. comes erat in pago Wimodia, alter vero anno 835. in pago Ripon- guber-  
 rum, egit Comitem. Hic nominatur filius Gerardi. Ille videtur fuisse *Abbo* nante-  
*comes*, qui ex terris Francorum anno 811. missus erat a Carolo M, ut pax fir- Corbe-  
 maretur imperatorem inter et Hemmingum Danorum regem, congregentibus iam Wa-  
 ex utraque parte vtriusque gentis XII. primoribus super fluuium Egidoram, an- rino.  
 notante Eginhardo in *Annal. Rerum Franc.* anno 811. f. 164. Sed sponsonem  
 lectóri facere non possumus, hunc comitem *Abbonem* fuisse illum, qui hic inter  
 coheredes ducis Ostfalorum Hessi deprehenditur, quia in his traditionibus multi  
 Abbones, quondam in nostra Saxonia obuii, laudantur. Faciemus fidem dicto.  
*Abbo* quidam inter testes adfuit, cum abbatia nostræ quædam donarentur §. 4.  
 in pago Northuringi, §. 36. in pago Halugo, et §. 188. in pago Darlingi. Quem-  
 admodum autem *Abbo* interdum etiam pronunciabatur Abbico, uti pro Benno  
 dicitur Bennico, quod diminutiuum est; ita vox Abbico præterea contrahebatur  
 in Abbi et Abbic. Quamobrem vnus idemque videtur fuisse dominus hic *Abbo*  
 et *Abbic*, qui, testante §. 57, in pago Derlingi quædam monasterio nostro tra-  
 didit quique testis fuit, cum §. 57. quædam largirentur in pago Guddingo sita.  
 Ab hoc diuersus non fuisse videtur *Abbi*, qui testis fuit, cum (§. 74.) quædam  
 bona in pago Derlingi ecclesiæ Corbeiensis donarentur. Videtur ergo *Abbi*, qui  
 in eodem pago Derlingi intra villam Sinieftorpe, testante §. 260, munera agraria  
 dabat, filius nostri *Abbonis* fuisse. Ab his vero *Abbonibus* diuersus fuisse  
 putatur *Abbo*, qui testem egit, cum comes Withmannus in pagi Auga villa deso-  
 lata *Dunegon* ecclesiam Corbeiensis muneribus ornaret §. 18. Idem *Abbo* tes-  
 tis erat, cum nonnulli in pago Wikanauelde (§. 78.) quædam largirentur. Hic  
 idem *Abbi* fuisse videtur, qui in pago Ittergo ad villam Heppium quædam tra-  
 didit (§. 135.) et cuius filii videntur fuisse *Haruth* et *Abbi*, qui, testante §. 250,  
 in pagi Huuetigo villa Wegballithi, quæ vicus Wöbbel est, olim in Sualenber-  
 genfi, iam vero in Lippiaeo, comitatu sitis, quædam donauit, quique ad stem-  
 ma Widikindeum probabilissime referendus est. Idem *Abbi* in *Hellonbus* villa  
 pagi Almunga præterea quædam Corbeiensibus tradidit. De re ipsa conferatur  
 §. 222, et §. 234. *Abbo* consanguineus *Alfrici*, ad progenitores comitum Sualen-  
 bergensium referendi, fuisse videtur, quippe pro cuius anima *Alfricus* in *Har-  
 burgun* quædam tradidit. Diuersus autem ab hoc *Abbone* alius existimatur *Abbo*,  
 qui §. 234. obiit inter testes. Ex probabili coniectura *Abbo* hic fuit ille,  
 qui (§. 230.) in villa Hrodberthshufen eiusdem pagi Nithega quædam tradidit.  
 Villæ hæc omnes olim in episcopatus Paderbornensis regione fuerunt sitæ et qui-  
 dem vna prope alteram. *Hellonhus* vero et *Hrodberthshufen* iam desolatæ  
 sunt. Prior quondam exstitit in Campe Sintfeldico; posterior vero inter Stein-  
 bergam et castrum desolatam Driborg haud procul ab oppido Driborg in terris  
 episcopatus Paderbornensis. Videtur hæc progenies in Folchardo exaruisse, et  
 reliqua bona Widikindea ad cognatos eius, id est, ad Bardonis I posteros per-  
 uenisse. De his vide notam (u) huius §. 104.

(t) De *Thiadrico* fratre Billingi vide notam (w)

De *Thia-  
 drico*.

(u) *Bardo comes* conditor fuit serenissimæ familiæ principum, a *Waldeck* cognomina- De Bar-  
 torum. Quæ cum vsque ad nostram ætatem floreat, veram eius originem, huc done, at-  
 usque tenebris inuolutam, euoluere, et documentis, fide dignis atque omni que ori-  
 exceptione maioribus, demonstrare conabimur. Quis fuerit *Bardo*, ex tabula gine com-  
 genealogica stemmatis Widikindei supra §. 104. not. (†††) allata apparet, *nepos* mitum  
 scilicet *Widikindi Magni*, Saxonie ducis, filiusque *Wicberti* fraterque *Walberti* et Sualen-  
*Thiadrici*. Carolum Magnum anno 772 suscepisse ac gessisse in trigessimum bergensi-  
 tertium annum aduersus Saxones, bellicosos et libertatis amantes, varie interci- um, et  
 sum bellum, eiusque administrandi aduersus Francos auctorem et ducem fuisse Waldec-  
*Widekindum Magnum*, annales referunt Francorum. *Widekindus* autem, tan- centium,  
 dem religionem christianam amplexurus, in Caroli gratiam influxit. Ipse, refe- quorum  
 rente *Crantzio Lib. II. Saxon.* c. 24, in prælio aduersus Geroldum Sueuorum fatis  
 ducem depugnato occubuit, idque, ut supputant nonnulli, anno 807. De re Wide-  
 ista alii dubitant, atque ante hunc annum iam e vita decessisse *Widekindum*, cre- kindus,  
 dunt. Mausoleum *Witekindi* exstat in vico Engern. Effigiem eius, qualis nunc dux Saxo-  
 est, affabre designatam alii exhibuerunt. Refert reuerendissimus Ferdinandus, niz.  
 Episcopus Paderbornensis, in *Monum. Paderb.* p. m. 134. Carolum IV. cæsarem,  
 anno



Ab anno  
826 usque  
853 im-  
perante  
Hudo-  
uico et

anno 1377. XVIII. nouembris Bilefeldiam progressum audiuisse, in vicino vico Angaria superesse *Widekindi Magni* sepulchrum: operis antiqui ipsum visendi gratia eo diuertisse: illud eo tempore verustate nonnihil deformatum fuisse: imperatorem itaque iussisse illud refici ac renouari, additis ad caput, Caroli Magni, ad pedes vero regni Bohemici insignibus. In primis autem eruditissimus episcopus l. c. p. 133. monet, collegio Angariensi per auctoritatem pontificiam anno 1414. 16. Ianuarii Herfordiam translato, cineres *Widekindi* lignee ciste parum reuerenter inclusos, vnaque cum aliis quibusdam cimeliis ex Angaria transportatos esse, fallique capropter Crantzium aliosque, qui *Widekindi* reliquias ab Heinrico aucupe Paderbornam translatos ibique reconditas fuisse tradiderint.

Afferuantur vero reliquiae *Widekindi Magni* Herfordiae in Westfalia, et quidem in templo S. Iohannis Baptista, in quo collegium illud Angariense hodie staret vigetque, constans ex vndecim canonicis, quorum vnus est catholicus, atque ex aliquot vicariis et beneficiariis, quibus vnus praest Decanus. Cum autem multis fore id pergratum speremus, si de reliquiis celebratissimi principis pauca adiecerimus, dabimus pace viri optimi lipanographiam eiusdem, D. *Caroli Ludouici Storckii*, apollineae peritissimi, quam ille composuit anno 1743. ad diem 9. Octobris, quo scilicet die in illa sacra S. Iohanni aede sunt reliquiae deprehensa, quarum numerus ab ipso ita fuit initus atque fermone germanico ad nos perscriptus.

*Reliquia Widekindi Magni.*


Von diesen Reliquien besitzt ein hochwürdiges Capit-  
tel auf der Neustad Herford folgende  
Stücke.

- 1) Die Gebeine des grossen *Widekindi* liegen in einer tannen Lade, welche mit Baum - Wolle angefüllt ist, als nemlich die Hirnschaale (cranium, in quo os frontis ad nasum vsque bifidum) wie auch die beyden Schenkel - Beine mit den Schien - Beinen, nebst noch einigen anderen Stücken, und ist er diesen Knochen zufolge ein Mann von mittelmässiger Grösse gewesen. Es wird derselbe zwar von einigen sehr gross beschrieben, allein solches rühret vermuthlich daher, weil man gedachte Bein - Knochen für Arm - Knochen angesehen hat.
- 2) Das Geschirr, woraus *Widekindus* soll getruncken haben, bestehet aus einem gehölzten grünlichen Steine mit überguldeten Messing oder Kupfer eingefasset, worauf diese Worte stehen:


*Munere tam claro ditat nos Affrica raro.*

Selbiges ist ein wenig oval zu  $5\frac{1}{2}$  bis 6 Zoll im Durchschnitt, und hält etwa  $\frac{1}{2}$  Theil einer Berlinischen Kanne, und kan man die





HOC COLLEGIVM DIONISIANVM IN DEI OPT. MAX. HONOREM PRIVILEGIIS  
 REDITIVS Q. DONATAVM FVNDAVIT ET CONFIRMAVIT OBIIT ANNO  
 CHRISTI DCCCVII RELICTO FILIO ET REGNI HEREDE WIGBERTO  
 TVR. HANC REGEMQ. VENERAVIT EGRVS HIC MORBIS CELI REX  
 SALVAT ET ORBIS



MONVMENTVM WITTIKINDI WARNECHINI FILII ANGRIVARIORVM  
 REGIS XII SAXONIAE PROCERVVM DVCIS FORTISSIMI  
 OSSA VIRI FORTIS CIVIS SORS NESCIA MORTIS ISTE LOCUS MVNIT EVGE

BONE SPIRITVS AVDIT OMNE MVNDA

74








die wahre Gestalt und Größe von innen aus nachfolgender  
Figur erkennen.

guber-  
nante  
Corbe-  
iam Wa-  
rino.



Der Stein soll keinen Gift vertragen können, und scheint ein Geschenk eines Königes in Africa gewesen zu seyn, indem sich oben auf dem Futteral folgende Worte befinden: *Visdai de Africa rex.*

- 3) Ein mit überguldeten Silber-Bleche bezogenes Kästgen 6 Zoll lang, 4 breit und  $3\frac{1}{2}$  hoch, worauf ein großer erhabener Crystall nebst vier kleinen sitzt, unter welchen zu lesen: *Reliquie S. Dionisii Mauritiü Exuperii Laurentii Vincentii et aliorum plurimorum.*
- 4) Ein fast dergleichen mit überguldeten Silber-Bleche bezogenes Stück  $6\frac{1}{2}$  Zoll hoch, unten  $5\frac{1}{2}$  breit und 2 dicke, welches oben zu-

Z 3

läuft,



Ab anno  
826 vsque  
853 im-  
perante  
Hludo-  
uico et

läuft, dafs es einer Jagd-Tasche in etwas ähnlich siehet, worin sich gleichfalls Reliquien befinden sollen.

- 5) Zwey überguldete höltzerne Arme mit überfilberten Händen, in welchen verschiedene Reliquien stecken.
- 6) Ein Creutz von verguldeten Messing 9 Zoll lang  $7\frac{1}{2}$  breit mit einem Fufs 7 Zoll hoch, welches mit Golde und allerhand Steinen angelegt und gezieret, als nemlich auf der fordersten Seite stehet mitten am Kreutze unter einen Crystal geschrieben: *De ligno dñi* und darunter am Ende befindet sich ein in grünlichen Crystall gestochenes Brust-Bild. Ausser diesen sind noch von Silber-Bleche zwey grosse Creutze 15 Zoll lang, und ein kleines Crucifix  $9\frac{1}{2}$  Zoll lang, auf dessen vier Enden Crystallen sitzen, vorhanden.
- 7) Ein altes Buch in groß quart, welches mit Silber-Bleche, so theils verguldet, überzogen, und auf dessen einer Seite eine Person, so allen Ansehen nach S. Dionysius seyn soll, stehet, worum sich der vier Evangelisten Zeichen befinden, und sind in selbigen Buche die Evangelia cum annexis iuramentis canonicorum auf Pergament in lateinischer Sprache, es scheinen aber die Juramenta Canonicorum lange hernach darcin geschrieben zu seyn.

Es sind auch noch über dem zwey sauber auf Pergament geschriebene Choral-Bücher in fol. vorhanden, in deren jeden Buche die Creutzigung Christi sehr nette und kostbar gezeichnet stehet, sie sind aber nicht sehr alt, sondern sollen in hiesigen Frazer-Hause im XV. Jahr hundert verfertigt worden seyn.

Haftenus ille. Ex hac lipfanographia apparet, errare multos, et inprimis *Iac. Andr. Crustum* in libro de *Widekindo* fol. 74 seq. qui extra omne dubium ponit, *Widekindum* M. instar reliquorum Saxonum proceritate insigni praeditum fuisse, et perhibet, arguere ipsa ossa *Widekindi*, quae Herfordienses asseruata aduenis commonstrare soleant, non exiguae staturae principem fuisse.

Fuisse huic *Widekindo* filium, cui nomen fuerit *Wigberti*, omnes historici vno ore consentunt. Nos ergo illud demonstratu superuacaneum duximus, ne acta nos agere videamur; tribuimus vero *Widekindo* alios praeterea filios, scilicet *Immadum comitem* §. 4. 29. et 42. itemque *Alfricum* atque *Ohtrikum* §. 56. et 81. nec non *Herimannum* §. 18. et 93. *Wigberti* seu *Wiberti* vxor erat *Odrada*, quorum filius fuit *Walbertus comes*, id quod proxime sequens declarat diploma. Cum vero *Wiberti* filii coheredes fuerint ducis Ostfalonum Hessi, inde fieri manifestum censemus, *Odradam* non fuisse origine Francam, vti *I. G. ab Eccard in Histor. Genral.* p. 20. putat, sed eam existisse filiam ducis Ostfalonum Hessi. En vero ipsum diploma:

In Dei nomine ego *Walbertus comes* nec non et coniux mea *Altburgis* pariter cogitantes de timore domini et misericordia redemptoris nostri Iesu Christi, et quia subito temporalia transeunt et quod futura sine fine permanebunt. Quapropter nutu omnipotentis Dei placuit nobis ecclesiam aedificare, atque in honorem domini nostri Iesu Christi et S. Alexandri martyris omniumque sanctorum dedicare. Propterea donamus pro remedio animarum nostrarum, seu genitoris genitricisque videlicet *Wiberti* et *Odrade*, nec non propinquorum nostrarum, partem hereditatis nostrae, quae est in pago *Leri*, in villa quae dicitur *Wildeshusen* super fluuio *Hunta* ad ecclesiam S. Alexandri, ubi ipse corpore requiescit. Donamus igitur donatumque in perpetuum esse volumus, hoc est supradictam villam totam et integram cum omni territorio illuc aspiciente cum casa dominicata et cetera aedificia, cum domibus, mancipiis, terris cultis et incultis, siluis, pratis, pascuis, aquis aquarumque decursibus, mobilibus et immobilibus, praediis, pecuniis, pecoribus, omnia et omne quidquid in ipso loco nostrae videtur pos-

Widekin-  
di M. li-  
beri  
1) Wig-  
bert.  
2) Imma-  
dus.  
3) Alfri-  
cus.  
4) Ohtrit.  
5) Heri-  
mannus.  
Wigberti  
filii Wi-  
dekindi  
M. liberi  
a) Wal-  
bertus.



sessionis vel donationis, a die præsentis donamus tradimus atque transfundimus; ea vero ratione, ut *filius meus primogenitus Wibertus*, quem clericatus officio domino consecramus, in hac luce post discessum nostrum in potestate habendi tenendique habeat; post obitum *Wiberti* vero *filius fratris sui*, si consecrationem officii clericatus domino fauente suscipere probauerit; deinde, quicumque ei proximior fuerit ex parte laicorum, si tonsuram accipere voluerit, regimen supradictæ familiæ accipiat. Quod si defuerit filius ex latere fratris, filius vero sororis, si fuerit manere præditus tonsuræ clericalis, regimen accipiat: illa tamen ratione sumpta, si filii mei vel successores eorum filios suos certatim adducentes et clericos, occasione donationis, non utilitate regimini, facientes, ut talis et talis ex illis eligatur, cui hæc potestas committenda sit, qui in Dei seruitio bonis operibus et sacrarum scripturarum excelsior ceteris inueniatur; sic quoque fiat auxiliante Deo pergenus omne nepotum, scilicet ut semper de parentibus nostris eligatur rector et gubernator ad principatum supradictæ familiæ; ea namque lege, ut nulli eorum, qui ad hanc dignitatem proueniunt, licitum sit prædictam familiam tradere potestati laicorum; sed semper his rectoribus, quos prædixi, correctâ protectâ adiuta suffulta permaneat. Si vero nostra parentela defecerit, aut per occultum Dei iudicium digna et probabilis huius ecclesiæ officio non paruerit, eligat sibi familia S. Alexandri perfectum quemcumque voluerit abbatem nutritum de ipsa familia. His ita peractis notum sit omnibus, quod dos, quam dedi ad ecclesiam S. Alexandri, fratrum sit, qui ibi Deo deseruiunt, hoc est in villa, quæ vocatur *Holtrup*, *Brunger*, *Richmund*, *Backward*, *Adelward*, *Meienbeun*, *Berhard*, *Richbreth*, *Macuben*: in *Kedel*, *Holtbusen*. *Derlich*, *Ebbe*: in *Varendorp*, *Auerhund*: in *Eftudkampe*, *Taddo*, *Waddo*: in *Ruarotbo*, *Tiodo*, *Uffo*: in *Saga* *Werneuer*: in *Gobensfette*, *Wiggad*: in *Dunstorpe*, *Wendebern*, *Auo*: in *Lutten*, *Sigiwal*: in *Golarwiede*, *Meye*: in *Ibum*, *Garwerck*: in *Bercksegen*, *Udig*, *Udulanus*. Terra vero, quam alii fideles sanctæ ecclesiæ dederunt vel donaturi sunt, sub potestate congregationis sit sancti Alexandri: nec ullus illorum, qui futuri sunt, seniorum potestatem habeat auferendi hereditatem, quam Christi fideles ecclesiæ sancti Alexandri donare dignati sunt. Si quis vero, quod futurum esse non credo, siue ego ipse, quod absit, aut ullus de propinquis meis, vel alia persona, quæ contra hanc traditionem venire tentauerit, aut eam infringere voluerit, in primis iram Dei omnipotentis incurrat, et insuper auri uncias XII. argenti libras XX. coactus persoluat: et, qui repetit, non euindicat: sed chartula ista a me et ab omnibus heredibus firma et stabili permaneat stipulatione subnixâ. Actum in villa *Wigaldighbuson* sub die XVI. Kal. nou. anno incarnationis domini nostri Jesu Christi DCCCLXXII. indictione quinta. Signum *Walberti*, qui hanc traditionem firmavit et firmare rogauit.

Cuius fuerit filia *Alburgis*, quæ in hoc diplomate nominatur vxor *Walberti*, disceptant eruditi. Hamelmannus illam appellat filiam comitis Lismonensis, tradens, eam cum *Walberto* iuxta *Wiebertum* *Wildeshufe* sepultam esse. *I. G. Eccard* in *Hist. Gen.* p. 24. prædicat, fuisse illam *Reginoldi* comitis filiam, qui floruerit circa annum 849 in diecesi Bremensi, atque *Ansgarium*, indutus auctoritate regii legati, in episcopatum Bremensem introduxit. Prouocat ipse ad testem *Albertum Stadensem* in *Chron.* p. m. 91. ad annum 845. Sin vero traditiones nostræ de ea memoriam iniiciunt, quod admodum probabile est: si eius porro filius fuit *Geroldus*, pro quo illa donauit (§. 95.) quædam, in pago *Huuetigo* seu in comitatu *Sualenbergensi* sita, ex donis, quæ idem *Geroldus*, cuius sepulchrum reperitur in templo Corbeiensi, tradidit abbatiæ nostræ, colligimus, eundem *Geroldum* ex stemmate *Widikindeo*, *Alburgam* vero seu *Alsburgam* ex domo *Brunoniana* procreuisse. Quemadmodum enim villæ *Gudulma* et *Esperbur* pagi *Nethga*, in quibus, quidquid hereditatis (a matre sua) habuit, donauit *Geroldus* (§. 163.) ad nullum alium, nisi ad possessorem castri *Brunonisburgi*, spectare potuerunt, ita dona in pagis *Huuetigo* §. 95. et in pago *Suilbergi* §.



Ab anno  
826 vsque  
853 im-  
perante  
Hludo-  
uico et

167. et 175. comprobant, *Geroldum* ad stemma *Widekindum* esse referendum. *Widekindum Magnum* circa Corbeiam possedisse prædia quædam, docent nos *Acta S. Ludgeri Tom. I. S. R. B. Leibn. f. 97. seq.* Illa enim referunt, *Buddonem* quendam propter furtum *caballorum Widekindi Saxonum ducis* morti adiudicatum, et in campo stipiti adligatum, iactatis in eum fudibus acutis et lapidibus necatum, corpusque eius in campo exanime relictum esse: eoque facto, *S. Ludgerum* ex *Hasslorum* prouincia ad illum locum peruenisse, et comperisse, quod *Buddo* iste Christianus fuerit: misisse ergo ad *Widekindum*, et petiuisse ab eo licentiam humandi corpus: eaque impetrata, *Buddonem* istum per orationes *S. Ludgeri* reuixisse, et postea eo in loco incolas crucem lapideam in monumentum miraculi erexisse, et campum illum ex nomine eiusdem viri *Buddonueli* nominasse. Non inepte ergo ex hisce colligitur, *Widekindum Magnum* in regione, circa locum *Buddonueli* sita, bona quædam possedisse. Quænam vero illa fuerint, nemo hucusque demonstrare valuit. Quemadmodum autem nos in pago *Suilbergi*, id est, in comitatu *Dasseliensi* haud procul a vico *Sibershufen* in præfectura *Hundesrück* inuenimus locum quendam denominatum *Widekindsbuch*, quod idem est ac *Widekindi* anfractus, ita hæ traditiones indicant, quænam *Widekindi* prædia in istis oris posita fuerint, quæ in ditionem postea filiorum et nepotum eius peruenere. Cum igitur *Geroldus* (§. 167.) in *Suilbergi* pago intra villam *Thiednodesbus*, quæ est villa desolata *Derenissen* ante saltum *Sollinganum* sub castro *Lauenberge*, vnum milliare ab vrbe *Einbeka* et vnum milliare ab oppido *Dassel* distans, et porro, testante §. 175, *Corbeiensi* monasterio is, quæcunque habuit, in eodem pago *Suilbergi* tradiderit, pro quibus *Adalgerus* abbas *Geroldo* huic comiti in pago *Thuringia* in villa *Honesleue* dedit, quidquid habuit; suspirati sumus inde, *Geroldum* istum stirpi *Widikindee* esse tribuendum, atque illum tempore regis *Hludouici* comitatum suum in pago *Thuringia* probabiliter habuisse, satorem fortassis alicuius familie illustrissimæ hucusque ignotum. Illud inter hæc est certum, *Geroldum* in senectute se monasterio *Corbeiensi* adfoeciasse ibidemque finiuisse vitam.

b) Bardo  
nepos  
Wid-  
kindi M.

Adiungimus autem *Walberto* fratrem *Bardonem*, et hoc valide colligimus partim ex hereditate ducis *Hessi*, partim ex eo, quod *Bardo* cum reliquis fratribus et consanguineis eam adiit, et præterea ex illis momentis, quæ de hoc *Bardone* in his traditionibus commemorantur. Ex illis enim citra controuersiam sequitur, *Bardonem I* fuisse fratrem *Walberti* et nepotem *Widikindi Magni*.

Vt autem hoc persuadeatur omnibus, animum nostrum adpellere debemus ad ea, quæ de hoc *Bardone* in his traditionibus narrantur. In hisce, tradidisse (§. 116). *Bardonem* comitem in villa *Tiuhili* in pago *Pathergo* ecclesie nostræ, quidquid habuit, litteris proditum animaduertimus. Tum vero ostendendum est, familiam *Widikindeam* in eadem regione amplissima prædia possedisse. Hic autem ea repetere nolumus, quæ iam supra ad §. 99. exposuimus, ubi, matronam *Eillog* in eodem *Pathergo* pago villa *Wamuri* dedisse pro filia sua *Tetta*, quidquid habuit, indicatum fuit. Argumentari inde licet, eandem *Eillog*, vxorem *Alfrici I*, qui erat filius *Widikindi Magni*, et *Tettam* fuisse abbatissam primam *Herifordensem*, eaque propter probabilissime illi dignitati abbatiali adnotam, quia ipsa et filia opulentissimi domini, qui in proximo prædia sua habebat, et consanguinea abbatis *Warini* erat; sed libet producere testimonium grauissimum Auctoris *Vite Mathildis Regine Tom. I. Leibn. f. 194*. Hic enim narrat, *Otonem illustrem*, ducem *Saxonie* et patrem *Heinrici Aucupis*, misisse comitem suum *Thietmarum* ad explorandum formam herilem et laudabilem virginis *Mathildis* filie *Thietrici* Comitis in occidentalem regionem, id est, in *Westfaliam*. Ea, quod addit ille, tum temporis a sua auia, abbatissa *Mathilda*, matre *Thietrici* comitis, in *Herifordensi* monasterio nutrebat. *Thietmarus*, tacite inuestigatis et caute consideratis momentis omnibus, *Otoni* renuntiavit cuncta, quæ viderat. Quibus compertis, *Otonem* ducem die sequenti iussit ire suum filium *Heinricum* ad *Herifordense* cænobium, vna cum *Thietmaro* comite magistro suo, vt cauta consideratione perspicerent, an forma moresque puella ipsi conuenirent. Postquam itaque, pergit idem auctor, *Heinricus* postulasset, sibi copiam dari alloquendi abbatissam, abbatissa secum duxit *Heinricum* vna cum comite *Thietmaro* in suum cubiculum, et familiare cum eis in longum protraxit colloquium. *Heinricus* eo facto sumit fiduciam, paulatimque cepit sermonem de origine, interrogans, quantum prouecta esset ætate, aut qualis statura, postremo



postremo etiam voluit sibi licentiam dari ipsam conspiciendi. In hoc aduocata <sup>gubernante</sup> ex præcepto abbatissæ, apparuit virginalis incessus et pudicitie habitus, frons <sup>Corbeiam</sup> serena, et speciosus ad intuendum vultus. Ipsi candor liliis exitit perfimilis. <sup>Waringo.</sup> Viuax eius color referebat rosarum folia. Hanc tanti decoris virginem ut vidit *Heinricus*, minime valens diutius celare amorem in medullis latentem, postulat, precibus contendens, ut ipsa sibi desponderetur. Contra ea abbatissa oculos deiecit, et, nutanti animo, quo minus responderet, diu hæsitauit. Cum autem magis magisque instaret *Heinricus* precibus, tandem abbatissa respondit: non est nostrum, eam nuptui dare alicui sine consilio et consensu parentum: dignum est enim, ut illa a nobis integra fide restitatur eis, a quibus nostræ procurationi commendata est, siquidem nobis est id incertum, an alterius viri eam designauerint thalamo. Addidit ipsa hoc præterea: Quamquam nobis sit incognitum, quem velint eligere generum, adnuemus tamen vestro voto, et, si Dei sic fert voluntas, nostra ex parte non tardabimus nuptias: quia excellentia vestri generis crebro nobis fuit celebrata: nec id est minima fœderis pars, quod ipsimet ad nos iter direxistis. Abiecta mora, ornamentis honeste paratis, quæ congruebant desponsationi virginis *sequenti die*, *Heinricus* secum duxit venerabilem hanc virginem in regionem Saxoniam. Ex hac narratione citra controuersiam consequitur, parentes et cognatos *Matbildis*, qui a posteris *Widekindi egregii ducis* processerant, ut excitatus auctor loco laudato affirmat, in vicinia Herifordensis monasterii habitasse. Quomodo enim postera statim die desponsationi *Matbildis* consentire potuissent, nisi in vicinia cœnobii Herifordensis habitassent? Quamuis autem quis perhibere posset, *Theodoricum* comitem, patrem reginæ *Matbildis*, domicilium habere potuisse in oppido Angaria, quod negare quidem non possumus; considerandum tamen est, infra ex §. 229. apparere, patrem reginæ *Matbildis* in eadem regione, qua hæc tradidit *Bardo comes*, habitasse. Ex quo momento sine vilo dubio consequitur, *Widekindi Magni* posteros in regione circa urbem Herfordiam, tam versus occidentem quam versus meridiem, amplissima tenuisse prædia. Atque ex his ratio perspicui poterit, ut hoc quoque obseruemus, quod nondum, opinor, vllus annotauit, cur *Carolus M.* ad Paderam fontem tam sæpe diuerterit, sæpe in regione circa urbem Paderbornam castra posuerit, et in loco Paderbrunna sedem episcopalem fieri iusserit. Id ideo fecit, ut vires et facultates *Widekindo Magni* eo melius adimeret, eique quam acerbissimum inureret dolorem. Quæ enim maior offensio accidere potuit domino, pagana superstitione adhuc contaminato, quam si ipse crebro rescisceret, in meditullio prouinciarum suarum excitari cultum alicuius Dei ignoti, patriæque sedes, aras, focos et penates subiectos esse libidini intolerandi tyranni. Pro aris et focus ergo sibi necessarium certamen fore cum Francis, *Widekindus Magnus* existimauit.

Adde, postea *Bardonem comitem* inter testes reperiri (§. 125), cum *Cobbo*, frater *Luidolfi* ducis Saxoniam, pro filio sororis suæ *Hadwi Amelungo* traderet in pago Mosweddi ad Albim, quidquid *Amelungus* iste, inter progenitores ducis *Hermani* Billingi referendus, ibidem habuerat. Ex quo quidem firmiter colligi non posse, *Bardonem* fuisse nepotem *Widekindi*, concedimus. Omnibus aliis vero momentis rationibusque id inde consequi, nemo negare poterit, *Bardonem* fuisse consanguineum ducis *Luidolfi*, et quidem propter nuptias *Folclogæ*, *Beuoni* fratri *Luidolfi* ducis nuptæ. Eadem consanguinitas apparet porro ex §. 126. Ex eo enim discimus, uxorem ducis *Luidolfi* (quæ testante *Hroswitha Gandersheimensi Oda* et filia *Billingi* fuit) ipsi *Bardoni comiti* commendasse pro *Luidolfo* duce in pago Bardengo bona quædam, quæ *Luidolfus* sine vilo dubio in dorem ab *Oda* patre propter nuptias acceperat, tradidisse abbatie Corbeiensis. Ad quam rem perficiendam probabilissime delegerant eam ob causam *Bardonem* nostrum, quia is vtriusque, tam *Oda* quam *Luidolfi*, consanguineus erat, ea scilicet ratione, quam modo indicauimus.

Nec minus elucescit ex §. 129, *Bardonem* nostrum comprouincialem fuisse illorum dominorum, qui eam per regionem prædia possidebant, in qua posteris *Widekindi Magni* ea habuerant. Cum enim *Waldgerus* quidam in pago Thiadmelli in villa *Hastenbus*, quæ fuisse villa *Harste* videtur inter Herford et Dethmold oppida, mansum donaret abbatie nostræ, *Herimann* et *Bardo* inter testes reperiebantur. Definire iam non licet, an ille *Herimannus* fuerit *Herimannus*, quem supra filium *Widekindi Magni* appellauimus, an istius extiterit *Herimanni* filius. Testis erat *Bardo comes*, qua consanguineus, cum (§. 149.) *Hadwy*, *Luidolfi*



Ab anno  
826vique  
853 im-  
perante  
Hludo-  
uico et

ducis soror, pro anima viri sui *Amalungi*, et filiorum suorum *Bennidi* atque *Amalungi* in pago Nethga quædam (ex hereditate paterna) largiretur. Postea idem *Bardo comes* inter testes comparuit, cum (§. 158.) eius fororius, et frater dictæ *Hadwy*, *Beus*, in *Astonboltejemarki*, qui marcus inter *Dethmold*, *Lipspringe* et *Horen* oppida quarendus est, quidquid haberet, traderet. Denique *Bardo comes* cum *Herimanno comite* inter testes erat, cum (§. 169.) *Ida ducissa* omnia, quæ habuit, in villa *Helmonsede* in pago *Itergo*, quæ vicus *Helmscheit* est intra præfecturam *Eisenberg* in principatu *Waldecensi*, traderet. Erant probabilissime, ut comprouinciales et consanguinei, præsto *Herimannus comes* et *Bardo comes*, sator serenissimorum principum, de *Waldeck* appellari solitorum. Post hæc iidem, *Herimannus* scilicet et *Bardo*, præsentem erant, cum, testante §. 200, *Reddag*, in pago *Angeri* eiusque villa *Arwitti*, quæ vicus *Erwete* est in marca *Sturmethi* haud procul ab oppido *Geseke*, mansum vnum traderet. Vnde non inepte licet colligere, *Bardonem comitem* satorem comitum *Sualenbergensium* et *Waldecensium*, tanquam vicinum, præsentem fuisse. Accedit, quod *Bardo comes* (§. 231.) luculentis verbis propinquus *Beuonis* eiusque vxoris *Folelog* appellatur. Tradidit ibidem *Folelog* in villa *Foanreder* intra pagum *Mersthem* hereditatem suam, ut hæc ipsi et viro suo *Beuoni* iure beneficii excolenda donaretur. Ex quo momento solide argumentamur, eandem *Folelog* ad stemma *Widekindum* esse referendam, *Bardonem*que nostrum ad eandem stirpem spectasse. Infra ostendendi erit locus, familiam *Widekindam* in eodem pago *Mersthem* amplissima possedisse prædia. Inprimis autem hoc loco memorabile est, *Bardonem* nostrum appellari *aduocatam Corbeiensis*. Nos iam supra sæpius significauimus, primos *aduocatos Corbeiensis* fuisse ducem *Luidolfum* eiusque filios et posteros, et postea eandem dignitatem nobilissimam peruenisse ad comites *Northemenfes*, et, hæc extinctis, ad *Sualenburgenses* et *Pymontanos*, tandem vero ad serenissimos *Duces Brunluicenses*. Quid autem *Saul* inter prophetas? Quare *Bardo comes*, ex alia stirpe procreatus, inter *Ludolfinos* et genuinos *aduocatos* abbatiæ nostræ refertur? Sane ipsum *Luidolfum* eiusque filium *Otonem*, ducem, *aduocatos* fuisse *Corbeiensis*, diplomatibus æri incisus comprobatur fuisse. Illamque *aduocatiæ* dignitatem hereditariam fuisse, iam supra docuimus. Quid ergo sentiendum erit de *Bardone* nostro? Restat, ut vel adfirmemus, eum ut propiorem agnatum tutorem *Luidolfi* filii, *Brunoni* scilicet atque *Otoni*, adhuc natu minoribus, constitutum esse, et quidquid in modum *aduocati* egerit, non suo, sed tutorio, nomine egisse; vel ut credamus, *Bardonem* nostrum duntaxat in loca, suis bonis adiacentia, *aduocatum* constitutum fuisse, quod in nostra *Saxonia*, uti diplomata nostra indicant, inusitatum non erat. Villa *Foanreder* in pago *Mersthem* obuia erat, in quo et prædia et fortasse comitatum suum habebat *Bardo*. Posterior sententia videtur præferenda priori. Quia enim *Beu* comes et *Cobbo* comes, fratres *Luidolfi* ducis, propiores agnati erant *Bardone*, ad ipsos tutela filiorum *Luidolfi* sine dubio potius spectasset.

Post hæc *Bardo comes* denuo inter testes prodit (§. 245), cum *Ico* (etiam ad stemma *Widekindum* referendus) pro filio suo *Radulfo* sita intra villam *Adikenhus* in pago *Huuetigo*, id est, in comitatibus *Sualenbergico* et *Pymontano* quædam traderet. Huic negotio *Bardo comes* interfuisse videtur, vel ut comprouincialis vel ut consanguineus, id quod de euentu alio præterea pronuntiandum est. Nam *Wigbertus* (§. 256.) eiusdem pagi *Huuetago* in villa *Billurbeke* mansum vnum contulit abbatiæ nostræ. Tandem vero ex §. 373 euidentissime et citra omnem controuersiam apparet, *Bardonem* nostrum fuisse fratrem *Walberti*, nepotis *Widekindi Magni*, quia *Bardonis* II patruus appellatur *Walbertus*.

Et ut hoc planum et perspicuum fiat, filios *Bardonis* I recensemus oportet. Hic autem primo incidimus in *Wicbertum* (§. 337.), qui pro patre suo *Bardone* in villa *Foanrode* intra pagum *Mersthem* duos mansos et XXXV iugera donauit. Quæ cum eadem villa fuerit, in qua *Folelog* vxor *Beuonis* comitis, testante §. 231, quædam tradiderat, nemo non videt, *Bardonem* istum ad stemma *Widekindum* esse referendum. Quodsi igitur *Wicberthi* pater fuit *Bardo*, nemo negare poterit, *Wicberthum* fuisse filium *Bardonis*. Fuisse autem isti *Wicberto* fratrem appellatum *Bardonem*, patet ex §. 367. In eo enim *Bardo* pro fratre suo *Wiberto* quædam tradidit in *Patibus* villa pagi *Mersthem*, quæ villa videtur esse vicus *Pattensen* in principatu *Calenbergico*. Cum porro in eodem pago familia *Widekinda* habuerit prædia alia, nemo inficiabitur, sermonem esse hic de

Bardonis  
I. liberi  
1) *Wicbertus*.

2) *Bardo*  
II.



de *Bardone*, ad stemma Widikindeum referendo. Luculentum ergo est, de hoc *Bardone*, *Bardonis I filio*, memoriam iniici §. 373, ubi refertur, *Bardone* quædam tradidisse in *Bellerbiki*, villa pagi Huuetigo, et in *Telmeri*, villa pagi Tilithi, pro patruo suo *Walberto*. Villa *Bellerbiki* (olim in comitatu Sualenbergico reperiunda) sine vilo dubio eadem villa est, in qua *Alsburg* vxor *Walberti* nepotis *Widekindi M.* (§. 95.) et *Wibertus* (§. 256.) quædam tradiderant. Villa autem *Telmeri*, obuia in pago Tilithi, qui pago Huuetigo erat contiguus, videtur esse vicus *Dölme* situs ad *Wiseram*, cuius ecclesia filia est ecclesia in *Rühle* intra præfecturam *Forst* in ducatu *Brunsvicensi*. Qua in regione posteri *Widekindi M.* plura alia bona possedere, quæ acceperunt ipsi vel in dotem, quia vxores duxerant ex domo *Brunoniana*, vel quia vtriusque domus domini ex eodem stemmate progerminarant. Quodsi igitur *Bardonis II* patruus fuit *Walbertus*, nemini dubitatio suboriri poterit, quin *Bardo I*, sator principum de *Waldeck*, fuerit frater *Walberti*, et eapropter nepos *Widekindi Magni*.

Libet porro reliquos filios *Bardonis I* respicere. Eo ipso deprehendimus *Alfricum*, qui (§. 256.) appellatur frater *Wigberti*, *Wigbertus* enim pro hoc fratre suo *Alfrico* donauit quædam, sita in sapius dicta villa *Billurbeke* intra pagum Huuetago. Designamus autem hic eundem *Wigbertum*, qui (§. 337.) appellatur filius *Bardonis*. Quamuis enim nobis quis obicere posset, non videri hic per *Wigbertum* posse significari filium *Bardonis I*, quod ipse *Bardo comes* inter testes reperiat, neque probabile sit, patrem voluisse testimonium perhibere, cum filius suus quædam donasset; respondemus tamen, aut statuendum esse, illos, *Wibertum* atque *Alfricum*, filios fuisse *Alfrici I*, vel *Obtriti* vel *Herimanni*, aut affirmandum, illos fuisse filios *Bardonis I*. Itum enim *Wigbertum* non possumus habere pro *Wiberto*, filio *Walberti I*, qui postea episcopus creatus fuit *Verdenensis*. Si enim huius *Alfrici II* meminerunt traditiones nostræ (§. 320), referentes, eum dedisse in *Budineuldun*, villa pagi *Parthergo*, quædam pro matre sua *Hateburg*, tum ibi neque *Alfricus* neque *Wigbertus* (§. 256), ex *Walberto I* nati, in censum venire queunt. Huius enim *Walberti* vxor, vti audiuius, non *Hateburg*, sed *Alsburg*, nominabatur. Ponamus ergo, *Alfricum* fuisse filium *Bardonis I*, huius porro *Bardonis I* vxorem fuisse *Hateburgam*, *Alfrici* vero vxorem nominatam fuisse *Otbilburgam*, vti docet §. 348. Hic enim tradit *Alfricus* pro se atque vxore sua *Otbilburga* quinque mansos et omnia, quæ habuit, in Breco villa pagi Huuetigo. *Alfricum* ergo et *Wigbertum* pro filiis *Bardonis I* habere libet. Adfirmamus id eam quoque ob causam, quia villa *Budineuldun* non procul abest a villa *Tiuhili* seu *Thule*, in qua *Bardo I* ille quædam tradiderat, vti supra comperisse licuit. Habuit autem *Bardo I* præterea alium filium, appellatum *Wahlbertum*. Id enim discimus ex §. 378, quo *Wahlbertus* donat quædam in pagi *Parthergo* villa *Langalaua* pro filio fratris sui *Bardonis Herimannus*. Ex quo apparet, 1) sermonem hic esse de quodam *Bardone*, ad posteros *Widekindi Magni* referendo, quia supra vidimus, posteros *Widekindi Magni* in pago *Parthergo* prædia alia possedisse: 2) nullum alium *Bardone* hic designari potuisse, nisi *Bardone II*, filium *Bardonis I*: 3) *Wahlbertum* istum, probabiliter ab eius patruo ita appellatum, filium fuisse *Bardonis I*, et 4) *Bardone II* fuisse filium *Herimannum*. Hanc ob causam nemo dubitabit, indicari §. 413, et 422, hunc *Bardone II*, cuiusque filium *Herimannum*. Si loco priori *Bardo* pro vxore sua *Alfreda* quædam tradit in pagi *Suilbergi* villa *Aldanthorpe*, et posteriori loco *Herimannus* pro coniuge sua *Imma* et matre sua *Alfreda*, quidquid habuit in *Thieddegheshus* in pago *Suilbergi*; *Aldanthorpe* vero est vel *Marckolendorp* vicus in comitatu *Dasseliensi* seu intra præfecturam *Hundesfruck* in episcopatu *Hildesensi*, vel *Stadt-Oldendorp*, inde non multum remota vrbs *Principatus Wolferbuttelani*, vel *Allendorp*, villa desolata haud procul ab oppido *Einbeck*: *Thieddegheshus*, est *Thidexen*, villa desolata itidem non procul ab vrbe *Einbecka*, cuius porta vna inde adhuc vocatur *Tidexensis*; Hæ villæ sine vilo dubio reliquæ erant bonorum *Widekindi Magni* in eadem regione. Patet ergo ex his, 1) *Herimannum* fuisse filium *Bardonis* atque *Alfredi*, et 2) *Herimannum* coniugem habuisse nomine *Immam*. Hic autem quærere licet, cuiusnam stirpis fuerit illa *Imma*, coniux *Herimanni*? Ne hoc relinquamus intactum, respondemus, eam probabilissime fuisse stirpis *Ludolfinæ*, et quidem *Brunonis* comitis, et *Frederunæ*, quæ soror erat reginæ *Matbildis*, filiam, atque ita sororem *Echerti* vnoculi. Quædam de hac *Imma* iam supra præmisimus not. (n). *Imma* mater ap-



Ab anno  
826 vsque  
853 im-  
perante  
Hudo-  
uico et

Herdeg.

pellatur *Herdagi II*, (§. 462), probabiliter a propatruo suo *Herdago I* ita nominati. *Herdagus I* autem dicitur *proximus Luidolfi* (§. 343), verifimiliter propter matrimonium ipsius *Herdagi*, initi cum *Meresuit* filia Luidolfi ducis. Nihil itaque impedit, quo minus referri quoque possit *Imma* ad stemma Ludolfinum. Sic *Herdagus I* quoque filius *Bardonis I* fuisse videtur. Quamvis enim verbis claris in traditionibus nostris non significetur, *Herdagum* fuisse fratrem *Bardonis II*; arbitramur tamen, ita pronunciandum esse. Nam etsi ex donis, quae idem *Herdeg* (§. 343.) donavit, quaeque in pago Auga erant, colligi possit, eum ad familiam Ludolfinam pertinuisse; probabilissimum tamen erit, *Meresuitam Herdegi* uxorem, pro qua eadem bona traduntur, stirpis Brunonianae et filiam Luidolfi ducis fuisse et eam haec viro suo loco dotis attulisse. Referre itaque hunc *Herdegum* maluimus ad stemma Widikindeum, quam Brunonianum, quia (§. 462.) *Herdagus* quidam nominatur filius *Immae*, quae eius mater fuit, et pro qua idem *Herdagus* in pagi Suilbergi villa *Cathingbus*, quae vicus Koenfen videtur esse prope Limbecam sita in ducatu Grubenhagico, donat LX iugera et II iurnales. Quemadmodum autem propterea cum nullo mortalium in arenam descendere volumus, ita aliquis ex §. 258. colligere possit, plures dominos in familia Widikindea nomina Heridagi atque Herimanni habuisse, quam qui a nobis adducti sunt.

b) Gode-  
fridus.

Deinde inficiandum haud est, *Godefridum comitem* fuisse filium *Bardonis II*, atque ideo fratrem *Herimanni*. Patet id ipsum ex diplomate sequenti, quod ex MScto adferimus:

**C**In nomine sc̄e et indiuidue trinitatis. *Heinricus* diuina fauente clementia rex. cum omnes catholici cuiuscunque conditionis ad hoc suam intentionem dirigere debeant. ut domno ec̄cl̄isq̄. in honore d̄i dicatis debitum honorem exhibeant et de omnibus. que diuina largiente pietate acceperint. gratias agendo omnium bonorum largitori oblationes conferant. nos quoq̄. diuine dispositionis prouidentia ad summum reipublice culmen regendum promouit. quanto plus ceteris in hoc mundo accepisse cernimur tanto magis d̄o ec̄cl̄isq̄. diuino cultui mancipatis cum gratiarum actionibus cotidie offerre debitores esse recognoscimus. Quapropter sciant omnes fideles n̄ri presentes scilicet et futuri. qualiter nos ec̄cl̄ie hildeneshemensi in honore sc̄e marie constructe pro remedio anime n̄re et dilectissime conuictalis n̄re *Cunigunde* pdium quoddam dedimus in uilla que vocatur *ledbi* in pago *gudinge* in comitatu *luidolfi* comitis uniuersaliter quidquid ibidem a *godefrido* milite n̄ro *bardonis comitis filio* donante legitima traditione accepimus cum omnibus appertinentiis terris cultis et incultis siluis pascuis molendinis aquis aquarumue decursibus piscationibus mancipiis utriusq̄. sexus excepto tamen uno seruo qui *rodimundus* uocatur et cum omnibus acquisitis seu inquirendis ex n̄ra proprietate eidem ec̄cl̄ie stabili iure concessimus ea quidem conditione ut specialiter ad manus confratrum qui ibidem diuinis obsequiis sub canonica regula sunt deputati respiciat et si quid aliquo modo inde exigant eorundem utilitati tantum modo deputetur isto tamen modo ut per singulos annos cum diei ordinationis n̄re recurrat communiter eis in refectorio quanto melius possit in cibo atque potu debitum obsequium impendant. si quando autem dominus de ergastulo huius corporis nos reuocare dignetur uolumus ut pro intermisso tunc ordinationis die obitus n̄ri terminus annuatim in posterum parili obsequio eisdem fratribus ad memoriam reuocetur. Et quo hec n̄re traditionis auctoritas stabilis et inconuulsa omni tempore permaneat n̄reque oblationis deuotio a nemine unquam in futuro corrumpenda petitionis consequatur effectum hanc regaliter precepti paginam conscribi ac manu propria confirmantes sigillo n̄ro precepimus insigniri.

Signum



Signum domni  
Heinrici

regis inuictissimi.

guber-  
nante  
Corbe-  
iam Wa-  
rino.

Guntherus cancellarius uice erkanbaldi archicappellani recognoui.  
data VII. Kal. aprilis indictione XI. anno dominice incarnationis  
M. X. III. anno uero domni Heinrici secundi regnantis XI. actum  
*bildenesheim* feliciter amen.

Sigillum dedimus  
Tab. I, n. 5.

Ex hoc diplomate, *Bardoni comiti* fuisse filium *Godefridum*, inter omnes potest constare. Sic est, inquis. At quæris, quare contendis, *Bardonem* istum inferendum esse stirpi *Widikindeæ*, eandemque familiam aliquid iuris in pago *Gudinge* possedisse? Ex his ipsis, pergis, traditionibus et quidem ex §. 263. elucescit, et ipse iam supra asseruisti, genus *Brunonianum* in pagi *Gudinge* villa *Medeli*, quæ non procul a villa *Ledhi* abfuit, bonorum quid habuisse. Sed, respondeo, considerandum est primo, *Widekindum Magnum* fuisse opulentissimum dominum inter *Saxones*, eundemque inter eos et claritate generis et opum amplitudine eminentissimum. Verba hæc sunt Præfationis in *Vitam Matildis reginæ* Tom. III. S. R. B. *Leibn.* f. 653. Deinde quæro, cur *Alfreda*, *Bardonis II* coniux, et ea propter *Godefridi* mater ad stemma *Brunonianum* retulisse suum genus, est improbabile? Videntur potius per illius dotem hæc possessiones ad posteros *Widekindi Magni* peruenisse.

Sed, hæc omisissis, patet tamen ex momentis supra adductis, *Herimannum* filium fuisse *Bardonis II*. Putamus autem, hunc *Herimannum* anno 940. comitem fuisse per pagum *Huetigo*. Id ipsum comprobamus ex diplomate sequenti, quod ex autographo producimus:

**C**In nomine scæ et indiuiduæ trinitatis. *Otto* diuina fauente clementia rex: Si petitionibus, quæ pro utilitatibus scæ nobis suggeruntur locorum ad sensum prebuerimus. non solum regum morem decenter implemus. sed eosdem qui precantur ad seruitium nostrum promptiores efficiamus. Et quod maximum nobis prodesse proficuumque manere optamus ad æternæ remunerationis emolumentum excrescere liquido credimus. idcirco nouerit omnium fidelium nostrorum presentium et futurorum sollertia. quomodo nos ob amorem dei et animæ nostræ debitorumque nostrorum remedium nec non et interuentu coniugis nostræ dilectæ concessimus ut omnes abbates qui super monachos in noua *corbeia* deo scæque, *stephano* protomartiri et uito famulantes constituentur et nunc qui eis preest. *folcmarus abbas* bannum habeant super homines. qui ad præfatum coenobium et ad ciuitatem circa illud constructam confugere debent et in ea operari. hoc est in pago *auga* in comitatu *retbari* et in pago *netga* in comitatu *dendi* et *hamponis* et in pago *huetigo* in comitatu *herimanni*. nullus horum aut aliqua iudicialia potestas super præfatos homines potestatem ullius banni quam *burgban* uocant habeat nisi ipsius monasterii abba et cui ipse uult com-


A a 3



Ab anno  
826 vsque  
853 im-  
perante  
Hludo-  
uico et

mittere. quod scripto corroborauimus manu nra firmauimus et anulo nro sigillari iussimus.

fignum domni  
ottonis



inuitissimi regis

poppo cancellarius ad uicem fridurici archicapellani recognoui et sfff.

Data XIII kl. maii anno incarnationis domni DCCCCXL indictione XII. Anno autem regni Ottonis piissimi regis IIII. Actum uuerla palatio regio in di nomine feliciter amen.

Sigillum dedimus  
Tab. I, n. 5.

Herimanni  
comitis  
filii  
1) Wide-  
kindus.

*Herimanno*, qui in hoc diplomate appellatur comes in pago Huuetigo, fuisse filium, nomine *Widekindum*, apparet ex his traditionibus §. 458. Tradidit enim *Herimannus comes* loco laudato pro filio suo *Widekindo*, quidquid habuit in pagi Patherga uilla Durpeth. Hac uilla est uicus *Turpe* in episcopatus Paderbornensis terris haud procul a uico *Wever*, iter unius horae ab urbe Paderborna distante, disiunctus. Coniecturis si locus relinquitur, incidimus heic in dominum, familiae *Widikinde* inferendum, quia supra uidimus, *Widekindi M.* nepotem *Bardonem I* eadem in regione possedisse praedia. Unde porro de nullo alio *Widekindo* sermonem esse in diplomate sequenti, quod ex autographo exhibemus, nisi de nostro *Widekindo*, *Hermannii* filio, qui pater nominatur *Herimanni*, atque auus *Bardonis*, *Widekindi* atque *Heinrici*, fuit, colligere licet. Uilla autem, in quibus bona ab *Herimanno* tradita fuerunt, sunt sitae in pago *Almunga*, dictae *Suafharen*, *Schwafferen*, et *Haran*. *Haren* in dynastia *Wevelsburg* uisitur in episcopatu *Paderbornensi* haud procul a monasterio *Bodeke*. *Herwardeshusen* uero, locus pagi *Itterga*, nunc est *Hertzhausen*, intra dynastiam *Itter* in principatu *Waldeccensi* situs. En uero ipsum diploma:

☉ In nomine sc̄ae et indiuiduae trinitatis. Ego *Truhmarus* indignus monasterii sc̄orum martirum *stephani* & *viti* abbas notū facio omnibus ec̄clie *Corbeiensis* fidelibus p̄sentibus atq. futuris me diuino instinctu pro cultu d̄i dilatando cuiusdam ec̄clie fundamenta iecisse. accedente enim meae congregationis consilio atq. assensu in honorem omnipotentis d̄i & uenerationem sc̄i magni basilicam in uilla *Horobusen* que adiacet monasterio b̄ri petri ap̄lorum principis in monte *Eresburg* construxi. quam uenerabilis ec̄clie *Patherbrunnensis* ep̄us *Rotho* petitione mea consecrauit & sub inuocatione diuini nominis dedicauit. ne autem eadem basilica sc̄i magni indotata persisteret tradidi ei in dotem in p̄sentia aduocati mei *Brunonis comitis* hanc traditionem meam confirmantis decimas uillarum *wieringerinhusen* in *hessi husen* in *patherga osterep* in *almunga* & *berdinghusen* in *itterga* pagis. & ne qua ec̄cliaistica secularisue persona hanc traditionem ullo unquam tempore infringere aut contra eam ire p̄sumat p̄dictus ep̄us *Rotho* eam auctoritate b̄ri petri ap̄lorum principis banno suo confirmauit & in testimonium hanc cartam suo & meo sigillo signari p̄cepit. hec autem peracta sunt p̄sentem comite *Herimanno*. qui pro saluatione sua & patris sui *Widekindi* &



& coniugis suę *Berthe* filiorumq; suorum *Bardonis Widekindi* atq; *Hein-* guber-  
*rici* memoratę delegavit ecclię mansum & III. iugera in uillis *suaf-* nante  
*baran* & *baran* in pago *almunga* & mansum medium atq; iugera XX. Corbe-  
 in *berwardesbuson* in pago *itterga*. que bona ecclię corbeiensis resi- iam Wa-  
 gnauit ego autem ecclię sc̄i magni tradidi. insuper *Bernbarido. Ottone.* rino.  
*Erpone. Heinrico* comitibus. *Swardo. Ottone. Bernbarido. Thiathardo.*  
*Godufrido. Ezelino. Wichmanno. Bennukone. Bezelino. Gevaldo. Thie-*  
*drico. Haaldo. Esicone. Bernbario* atq; aliis quam plurimis p̄sentibus.


Data in monte *Eresburg* VI. kal. aug. ipso consecrationis die ecclię  
 suprascriptę anno dñice incarnationis M. XL. III. indict. XI. regnante  
 rege *Heinrico III.*

Sigilla exhibentur  
 Tab. I. n. 6. 7.

Fuisse autem *Widekindum III.* patrem *Herimanni* comitis, comitem per pagum  
*Huetigo* ad annum 1031, sequenti diplomate imus comprobatum.

**C** In nomine sc̄e et indiuidue trinitatis. *Chuonradus* dei ordinante  
 prouidentia romanorum imperator augustus. omnium dei nr̄iq; fide-  
 lium uniuersitati notum esse uolumus qualiter nos ob diuine mercedis  
 intuitum nec non per interuentum dilectissime conestalis nr̄e *Gisle*  
 imperatricis auguste simul etiam dilecti filii nr̄i regis *Heinrici* et iuge  
 seruitium *Meinuerci* patherbrunnensis ecclię ep̄i sepissime nobis fide-  
 liter impensum eidem ecclię in honore sc̄e dei genetricis marie ac sc̄i  
 kiliani martyris et sc̄i liborii ep̄i et confessoris constructę predium *ben-*  
*nansbuson valebroch dadanbroch* situm in pagis *huetiga* et *tilibi* in comi-  
 tatu *Widekindi* comitis cum omaibus ad ipsum predium iure ac legali-  
 ter pertinentibus cum mancipiis utriusq; sexus cum areis edificiis agris  
 campis terris cultis et incultis pratis pascuis siluis venationibus aquis aqua-  
 rumq; decursibus piscationibus molis molendinis uinis et inuis exitibus  
 et redditibus questis et inquirendis seu cum omni utilitate que uel scri-  
 bi aut nominari ullo modo potest in proprietatem donauimus et de nr̄o  
 iure ac dominio in eiusdem ius ac dominium omnino transfundimus  
 ea uidelicet ratione ut prenominatus ep̄us eiusq; successores de eodem  
 predio liberam posthac potestatem habeant tenendi commutandi uel  
 quidquid sibi utilitatis ecclię placuerit faciendi omnium hominum con-  
 tradictione remota. Et ut hec nr̄e traditionis auctoritas stabilis et in-  
 conuulsa per omnia seculorum curricula permaneat hanc paginam inde  
 conscriptam manu propria roborantes sigilli nr̄i impressione iussimus  
 sigillari.

Signum domni  
 Chuonradi in-  
 uictissimi



romanorum impera-  
 toris augusti

*Vdalricus* cancellarius uice arionis archicapellani recognouit.

data



Ab anno  
826 vsque  
853 im-  
perante  
Hludo-  
uico et

2) Bardo  
archie-  
piscopus,

3) Hein-  
ricus.

data XI. kal. martii indiēt. XIII. anno dñice incarnationis MXXXI.  
anno uero domni chuonradi scđi regn. VII. imperii III. actum *Gof-  
lare.*

Plura de hoc *Widekindo* comite expiscari haud licuit. Probabilissimam si se-  
quimur coniecturam, eius frater fuit *Bardo*, archiepiscopus Moguntinus atque  
archicancellarius imperii. Quemadmodum enim hunc *Bardone*m referunt na-  
tum esse in Wetterauia, eumque imperatrici Gisla (cuius, si frater *Widekindi*  
erat, consanguineus fuit) artibus obtinuisse archiepiscopatum, atque *Ariboni* suc-  
cessisse, *Vita Meinweri* T. I. Leibn. f. 560. teste, ita nomen *Bardonis*, quod in  
familia *Widekinda* creberrimum erat, prodit, *Bardone*m archiepiscopum ad  
aliam stirpem vix referendum esse atque ad *Widekindam*. Videtur Archiepi-  
scopo nomen id adhaesisse ex proauo atque auo. *Hermannus* certe, *Widekindi*  
filius, rursus filio suo maiori natu nomen *Bardonis* indidisse videtur, repeti-  
tum ex patruo suo *Bardone*. Meminere huius *Bardonis* archiepiscopi *Mogun-  
tini Acta publica* ad annos 1032, 1033, 1035, 1036, 1039, 1042, 1044, 1045,  
1048, 1049. Anno 1050 vel 1051. mortuus fuit. Illud tradit *Hermannus Con-  
tractus* in *Chronico* ad a. 1050, hoc auctor *Chronici Stederburg. Tom. I. Leibni-  
tii* f. 852. Et sane eius successor *Luitpoldus* iam anno 1052 in diplomatibus  
přesto est. Fuerat antea *Bardo* noster et *Werthinensis* et *Herueldensis* abbas,  
testante *Vita Meinweri* l. c. p. 560. Ipse appellatus fuit ob eloquentiam suam  
Germanorum *Chrysofomus*. *Vitam Godehardi episcopi Hildesh. Tom. I. Leibn. p.*  
404 huius rei compello testem. *Bardo*, *Herimanni filius*, cuius meminuit ad an-  
num 1043 diploma supra insertum, diu postea vixisse non videtur. Eius frater  
*Widekindus* probabiliter ille videtur fuisse *Widekindus*, qui anno 1098 in pagi  
*Merstemen* mallo *Linden* comes fuit, testante diplomate *MSēto Witelonis* epi-  
scopi *Mindenensis*. An vero eius filius fuerit *Widekindus de Sualenberg*, qui circa  
annum 1124 in mallo suo intra pagum *Merstemen* in loco *Lindard* firmavit ac  
corroborauit traditionem matronę *Gerburgę* eiusque filii *Thyemari*, quorum  
vterque ecclęsię *Mindensi* omnem proprietatem in *Gernhufen*, *Langtrohen* et  
*Honhorst*, vti refert *Lerbecius* in *Chron. Episcop. Mindens. Tom. II. Leibn. f.*  
175. donauit, id in medio relinquimus. Tamen probabile nobis videtur, il-  
lum *Widekindum* 1098 fuisse comitem de *Hallermund* dictorum procrea-  
torem. Tertius *Herimanni filius*, cui nomen *Heinricus*, familiam propagauit.  
Demonstramus id ipsum ex sequenti diplomate, quod in lucem ex autographo  
emittimus:

**C** In nomine scđe et indiuidue trinitatis *Erkenbertus* corbeiensis abbas  
presentibus atq. futuris notum esse uolumus qualiter *Conradus comes*  
considerans uitę humanę breuitatem & gaudiorum coelestium penni-  
tatem tradidit ad reliquias scđorum martirum *Stephani Viti* atq. *Iustini*  
pro salutari remedio anime sue & legitime conthoralis sue *Mathild*  
filiorumq. suorum *Conradi Ottonis* atq. *Adelberti* in přentia nri & ad-  
uocati & fidelium nřorum IIII mancipia cum duobus mansit in uilla  
nuncupante *Stablo*. Ut ergo nunquam aliqua ecclęastica secularisue  
persona sup hoc negotio aliquam inactitudinem ecclęie nřę faciat atq.  
hec traditio ei rata & firma semp pmaneat hanc cartam inde conscribi  
& nřo & sigillo patroni nři insigniri iussimus coram his testibus. *Sigi-  
frido comite & aduocato. Heinrico comite uiceaduocato & filio eius Wi-  
dekindo. Reinholdo comite & fratre eius Thiatmaro. Folcmaro. Liu-  
dolfo. Godescalco dapifero. Walderico pincerna. Waldevico kamerario.*  
*Remberto. Bodone. Humperto. Brunone. Euerbardo. Reinbardo. Conrado*  
aliisq. multis.

Actum Corbeia XVI. kal. iulii anno dñice incarnationis M. C. X. III.  
indiēt.



indict. V. regnante Heinrico V. anno uero ordinationis uenit. abbatif Erkenberti VIII.

gubernante Corbeiam Wario.



Sigillum exhibetur  
Tab. I. n. 8.

Qui hoc diplomate memoratur Conradus comes, is sine ullo dubio est *Conradus comes de Euerstein*. Indicio est villa Stahlo, vix iter vnus horæ a castro Euerstein distans ad Wiseram. *Sigisfridus* aduocatus erat *comes de Northem*, et *Reinboldus* eius frater *comes de Duffla*, vt ex aliis ineditis nostris chartis apparet. Inprimis autem memorabile est *Heinricum comitem* appellari in hoc diplomate Viceaduocatum Corbeiensem et patrem *Widkindi*. Inde videtur cogi effictique, *Heinricum comitem*, qui, vt iam supra demonstrauius, filius *Herimanni* et nepos *Widkindi* erat, patrem fuisse *Widkindi, comiti de Sualonberg*. Est præterea autographum diploma ad manus, quod æri incisum in Historia Corbeienfi luci dare libet, in quo *Widkindus de Sualonberg* nominatur Viceaduocatus Corbeienfis. Hic *Widkindus* videtur fuisse is, qui hic nuncupatur *filius Heinrici comitis viceaduocati Corbeienfis*. Probabilissimum proinde est, comites *Sualenbergenses* originem traxisse a *Widkindo Magno*, potentissimo duce Saxonie.

Heinricus filius Widkindus comes de Sualenberg.

Quodsi autem huius *Heinrici* nepos et pronepos, *Volwinus comes de Sualenberg* eiusque filius *Widkindus de Waldekke*, fuere aduocati *Patherbrunnensis* ecclesie, designatur idem sequenti diplomate *Heinricus*, pater scilicet *Widkindi de Sualenberge* illius, qui adpellari solet aduocatus *Patherbrunnensis*. Villa *Swinuelde* videtur nunc dici *Schweinsbel*, vicus præfecturæ *Eisenberg* in principatu *Waldeccensi*. *Bertha* et *Walburch*, eorumque heredes (et fortassis fratres) *Bernhard* et *Fredericus* ad stirpem *Waldeccensem* iidem referendi videntur. Nemini intercedemus, quem hos pro liberis *Bardonis vel Widkindi* habere iuuat. Accipe ipsum diploma e MScto:

**C** In nomine scæ et indiuiduæ trinitatis. *Heinricus* dei gratia *Patherbrunnensis* ecclie ep̄s quod ad multorum notitiam peruenire congruum duximus litterarum monumentis mandare prouida deliberatione curauimus. present ergo etas omnisq. secutura nouerit posteritas qualiter duæ sorores secundum carnem libere *Bertha* & *Walburch* nomine cum consensu tutoris sui *friteboldi* suorumq. heredum *Bernhardi* & *Frederici* duos mansos in uilla *swinuelde* quos hereditario iure possederant ad *Patherbrunnense* cenobium in honore scõrum ap̄lõrum Petri & Pauli constructum tradiderunt ut non solum beneficium necessarie consolationis sed etiam auxilium oportune experirentur defensionis. Hec traditio primo facta est in placito *Walonis* presidis loco qui dicitur *burc* coram multitudine que ad tribunal eius conuenerat quam ipse regali banno confirmauit & roborauit. secundo coram principali altari scõrum ap̄lõrum Petri & Pauli presente domno *Gumberto* abbate cum omni congregatione laicorumq. multitudine ubi & *Heinricus* n̄r̄ ecclie aduocatus predictam traditionem de altari suscepit regieq. potestatis banno postmodum in placito aduocatus sue stabiluit. Postea prenominate sorores ab amicis suis admonite se ipsas in proprietatem predictæ ecclie tradiderunt & prefatos mansos cum uno qui erat ecclie in eadem uilla usibus suis quam diu uiuerent profuturos in beneficium acceperunt. Hanc traditionem tam legitime factam banniq. n̄r̄ auctoritate firmatam si quis quod absit infringere temptauerit uel aliquam lesionem seu

Bb



Ab anno  
826 usque  
853 im-  
perante  
Hludo-  
uico et

feu iniuriam prefati cenobii fratribus inferre presumpserit iram & offensam dei seorsumque eius incurrat de libro uiuentium memoria eius pereat eterne maledictioni cum diabolo & angelis eius subiaceat que ne forte attemptare quis audeat & ut memoriale in generationem generationum maneat paginam hanc inde scribi iussimus & eam impressione sigilli nostri subter consignatis idoneis testibus signauimus quorum nomina hec sunt. *Robertus* prepositus. *Reynboldus* decanus. *Cuomradus* prepositus. *Godefscalcus*. *Reynbertus*. *Folibertus* canonici. *Liuppoldus* comes qui ad placitum *Walonis* presidis presentis erat. *Worad* uicedominus. *Cizo*. *Ecbraeth*. *Manegold*. item *Cizo*. *Rado de Brenken*. *Bernhardus* causidicus. *Frittebold*. *Menigoz*. *Siffridus*. *Adalbero* ac plures alii studio breuitatis omissi. Hec traditio & confirmatio facta est anno incarnationis domini MCII, indictionis X. regnante rege *Heinrico III*.

Sigillum representat  
Tab. I. n. 9.

*Bernhardus*, qui in hoc diplomate heres appellatur *Berthe* et *Walburcb*, uidetur esse *Bernhardus de Waldecke*, qui inter testes ad annum 1120 obuius est in *Erkenberti Corbeiensis abbatis diplomate*, quod nos primum ex tabulario Corbeiensis euulgamus, ita conformatum:

**C** In nomine sancte et indiuidue trinitatis. *Erkenbertus* Corbeiensis abbas presentibus atque futuris. Placuit nostre humilitati omnibus notum facere in quibus tempore nostro pro posse ecclesie nobis commissis. prouidimus & quanto labore que inutiliter emergebant refecare studium. ea uidelicet intentione. ut successoribus nostris si qua super causis per nos quoquo modo finitis inquietudo mota fuerit. dum qualiter composita fuerint nouerint defensionem certissimam hec nostra scripta proferant. loco autem prodesse uolentes obprobrium sue dissidie habeant. si non solum ipsi per se non laborare. sed nec aliorum laboribus prouisa curauerint conseruare. fuit igitur in diebus nostris quidam *raaeribaoyc* qui magistratum sibi & dominatum super hac curtes uendicabat. *Gudelmon*. *Ouenhuson*. *Hestmon*. *Ziaresson*. *Ikkenhuson*. *Munichuson*. *Medesthorp*. *Sologon*. *Brambornon*. *Fridderun*. *Visbike*. *Bernestorp*. *Sutholt*. & per hoc prebendam fratrum sibi non fratribus utiliter usurpare intendebat. Officium autem ipsum sibi hereditarium affirmabat. Unde res ita se habet. Pater eius *Reinfridus* de ipsius curiis annuatim solebat ad manus prepositi redire colligere. Post hoc ausus est dicere. sui iuris esse. inibi uillicos statuere. pro libitu cuncta disponere. manifesto autem dei iudicio eo *morfacio* interfecto. Predecessor meus beate memorie *Marcwardus* filio eius adhuc ad mamillas posito officium & beneficium patris concessit. sed puer paulo post obiit. officium autem & beneficium in potestatem abbatis rediit. Tum mater cum hoc *Godefrido* adhuc perparuo adiutorio eorum. quos attrahere potuit. beneficium uix hac conditione optinuit. ut officium coram abbate multis qui affuerant. perpetim abdicaret. Hoc pacto mater conticuit cum filio. A me quoque officium non quesuit. cum beneficium suum suscepit. Post autem quam nupsit et iustis suis fautoribus fretus. pro quo XXX. iam annis conticuerat. officium requisuit. Unde cum me nunc per principem & ceteros liberos homines meos. nunc per ministeriales meos nimium sollicitaret. premio ab hac sententia eum reuocare contendi. sed non recepit. Iudicio igitur quesito. cum iam lege ministerialium partem suam uideret infirmari. quod prius obtuleram recipere tandem consensit. quia officium remanere sibi non posse pensit. Dedi itaque ipsi VII. marcas & coram subscriptis testibus officium uoluntarie abdicauit. *Gerberto* decano.



decano. *Wulferaino* camerario. *Godefrido* pposito. *Hugone* pposito. gubernante  
 omniq. congregatione. *Sigefrido* comite et aduocato. *Widikindo* uice  
 aduocato. *Conrado de Euersten*. *Sigeberto* nobili. *Reinaldo dassalo*. Corbe-  
*Gumberto de Wartberg*. *Reinboldo* fratre eius de *Kaanstein*. *Bernbar-* iam Wa-  
*do de Waldekke*. *Folcmayo de Itera*. *Conrado*. *Folcnando de Euerf-* rino.  
*kute*. *Heinrico olepe*. *Thiedrico* Bern *Thietmaro*. ministerialibus *Adel-*  
*rado*. *Godescalco*. et fratre ei⁹ *Annone*. *Heriboldo*. *Liudolfo*. *Waldri-*  
*co* camerario. item *Waldrico* pincerna. item *Waldrico* iuniore. *Go-*  
*deskalco* paruo. *Gerberto*. *Reinbero*. *Annone*. *Wernbarido*. *Walone*. *Ka-*  
*rolo*. *Aliolfo*. *Widolone*. *Odone*. *Wazone*. *Thiedrico*. *Helmwigo*. *Wago-*  
*ne*. *Waltberto*. *Folcherto*. *Godescalco*. *Albwino*. Socero *Godefrido* de quo  
 ratio est. *Skerpoldo*. *Conrado*. *Reiboldo*.

Actū Corbeie anno d. M. C. XX. regnante Heinricho V. idus may.  
 Hęc ut nulli sint in dubio. firmamus domini nri scti Viti sigillo.



Sigillum congruit ad illud,  
 quod exhibitum est Tab. I. n. 8.

Notatu dignissimum hoc esse diploma propter multas, in eo reconditas, anti-  
 quitates, quæ primo aspectu non statim pellucet, et quas copiosius docere licebit  
 in *Historia Corbeiensis*. Illud nunc tantum indicare volumus, curtes, quæ hoc di-  
 plomate significantur, fuisse dominicales, quæ multas alias minores curtes com-  
 prehendunt, obuias partim in episcopatibus, Moguntino, Colonienſi, Pader-  
 bornenſi, Osnabrugensi et Monasterienſi, partim intra Ducatus Brunſuicenſis  
 terras, et partim in comitatibus, Oldenburgico, Lingensi ac Waldeccenſi. Ma-  
 gnificum munus sustinebat ille *Twaetibaoye*, qui magistratum et dominatum in  
 illas curtes sibi vindicabat. Ipsi nomen fuit *Godefrido*. Ingenium spirant eae ori-  
 ginationis rationes, quæ dicitant, *Twaet* esse viri nomen, *Haye* vero nomen  
 pagi Ahugo. Illud eruditos summopere oramus, ne eradatur albo Waldeccen-  
 sium Dominorum *Bernhardus de Waldekke* dictus, qui hoc in diplomate inter  
 testes reperitur. *Bernhardum* quendam ad annum 1054 deprehendimus, qui  
 comes atque Aduocatus ecclesie *Patherbrunnenſis* appellatur. Hic probabilissime  
 ad Waldeccensem familiam referendus est, siquidem *Heinricus* ad annum 1102  
 eiusque filius, nepos et pronepos, sigillatim *de Waldekke* dicti, aduocati Pader-  
 bornenſes fuere. An *Bernhardum* comitem existimes fuisse fratrem *Herimanni*  
 atque filium *Widikindi*, an eum nominare velis filium *Herdagi II*, in arbitrio  
 tuo iudicioque est situm. *Bernhardum* comitem fuisse aduocatum Patherbrun-  
 nenſem, patet ex diplomate *Immadi*, episcopi Patherbrunnenſis, cuius hæc est  
 clausula: *Huius confirmationis testes sunt Winbertus nri principalis ecclie pposi-*  
*tus*. *Herimannus* decanus et ceteri omnes tam canonici quam monachi huius ciuita-  
 tis. laici uero *BERNHARDVS COMES ADVOCATVS ecclie nri*. *Erp*. *Ekkiber-*  
*tus* comites. *Eselin*. *Heriman*. *Godeka*. *Echrath*. *Gothart*. *Gela* et frater eius *Ei-*  
*za*. *Eic*. *Araka*. *Waza*. *Sibrab*. *Cono*. *Azo*. *Reimar*. *Reiuuald*. *Tamma*. *Oddo*.  
*Hunald*. *Umunar*. *Godescalc*. *Becelin*. *Hunald* iunior. *Helmdag*. *Brumhard*. *Fritberic*.  
*Heio*. *Wicman*. *Waldric*. *Hamaka*. *Horiko* et alii multi. *Data Patherbrunnon IIII*  
*idus maii in scto die ascensionis dñi anno ab incarnatione ipsius MLIII. indict.*  
*VII. regnante inuictissimo Romanorum imperatore Heinricho tertio imp̄c̄. autem se-*  
*cundo regni eius anno XV. imperii uero VII. episcopatus autem nri tertio.*



Ab anno  
826 usque  
853 im-  
perante  
Hudo-  
uico et

Quomocunque vero res sese habeat, monemus ac docemus, *Heinricum*, filium *Herimanni*, fuisse patrem *Widikindi* dicti de *Sualenberg*, qui anno 1128 monasterium Ordinis sancti Benedicti, vulgo dictum *Marienmünster*, itinere trium horarum a nostra Corbeia distans, fundauit atque construxit. Id ut perspiciatur, prouocare libet ad diploma, quod, ex MScto tabularii Corbeienfis depromptum, sic habet:

**C** In nomine sc̄e et indiuidue trinitatis. *Bernardus* diuina fauente clementia Patherbrunnensis ep̄s. Quoniam ex diuina misericordia temporalibus bonis fide recta & pia spe & sc̄a caritate dō oblata eterna bona comparantur nouerit tam futurorum quam p̄sentium fidelium X̄pi uniuersital. qualiter *comes Widekindus* uir nobilis & catholicus nobis propinqua consanguinitate coniunctus & uxor eius *Luthrudis* nobilis femina dō deuota tam necessaria exhortatione ipsorum salutem desiderantes quam spontanea ipsorum uoluntate ad celestem patriam suspirantes cum consensu heredum suorum ceperunt in propria sua hereditate fundare eccliam in honorem d̄i & sc̄e genetricis ipsius marie uirginis insuper & claustrum officinal quoq. & omnia claustralia spiritualibus uiris & monasticę uite ac conuersationis aptissima & quia piis semp adiutor est deus honeste incepta p̄fecta constructione consummarunt collectisq. in ea consilio ecclie n̄re X̄pi pauperibus monasticę uite p̄sonis quos non solum summe p̄fectionis fama dō & hominibus sed & ipsa religionis res & opera commendant. abbatiam in eodem cenobio liberam & ab omni seculari obsequii iure absolutam auxiliante dō instituerunt imponentes ei uocabulum sc̄e marie monasterium. Igitur p̄bendam fratrum ex propria hereditate disponentes de libera & dō digna abbatif electione hoc decretum auctoritate eccliaistica firmauerunt. ut si inter rosas huius nouelle plantationis oliua fructifera excreuerit inter humiles paupertatis martyrio florentes p̄sona idonea reperta fuerit. Summa cum libertate assumatur. sua obedientia ceteris pater p̄ficiendus & omnino careat ministerialibus careat beneficiis hominibus nulla propinquorum dilectione ductus ne res ecclie dilapidet. nihil nisi hospitalitatis & caritatis causa dispertiat. quod si inutiliter res dissipauerit anathema sit. si autem abbas alius queri conuenerit eiusdem ordinis pater eligatur qui si uenire contradixerit consilii & auxiliis n̄re obtineatur ecclie. secundum quem religionis tenorem domnus *Gerardus* primus huius ecclie abbas electus & consecratus est. Nos igitur circa d̄i cultum studium n̄ris quoq. consiliis & auxiliis promouere cupientes partemq. aliquam in eterna remuneratione habere desiderantes quia exhortatio n̄ra usq. adeo processerat. hanc eandem paupum X̄pi congregationem decreuimus hoc ordine adiuuari. ut si quis fidelium n̄rorum siue liberorum hominum siue ministerialium ecclie n̄re tactus spiritus sc̄i inspiratione & uisitatione intrinsecus siue beneficia siue hereditatem pro eterna remuneratione minuere sibi & sc̄e marie in p̄dicta ecclia conferre uoluerit. liberam ex n̄ra concessione & auctoritate hoc p̄ficiendi habeat potestatem. quod & nullius emuli molimine retractetur. quin omnibus diligentibus d̄ni omnia cooperantur in bonum magis gratum efficiatur exemploq. n̄ri emolumentum successores n̄ri ad similia prouocentur p̄sertim quia plurimum decoris ecclie n̄re inde prouenire prouidemus. quedam beneficia nobis libera facta in uilla *bramborne* sita cum decima ei adherente p̄dictę ecclie contulimus cum omnibus p̄tinentiis siue adherentiis uidelicet seruis & ancillis areis edificiiis terris cultis & incultis uinis & inuis exitibus & redditibus questibus & inquirendis siluis pratibus pascuis aquis piscationibus molendinis & omnibus rebus mobilibus & immobilibus ac ceteris que & quoquo modo nominari possunt utilitatibus & hac n̄re auctoritatis ep̄alis pagina communi consilio & unanimi totius ecclie n̄re consensu pro salute n̄ra & omnium fratrum n̄rorum canonicorum & antecessorum successorumq. n̄rorum eterna beatitudine proprietauimus. insup carratam uini ad sacrificium domni singulis annis largiti sumus ita ut quicumq. in eadem



dem ecclia fuerit abbas canonice electus liberam habeat potestatem te-  
nendi possidendi & ad honorem di & scē ecclie sicut placuerit dispo-  
nendi. pro huius benevolentie gratia & simili per successores nros epof  
adiuuante do eidem ecclie in posterum exhibenda nre petitionis in-  
teruentu a predicto comite Widekindo. quod multi etiam epi & abbates  
petebant. obtinimus. ut uidelicet eadem abbatia sicut dictum est libe-  
ra & ab omni seculari obsequii aliena ecclie nre fraterna caritate de-  
uincta in spiritualibus negotiis sit subiecta. abbas obedientiam pather-  
brunnensis epō faciat. consecrationem suam & fratrum suorum ad sacros  
ordines promouendorum ab ecclia nra expectet. ad synodum & alios  
spirituales conuentus inuitante epō familiariter ueniat & per impen-  
sam epi ei familiariter exhibitam cum decore procedens conuentui de-  
feruat. iudicia approbanda una cum ecclia nra admittat. reprobanda  
contemnat. denique consolationes & consilia in suis causis inueniat. po-  
stremo omnia spiritualia tam ipse quam fratres ipsius tanquam filii pie  
matris uera sugentes petant & accipiant. ut & nos orationum & elee-  
mosinarum ipsorum & ipsi nrarum in xpō iugiter sint participes. ad  
hunc fraternalis in xpō amorem confirmandum statuimus. ut si quan-  
do uisitationis seu exhortationis gratia ad locum aduenerit epus portio  
prebende que uni ex fratribus prouenire poterit ei proponatur. ut ex  
hac deuotione in domino gaudent epus de sua abundantia inspirante do  
fratrum si quando possit uel quomodo possit supplere cogitet inopiam.  
de electione autem aduocati qui in rebus ecclie quesitis & querendis  
sue defendendis seculari lege sollicitus sit hoc statuimus. ut si in co-  
gnatione Widekindi comitis idoneam & sibi placentem personam inuenie-  
rint. ipsam eligant in aduocatum. donantes ei beneficium honorem  
uidelicet quo maior esse non potest fraternitatem suam in xpō & ora-  
tionem & si digne administrauerit officium suum eternam remuneratio-  
nem. si uero rapax & negligens extiterit sine dilatione amotus careat  
& officio & honore concessio aliumque sibi ecclia ubi uoluerit & quem  
uoluerit prouideat. qui petitione & patrocinio patherbrunnensis epi  
regali banno inuestiatur & secundum iusticie tenorem utilitati fratrum  
defensionis uires non subtrahat & eternam remunerationem qua nihil  
est felicius accipiat. & ut hec traditio & Widekindi comitis & heredum  
suorum rata atque inconuulsa permaneat in perpetuum. hanc auctoritatis  
nre paginam inde conscribi manuque nra propria confirmantes sigilli  
nri impressione iussimus insigniri. huius autem rei factio interfuit Sige-  
wardus mindensis epus. Thiadardus osnaburgensis epus & dominus Erken-  
bertus corbeiensis abbas. Hammuco patherbrunnensis abbas. Gerardus  
primus abbas huius loci. Wino ppositus. Eusebius ppositus. Widekindus  
comes. Bernardus. Herimannus & alii quam plures.

Actum anno incarnationis dñice MCXXXVIII. XVIII. kal. septem-  
bris.

Bernardum episcopum, qui in hoc diplomate Widekindo comiti propinqua cog-  
natione coniunctus dicitur, ad familiam Sualenbergensem referre animus esset,  
nisi auctor Vite Bernardi, ex Hardehusanis monachis vnus, eum ex illustri fami-  
lia nobilium dynastarum de Oside, que Osnabrugum inter atque Iburgum olim  
sedem habebat, ortum fuisse, tradidisset. Igitur vel ipsa Luthrudis Widekindi  
uxor, vel Widekindi mater, Heinrici comitis coniux, ex clara illa Osidensi stirpe  
orta fuerit necesse est. In hoc diplomate inter testes reperiuntur Bernardus  
atque Herimannus. Videtur itaque Bernardus ille fuisse, qui in diplomatibus  
nostris appellatur Bernhardus de Waldekke. Fortassis Herimannus, ab auo ita  
nominatus, ipsius Widekindi comitis frater fuit, siquidem Widekindus comes hanc  
traditionem cum consensu heredum suorum peregisse dicitur.

Confirmavit idem foundationis institutum, a Widekindo effectui datum, impe-  
rator Lotharius anno 1136, uti ex sequenti diplomate, quod e MScto in lucem  
emitimus, intelligitur. En illud:


☩ In nomine scē et indiuidue trinitatis. Lotharius diuina fauente  
Bb 3 cle-



Ab anno  
826 vsque  
853 im-  
perante  
Hfudo-  
uico et

elementia tertius romanorum imperator augustus. Cum omnium studia pro institutione religionis & seruitii dī inchoata amplecti & promouere debemus & ipsorum deuota studia iuuare & imperiali assensu corroborare. proinde tā futurorum quā p̄sentū nouerit industria, qualiter fidelis n̄r *Widokindus* abbatia in loco qui uocatur monasterium sc̄e marię in sua fundauit proprietate instituent ibi uitam monachorum secundum regulā sc̄i benedicti ipsā eccliam cum omnib⁹ oblatif seu adhuc offerendis dō & matri ipsius delegando. cui⁹ studium *Bernhardus patherbrunnensis* ep̄us uenerabilis pari amplectens affectu huius institutionis offerendo non min⁹ sua studiosus cooperatore extitit. utriusq. itaq. deuotionem imperiali auctoritate n̄ra confirmando approbantes p̄cipiendo iubemus ut null⁹ archiep̄. ep̄. dux. marchio. comes. uice comes. nulla deniq. magna paruaq. p̄sona in his concessis p̄fatam eccliam deuestire inquietare aut molestare p̄sumat. si quis uero contra hęc quod non credim⁹ aliquid attentare p̄sumperit. centum libras auri. medietatem camerę n̄re & medietatem eidem componat ecclie. Quod ut uer⁹ credatur & ab omnib⁹ diligent⁹ custodiat. p̄sentis decreti paginā sigilli n̄ri impressione insigniri iussim⁹.

Signum domni  
Lotharii



tertii Romanorum  
imperatoris inuictif-  
simi.

Bertholdus notarius uice Adelberti archicancellarii recognoui.

dat. anno incarnationis dñice M. C. XXX. VI. indiēt. XIII. pridie non-  
augusti anno uero regni regis Lotharii XI. imperii III. actum Corbeie  
in Xpi nomine feliciter amen.

Sigillum datum est & exhibitum  
Tab. II. n. I.

Aduocatus ecclesie Paderbornensis fuit *Widokindus*. Id indicat charta sequens,  
ex MScto huc translata. En illam:

☩ In nomine sc̄e et indiuidue trinitatis *Heinricus* dī gratia patherbrunnensis ecclie ep̄c. nouerit omnium fidelium Xpi tā p̄sentū quā futurorū uniuersitat. qualiter ecclia que est in *ailon* uenerit in proprietate patherbrunnensis cenobii. antiquiores n̄ri dixerunt ibidem quondam fuisse congregationē in honorem sc̄e dī genitricis marię coadunata. in cuius honore eadem basilica est dedicata. nunc uero peccatis hominū ut putatur exigentibus uix parua quedam uestigia dinofci possunt. unde domnus *Hamako* ueñr. patherbrunnensis cenobii abbas temporalibus rebus pro subditorum necessitatibus explendis sedulo deditus bre dī genitricis & uirginis marię amore prouocatus & fratrum & fidelium suo-



suorum consilio & auxilio animatus domnum *Bernhardum fratrem Vol-* gubernante  
*coldi de malezburg.* cui propria fuit ecclia. cum amicis suis adiit & con- nante  
 uentione cum eo faciens sedecim ei marcas spondit. qui uenient Corbe-  
 cum herede suo unico. scilicet filio nomine *Amelungo.* tradidit ecclie iam Wa-  
 btorum petri & pauli in *patherbrunnon* ipsam eccliam cum agris & rino.  
 mancipiis piscuis & prati & cum omnibus attinentiis. *Widikindo ad-*  
*uocato* ecclie nre astante & cum abbate & fratribus suscipiente abbate  
 autem memoratum argentum persolvente. rursus uenit predictus do-  
 minus *Bernhardus* in *placitum* memorati *Widikindi aduocati* & hanc tra-  
 ditionem laudauit stabiliuit & firmavit legitimo herede suo unico filio  
 astante laudante atq. una tradente. unde nos superne remunerationis  
 intuitu ac presati abbatif & fratrum suorum rogatu ipsam eccliam cum  
 omnibus suis appendiciis acquisitis seu acquirendis nra pontificali au-  
 thoritate ecclie btorum apolorum petri & pauli in *patherbrunnon* con-  
 firmamus & corroboramus. eterna ferientes maledictione omnem ho-  
 minem qui quemlibet abbatem & fratres ipsius monasterii super hac in-  
 quietare molestare aut deuestire presumpserit. ut autem hec confirma-  
 tionis nre auctoritas stabilif & inconuulsa permaneat paginam hanc  
 inde conscriptam sigillo nro insigniri fecimus. huius traditionis & con-  
 firmationis testes sunt tam canonici quam monachi. laici uero *The-*  
*deric de Vorde. Erpo. Wezelus. Uffo. Hugo. Heinric. Liudold. Athelbe-*  
*ro. Altman. Folcbrath. Altmar. Frithemar. Welciko. Sigebodo. Sibrath.*  
*Warmund. Sibrath. Reinzo. Filbrath. Gerlac. Godescalc. Conrad.*

Acta sunt hec in *Balhornon* XIII. kal. decemb. anno ab incarnatione  
 domni M. C. XX. indict. II. imperante romanis Heinrico quinto.

Sigillum aeri incisum exhibetur  
 Tab. I. n. 9.

Plura de hoc *Widikindo*, fundatore *Sualenbergensis* monasterii, quo nomine *Widikin-*  
*eccnobium* Marienmunster a summo pontifice Innocentio ad annum 1137 in dicomitis  
 bullatis litteris, quas habemus correctas, appellatur, iam addere non libet. Sa-  
 de Sua-  
 pissime is reperitur in chartis nostris ineditis, quas loco suo deprehendes in *Hi-* lenberg  
*storia Corbeiensi.* Quare ad eius posteros, progrediamur, ut tandem aliquando *Volcwi-*  
 hanc tractationem ad umbilicum perducamus. Illius *Widikindi* filius fuit *Vol-* nus de  
*cuinur de Sualenberg*, atque eius nepos exstitit *Widekindus*, de *Waldekke* dictus. *Sualen-*  
 Sequenti diplomate, quod e MSco hic exhibere libet, utrumque illustrabitur berg.  
 momentum.

**C**In nomine sce et indiuidue trinitatis. Notum sit uniuersis fidelibus  
 futuris et presentibus quomodo *Widekindus de Waldekke* anno dñice in-  
 carnationis M. C. LXXXVIII iherosolymam proficiscens impignera-  
 uit ecclie bti liborii in patherbrunne quicquid habuit in bonis eius-  
 dem ecclie et ecclie apolorum petri et andree et apolorum petri et pauli  
 cum decima *atlen* et seruitiis aduocatie pertinentibus et cum omnibus emer-  
 gentibus protrecentis marcis examinati argenti. ratum habitus. si tempore  
 absentie sue predia et mancipia in casibus licitis alienarentur. et iurauit in  
 sce sceis reliquis bti liborii. quod nunquam de *aduocatio* et aliis impigno-  
 ratif ipse uel aliquis suo nomine emolumentum percipiet quousq. ipse  
 reuerfus trecentas marcas examinati argenti ecclie bti liborii restituet.  
 et quoniam *Arnoldus de Hobrahtessen* et uxor eius et filii sui decimam  
 in *atlen* et seruitia aduocatie iure feodali possidere dicebant deo et no-  
 bis et ecclie fideliter promissit. quod si reuerteretur fratribus omnem  
 defectum suppleret quem ecclia in seruitiis aduocatie sue in decima  
*atlen* per *Arnoldum* et uxorem eius ac filios uel propter eos ex aliorum  
 inuasionem sentiret. ad persolendum argentum sibi creditum tempore  
 absentie sue fidelibus suis *Ludouico de Waldekke. Conrado de Ense.*  
*Heinrico hildensemensi. Alexandro dapifero. Rothardo coco assigna-*  
 uit duas decimas *godolouessen imminchusen* et tres curias *dalpenbusen*  
*witmare*



Ab anno  
826 vsque  
853 im-  
perante  
Hludo-  
uico et

*uitmare messere* et pedagium siue *ducatum patherbrunne*. ut ipsi omnem prouentum annuatim in ecclia reponerent. quatin<sup>9</sup> summa pecunie inde collecta sibi reuertenti computaretur in sortem. nolent itaq. liberationem hui<sup>9</sup> pignorif ad *fratres suos* seu quemlibet alium transmittere. hoc constituit et ordinauit. quod si ipse non reuerteretur *aduocata* cum decimis et seruitiis dno ep<sup>o</sup> et ecclie uacaret uel dñus ep<sup>us</sup> de bonis suis eligeret aduocatum quem uellet. p<sup>o</sup>posit<sup>9</sup> et fratres sibi eligerent utilem. cui electo et p<sup>o</sup>sentato a p<sup>o</sup>posito et fratrib<sup>9</sup> dñus ep<sup>us</sup> aduocatum commendaret non in feodum daret. preterea cum multa deuotione hoc expressit. quod eo non reuertente pecunia de duab<sup>9</sup> decimis et trib<sup>9</sup> curiis et *ducatu* collecta. non fratrib<sup>9</sup>. non quibuslibet heredib<sup>9</sup> restitueretur. non in restitutionem ornat<sup>9</sup> ecclie impenderetur. sed emeretur inde p<sup>o</sup>edium. de quo fratres annuam consolationem percipientes piam et p<sup>o</sup>petuum sui et *patris sui Volcumi* et *auis sui Widekindi* in anniuersariis depositionum dieb<sup>9</sup> haberent memoriam. Hoc quoq. inseruit quod si comparato p<sup>o</sup>edio. unde fratres maioris ecclie honestam annuatim haberent refectionem. tantum remaneret uel excreceret. ecclie b<sup>o</sup>ti pauli decem marce. ecclie b<sup>o</sup>ti andree decem marce darentur. resignauit etiam dñus *Widekindus* curiam suam *dalpenbusen* et seruitium ep<sup>ale</sup> *hereuorde* in manu dñi ep<sup>i</sup> et dñus ep<sup>us</sup> omnia beneficia *Widekindi*. preter aduocatum cum suis p<sup>o</sup>sentibus et preter curiam *dalpenbusen* et preter seruitium *hereuordense*. concessit fratrib<sup>9</sup> ei<sup>9</sup> *Herimanno* et *Heinrico*. ita tamen. quod si *Widekindus* rediret ipse bona sua eo iure reciperet et teneretur quo ante resignationem. *Herimannus* et *Heinricus* receptis beneficiis iurauerunt fidelitatem dno ep<sup>o</sup> et p<sup>o</sup>sentibus prioribus et fratrib<sup>9</sup> ecclie. sic et coram aliis clericis et in beneficiis et ministerialibus ecclie contestati sunt. se in aduocata nil iuris habere nec unquam habuisse et datis dextris promiserunt sub iuramento publice et uere fidei et sub pena amissionis omnium beneficiorum que receperant. iurauerunt etiam in reliquiis b<sup>o</sup>ti liborii. quod absente *Widekindo fratre suo* nunquam ipsi uel alius eorum nomine siue auctoritate in aduocata ecclie pignorata aliquo ingenio quicquam incommodi facerent per uolentiam seu aliquam exactionem. et quod si *Widekindus* non reuerteretur nunquam aliquid sibi iuris in aduocata et in ei<sup>9</sup> pertinentiis addicerent et eam nullo iure nullo unquam ingenio seu subtilitate repeterent et in nullo unquam possessionem eiusdem aduocatie uacantis turbarent. et sententiatum a fidelibus ecclie. quod si *Widekindus* *Herimannus* et *Heinricus* factum illud postmodum uellent inficiari. non eorum iuramentum admitteretur. sed potius nobis probatio incumberet et eorum testimonio. sub quorum presentia hec acta sunt fides haberetur. et quomodo hec ante quadragesimam gesta sunt. ne reuerentia temporis hanc ordinationem infirmaret. sententiatum est precedente et antecedente eorum arbitrio et consensu. omnia tamen tam rata habenda ac si in diebus iudicis essent contractata et consummata.

Acta hec sunt anno dñi M. C. LXXXVIII. indict. VI. non. aprilis feria II. post palmas *patherbrun*. in domo ep<sup>ali</sup> presente clero presentibus inbeneficiatis et ministerialibus ecclie. Nomina inbeneficiatorum qui interfuerunt hec sunt. *Euerhard de brochusen*. *Amelungus comes*. *Godescalc<sup>9</sup> de statberg*. *Heinricus longus de erelen*. *Heinricus spiring*. *Suetherus de weuer*. hec quoq. in proxima feria III presentibus nobilibus *Bernhardo de lippia*. *Herimanno de itere*. *Florino de spenge*. et presentibus *Heinrico abbate ciuitatis patherbrunnensis* et *Wilhelmo abbate de helmwardesbusen* et *Nicolao abbate de herselhusen* et *Sifrido abbate de fectorp* et presentibus sacerdotibus et scabinis qui eo die ad synodum generalem conuenerant in capitulo maiori recitata sunt et confessione et promissione *Herimanni* et *Heinrici* confirmata. Preterea tota hec actio hoc ordine conscripta proxima feria II. qua cantatur introduxit nos dñus. *Waldekke* recitata est in audientia dñi *Arnoldi ofsnaburge n<sup>o</sup>si ep<sup>i</sup>*. *Lentfridi ofsnab.* prepositi. *Rodolphi de steinuerde* et multorum clericorum ac militum qui ibi simul cum *Widekin-*  
do



do iter peregrinationis arripuerunt. aderant quoque *Bernhardus* prepositus monasteriensis et frater eius *Ludolfus de Steiuorde*. et castellani de *waldekke* et multi nobiles ac ministeriales qui *Widekindo* ualedicturi illuc conuenerant et sine omni hesitatione *Herimannus* et *Heimicus* se sic fecisse promississe et iurasse et omnia se rata uelle habere confessi sunt.

gubernante Corbeiam Wairino.

Patefecit ex hoc diplomate, *Volcuinum* fuisse *Widekindi* filium. Appellatum eum fuisse comitem de *Sualenberg*, præpotentemque illum fuisse dominum, et bellum gessisse cum principe de *Arnesberg*, intelligitur ex sequentibus uerbis, quæ in Chronico nostro MSco et cœtaneo exstant, quæque minus accurate a Grupenio in *Origin. Pyrmont.* p. 43. exhibita, et ideo hic repetenda, sunt:

Anno MCXLV. tertio destructa est urbs *Eresburg*, hec est *arisburg*. Primo enim per *Karolum Magnum*, qui undecimo anno obsidionis fraude cepit et deuastauit, secundo per *Fridericum* principem *Arnesburgensem* precatu *Erkenberti abbatis*. tertio per *Volcuinum* uirum præpotentem *Sualenburgensem*. nam terra inter ipsum et dominum *Heinricum* filium *Friderici* præmissi de *Arnesberg* oborta, quem et incolæ montis *Eresburg* ad contuendos se cum urbe adtraxerant et ipse fortes uiros domnos uidelicet *Scardenbergenses* et *Cassebergenses* inibi collocare decreuerat ad humiliandum ipsum *Volcuinum*, qui et ei uidebantur inimicari. Condictam ergo diem quando et conuenire in monte debebant, ut unusquisque suam turrim altam et firmam inibi construeret. Dominus *Heinricus abbas*, qui et urbem reedificauerat, et dominus *Volcuinus* animotenus retractantes iacturam ditioni suæ ac circumiacentibus late bonis suis de his euenturam diem præuenerunt. montem ascenderunt, quid facto opus foret cum non reperirent, tota die illa consultant, ut sine populi damno inhabitantis fieri ullatenus posset, in crastinum distulerunt. Cumque sol subsequenti diei auroræ indicio se prodidisset, inconsulto et inscio abbate, adhuc etiam et dormitante, per milites domni *Volcuini* nutu ipsius circumquaque urbs succenditur et confumitur. Eodem anno famel aspera et fures plures ex militibus fortioribus factione perniciose conglobati multos in hac terra durius agebant. Denique *Vuldensem* ecclesiam patera hæthemari et multis thesauris spoliabant et nonnullas alias huius terræ rebus propriis et eis aliunde illatis iidem predones vel fures priuabant etc.

Huius *Volcuini* de *Sualenberg* uxor nominatur *Lutgardis* filiaque *Poffonis* comitis in *Richenbach* et *Bertha* idque in litteris *Henrici* archiepiscopi Moguntini ad annum 1144, quæ exstant in clarissimi dn. *Kuchenbeckeri Analectis Hassiacis collect.* IV. p. 340. seqq. Quantas uero molestias exhibuerit *Volcuinus* anno 1147 Corbeiensibus nostris, ex quo concessa fuerant ecclesiæ Corbeiensis duo monasteria, *Kemenaden* et *Visbike*, ac deposita erat per abbatem nostrum *Wibaldum* abbatissam *Kemenadensis* *Iuditha*, germana *Volcuini* filia, id ipsum memoriam prodiderunt Corbeiensis, eo tempore uiuentes, in Chronico laudato et MSco. In hac depositione sita fuit lerna malorum, quæ Corbeiensis et inprimis urbs *Huxaria* a *Volcuino*, eiusque fratre *Widekindo*, anno 1152 acceperunt. Quamuis enim denegata aduocatiæ Corbeiensis dignitas, quam *Volcuinus* sibi uindicabat, quia eius pater atque auus iam Corbeie Viceaduocati fuerant, ad arma concitare *Volcuinum* nostrum potuisset, maluit tamen hic indignationem suppressere, quam iræ impetum sequi. Mortuo *Reinoldo* Northimensi et *Dasseliensi* eadem aduocatiæ dignitas ad manus *Herimanni* comitis de *Winzenburg* delata fuit. Occiso *Herimanno* *Winzenburgico*, adeptus denuo fuit *Volcuinus* noster aduocatum, uti litteræ *Wibaldi* abbatis Corbeiensis ad imperatorem *Fridericum* anno 1152 exarate indicio sunt, quas ex membrana, litteras *Wibaldi* nostri exhibente, afferimus. Eæ ita sonant:

Inclito triumphatori ac Serenissimo domno suo *Frederico* dei gratia glorioso romanorum imperatori augusto frater *Wibaldus* dei gratia id quod est in ecclesia catholica salutem in eo qui dat salutem, regibus. In-

C c

inuriam



Ab anno  
826 usque  
853 im-  
perante  
Hludo-  
uico et

iuriam que *Corbeiensi* ecclie & nobis illata est propriis uerbis explanare non ualentes cum propheta ingemiscimus dicentes. expectauimus pacem & non uenit & tempus curationis & ecce perturbatio. sperabamus enim in tempore & maxime in primordiis regni uestri. quem deus mirabili & celeri potentia sua omnium principum summa & desiderabili conuenientia in regni solium sublimauit. latronum manus esse compressas. furta uindicta. pfidiam uindictam. quippe cum ur̄e potentie nulla possit nequitia obfistere in hac confidentia securus & nihil omnino metuentes inuasere nos homines nr̄i. qui nobis fidelitatem iurauerunt & magna beneficia a nobis habent. & armata manu intrauerunt oppidum nr̄um *huxori* & premissa paulatim & per turmas militia tandem armati & patentibus uexillis super incautos *Volwinus* uidelicet & *Widekindus fratres* & in uastitate hostili totum locum occupauerunt. triduo itaque ibidem commorantes & omnem circa regionem. que ad prebendam fratrum specialiter pertinet. penitus deuastantes nefandissima scelera in uiros ac mulieres passim commiserunt & post publicam atque communem rapinam. que estimata est fuisse *nongentarum librarum denariorum*. a captiuis melioribus. quos a pauperiore turba segregauerant. ducentas quinquaginta tres libras nummorum extorserunt. insuper uallum & munitiones. que auctoritate regia & precipue priuilegio beate recordationis patris ac predecessoris nr̄i constructe fuerant. *cum aduocati essent eiusdem loci.* destruxerunt. nullę inter nos & ipsos inimicitie erant sed proxime. cum ab eis in osculo pacis recesseramus. nullam unquam querimoniam uel nobis uel alicui super predictos burgenfes fecerant. nec alicuius mali suspicio inter ipsos & nr̄os habebatur. pro hac tam atroci calumnia fratres nr̄i. dum absentes essemus. corpora sc̄orum Viti & Iustini. que apud nos requiescunt. in terram deposuerunt & humiliatis crucifixi saluatoris nr̄i imaginibus ab omni deinceps solemni officio diuino & a pulsatione campanarum abstinerunt. pro uoluntate ergo genibus ur̄e maiestatis tam nos quam fratres nr̄i & tota familia corbeiensis clementiam nr̄am suppliciter exoramus. ut. sicut decet principalem excellentiam. uindicare non differatis hanc insignem contumeliam que nr̄am dignitatem non modica ex parte obscurat. alioquin non solum uobis & regno seruire. sicut in precipuo habemus. ultra non poterimus. sed etiam in *terra saxonica* cum honore habitare non ualebimus.

Fucosa ergo amicitia fuerat indubie. quam *Volwinus* noster circa annum 1150 cum abbate nostro *Wibaldo* colebat. cum *Volwinus Wibaldo* adiuuante diuortium faciendi ab uxore sua desiderio flagraret. uti dicimus ex *Wibaldi* litteris. quas ex eadem membrana addimus:

Reuerendo patri suo & domino *Heinrico* sc̄e moguntine ecclie uener. archiepo *Wibaldus* dei gratia corbeiensis ecclie seruus exiguus orationes & deuotum seruitium. referente domino *Volwino de sualenberg* didicimus. quod iuxta sacerdotalis officii dignitatem erga ipsum & uxorem eius districte iustitiam custodiat & relicta carnis & sanguinis caritate spiritum. qui libertatis est auctor & propagator. sequamini. unde & nos glorie ur̄e plurimum in domino congaudemus. quippe qui in hac causa nihil aliud quam ueritatem diligimus. etsi quos offendimus propter ueritatem offendimus. testatur siquidem predictus *Volwinus*. quod antequam eandem uxorem suam desponsauerit. a quibusdam pro certo compertum habuerit. quod morbo caduco laboraret. & multorum ac religiosorum uirorum testimonio se probare posse asserit. quod sibi eam copulare nollit si ueraciter tali infirmitate detineretur & hoc parentibus puellę palam indicauerit. nouit autem eruditio nr̄a quod cum in omni contractu fraus & dolus abesse debeat precipue in contrahendo ubi fidelis & sacramentum spectatur. nullus doli debet esse supposita commixtio. quod si ita est. nulla regula constringi potest ad sequendum id quod nec intendit cum faceret. nec uoluit cum sentiret. scienti legem loquimur & non ignorantem. sub quo lapsus periculo & laicus



cuf & iuuenif iam longo tempore uerfetur. quod fi ad partes n̄ras ac-  
 celferit. uenire ad n̄ram celfitudinem pro eadem caufa parati fumus.

guber-  
 nante  
 Corbe-  
 iam Wa-  
 rino.

Idem *Volwinus de Sualenberg* inter teftes apparet in litteris *Heinrici Leonis*,  
 quas e manibus accepimus docti cuiufdam amici Paderbornenfis, teftes illius,  
 quod anno 1156 Leo acquisiuit, prædii Hethuelde. Hæc in hanc fententiam  
 fcriptas cum lectore communicabimus.

✠ In nomine f̄c̄e et indiuidue trinitatis. *Heinricus* d̄i gr̄a dux *Bauarię*  
 & *Saxonie* omnibus p̄fentib⁹ & futuris in p̄petuum. notū facim⁹ uni-  
 uerfitati tam p̄fentiū quā futurorum qualiter p̄dium quoddam quod uo-  
 catur *Hethuelde* fitū in partib⁹ aquilonis a fratrib⁹ de *Amelungeborne*  
 p̄ pecuniā n̄ram & p̄ alia quedam p̄dia n̄ra redemim⁹ & in propieta-  
 tem redegim⁹. fiquidem cum propinquus n̄r felicitis memorię idem  
 p̄diū p̄nominatis fratrib⁹ pro remedio anime f̄ue in proprietatē rede-  
 giffet. nos cupientes dilatare terminos hereditatis n̄rę facta conuen-  
 cione cū eifdem fratrib⁹ pro CCCLXXV marcis argenti in beneplacito  
 eorum ipfum p̄dium redemim⁹. & cū totā fumā p̄taxatę pecunię  
 ufq. ad quadraginta marcas p̄foluiffem⁹. pro ipfis quadraginta marcis  
 p̄diū quoddā de n̄ra proprietate VII fcilicet mansos in uilla que uoca-  
 tur *erdesbusun* iure proprietario in p̄petuū poffidendū eis tradidim⁹. Hi  
 autem teftes fuerunt. d̄nūs *Bruno Hildensemensis* ep̄s. d̄nūs *Bernhardus*  
*Patherbrunnensis* ep̄s. d̄nūs *Conrad⁹ abbas de Rithageshusen*. d̄nūs *Heinric⁹*  
*abbas de f̄c̄o egidio*. d̄nūs *Reinald⁹* cancellari⁹. d̄nūs *Eckehard⁹ p̄po-*  
*fit⁹ de Brunefuich*. d̄nūs *Bruno p̄posit⁹ maioris dom⁹ in Bremis*. *Adel-*  
*bert⁹ comes de Euerstein*. *Adolf⁹ comes de Schowenborg*. laici. *Volwin-*  
*us & Widekind⁹ de Sualenberge*. *Ludolfus de Dasle*. *Ludolfus de Wal-*  
*tingerde*. *Liuthardus de Meinersheim*. *Heimbert⁹ de Riklinge*. *Bertoldus*  
*de Homborg*. & minifteriales n̄ri *Heinric⁹ de Wida*. *Baldewin⁹ aduocat⁹*  
*de Brunefuich*. Anno de *Heimenborg*. *Lippold⁹ de Hertefberge*. *Gerbar-*  
*dus de Logheim*.

Data anno d̄n̄ice incarnationis M. C. LVI. indictione IIII. regni au-  
 tem d̄ni *Frederici* imperatoris V. imperii autem eius primo VIII. Kal.  
 augufti. Actum *Brunefuich* in X̄p̄o feliciter amen.

Fuiffe autem eundem *Volwinum* fratrem *Widekindi de Sualenberg*, teftantur  
 eiusdem *Heinrici Leonis* litterę, quas ex eiusdem amici manibus accepimus, et  
 quę fic funt conformate:

✠ In nomine d̄ni n̄ri Ih̄u X̄pi regis eterni *Heinricus* d̄i gr̄a *Bauarię* &  
*Saxonie* dux nofcit tā p̄fentis quā poffuturi temporis uniuerfitat. quod  
 ego *Heinricus* pro remedio anime mee & falute corporis curtem n̄ram  
 in *Adelholdefheim* cū omnib⁹ attinenciis f̄ue in nemoribus f̄ue in cam-  
 pis f̄ue in aquis aquarumue decurfib⁹ fciffime d̄i genetrici fempq.  
 uirgini marię in *Amelungebornen* ex interna animi uoluptate contuli  
 & contradidi. eternam remuneracionē expectans. ut ergo hoc factum  
 omnibus & ratū & inconuulfum p̄maneat ad euidenciam eius p̄fentem  
 paginam fecim⁹ confcribi & figilli n̄ri imprefione roborari & infigniri.

Anno incarnationis d̄ni M. C. LXVI. indictione XIII. cum liberis  
 annotatis teftibus *volcwino & wwidekindo fratre eius de Sualenberge*. co-  
 mite *Adelberto de Euerstein*. *Ludolfō de Dasle*. *Remberto & Herderico*  
*de Riklinge*. *Bodone & Bertoldo de Homborg*. minifterialibus quoq.  
*Heinrico de wvida*. *Lippoldo de Hertefberge*. *Annone de Heimenborg*.  
*Arnoldo de Eimbeke*. *Heinrico*. *Strabone de Homborg*. Amen.

FH



Ab anno  
826 vsque  
853 im-  
perante  
Hludo-  
uico et

Volewini  
comitis  
de Sua-  
lenberg  
filii

1) Wide-  
kindus  
VII. co-  
mes de  
Waldek-  
ke.

2) Heri-  
mannus  
comes  
de Wal-  
dekke.

3) Hein-  
ricus.

Plura de hoc *Volewino de Sualenberg* addere e re nostra non est. Quæ de eo dicenda restant, inuenies e chartis ineditis eruta in *Clientela Corbeiensi*. *Volewini* annus emortualis in Necrologio nostro MScto annotatus est ad annum 1178.

Iam de huius *Volewini filii* est differendum, ne quis dubiter, serenissimorum *Principum de Waldeck* originem ab hoc *Volewino* esse arcessendam. Filius ei fuit, cui nomen fuit *Widekindi*. Id iam supra demonstraui ex diplomate ad annum 1189 dato. Ex hoc intelligimus, eundem *Volewinum* gauisum fuisse præterea aliis filiis, quibus nomina fuerunt *Herimanni* atque *Heinrici*, quippe qui *Widekindi de Waldekke* fratres appellantur. Liberos fuisse huic *Widekindo de Waldekke*, verisimile nobis non videtur. Id potius est admodum probabile, hunc *Widekindum* in itinere e terra sancta sine prole decessisse. Conferatur *Gobelinus Persona in Cosmodromio T. I. Metbomi f. 274*. Si enim sobolem procreasset *Widekindus de Waldekke*, aduocatiâ Paderbornensem, et cetera beneficia, ab ecclesia Paderbornensi possessa, ad fratres suos *Herimannum* et *Heinricum* non transmisisset. Id vero ex diplomate in medium allato clare dilucefcit. Fratres ergo eius familiam Waldecensem propagauerint oportet. *Herimannum, de Waldekke* comitem, eius fuisse heredem, patet ex tabulis publicis, in quibus coram Heinrico VI. rege Romanorum ipse professus est, se nihil iuris habere in aduocatiâ Patherbrunnensem atque bona ad aduocatiâ referenda. Has e MScto addimus iure nostro.

**C** In nomine scē et indiuiduę trinitatis *Heinricus* dī grā romanorum imperator et semper aūg. equitatis ratio psuadet & iuris ordo deposcit. ut si a fidelib; impii maiestati nre discordie proponuntur eas aure attempta pcipientes rigore iustitie uel amicabili compositione decidere intendam. & quod in presentia sublimatis nre rationabiliter decisum fuerit uel amicabili transactione compositum. ne processu temporum ob malorum proteruiam immutari debeat, uel aliquo casu possit rescindi. scē apicis munimine ab imperiali maiestate dignum ducim⁹ roborari. Quapropter notū facim⁹ uniuersis imperii nri fidelib; presentib; & futuris. quod accedens ad presentiam nram dilect⁹ ac fidelis nri Bernhardus patherbrunnensis ep̄c. una cum *Herimanno de Waldekke* simul nobis signauerunt. quod ipse *Herimann⁹* iam alia uice non coact⁹ sed uolens aduocatiâ Patherbrun. in ecclīis curtib; mansit mancipiis & omnib; ad aduocatiâ ptinentib; decimā in *Atlen*. curiam in *Dalpenbusen*. & seruitium ep̄ale in *Heruorde*. abiurauit apud Patherbrun. in domo ep̄i iure feudali. promissq; in man⁹ fidelium patherbrunnensis ecclīe sub damno amissionis omniū bonorū suorū. se nullo unquam ingenio eandem aduocatiâ cum prenominatis bonis repetiturum. uel aliquo modo inuasurum. & quod nullis suis consanguineis uel extraneis assister. qui aduocatiâ inuadant. & nominata bona. sed cum ep̄o ea fideliter defendet. elegit & iam idem *Herimann⁹*. quod si hanc transactionē uel aliquod eius capitulum inficiari aliquando uellet. non crederetur iuramento. quo negatiuam probare uellet. sed conuinceretur p clericos & ministeriales eque sicut p nobiles. in presentia itaq; maiestatis renunciauit omni iure. quod in predicta aduocatiâ ac prescriptis bonis habere uidebatur. & expresse coram nobis abiurauit totā aduocatiâ. quam *Widekindus frater suus* uacantem habuit. quando eam resignauit. dum itur⁹ esset in expeditionem transmarinā. præterea abiurauit decimam *Atlen*. curiam *Dalpenbusen* & seruitium ep̄ale in *Heruorde*. hoc itaq; factum predicto patherbrunnensi ep̄o fuisq; successorib; & ecclīe patherbrun. ut in ppetuum ratum pmaneat. & a nullo unquam in posterum infringatur. presenti pagina imperiali auctoritate confirmam⁹. ad cui⁹ rei certā in ppetuum euidentiā presentem cartam inde conscribi iussim⁹ & maiestatis nre sigillo communiri. Hui⁹ rei testes sunt. *Walther⁹ trojan⁹ ep̄c. Rudolfus renetensis ep̄c. Sifrid⁹ abbas heresfeldensis. Conrad⁹ abbas de Lorse. Atelheri⁹ dux de Tekke. comes Herimann⁹ de Kirkerbc. comes Godefrid⁹ de Spanhem. comes Poppo de Wertheim. Ruter-*



Quoniam non timere et inuincibilem esse debent. Quia Romanae Regis et omnium christianorum regum in perpetuum  
cum diuina clementia nos ad Romani regni fastigium peruenire dignata sit. merito subiectorum usque paternis intendere & maxime locorum  
ne uerabilium uia manuteneat & augere debent. et si qua palicuius potentia ceteris diuinitate subiecta ea ad istum statum regali beniuo  
lencia prouocare uolumus. Illi uero uniuersis tam futuris quam praesentibus regni nostri fidelibus. notum esse uolumus quod fideles noster Wilekino  
corbiciensi abbi & ecclesie sibi commissae feodum furesti quod soligo dicitur in praesentia principis imperii recognouimus & tradidimus.

SIGILLUM DOMINI OSTOMNI

ROMANORUM REGIS



Data per manum Gosardi Regalis aule prothonotarii. davis gran. felix etc.









*bert<sup>o</sup> de Durna, Cono de Mincenberc.* Heinric pincerna. & alii quam plures. acta sunt hec anno dominice incarnationis M. C. XCIII. indictione XI.

gubernante Corbiam Warrino.

Data apud Frankenovort II idus decembris.

Anno 1198. *Herimannus* noster, *de Waldekke* comes, in comitiis solennibus præsto erat, cum Otto IV, Heinrici Leonis filius, Aquisgrani solenni ritu rex inungeretur, in folio Carolino collocaretur, ac lata acclamatione populi rex salutaretur. Id ipsum patet ex diplomatis sequentibus, quæ ex autographis archiui Corbeiensis hic accurate in publicum proferimus, hunc in modum:

**C**In nomine sancte et indiuidue trinitatis. *Otto* diuina fauente clementia Romanoꝝ rex et semp̄ aũḡ uniuꝝis regni fidelibꝝ in perpetuum. Cum diuina clementia nos ad Romani Regni fastigiũ puehere

dignata sit. merito subiectoꝝ nꝝoꝝ pat̄ ciniis intendere: & maxime locoꝝ uenerabiliũ iura manuteneꝝ & augm̄tare debemꝝ et si qua p̄ aliquiꝝ potentia eccl̄iis d̄i fuer̄t subtrah̄ta ea ad p̄stinũ statũ ex regali beniuolentia reuocare uolumꝝ. Quapp̄t̄ vniuersis tam futuris quã p̄sentibꝝ regni nꝝi fidelibꝝ; notũ esse uolumꝝ. qđ̄ fidelis nꝝo *Widekino* corbieñ̄ abb̄i & eccl̄ie sibi com̄isse feodũ furesti quod *soligo* dicit̄ in p̄sentia principũ impii recognouimus & tradidimus. eo tenore. ut in eo usũ uenandi habeat. et ius quod uulgariter *Wiltban* appellatur sine qualibet contradictione exerceat. bona quoq; Corbieñ̄, eccl̄ie antiqua uel de nouo acquisita. uacantia uel locata. & iurisdictiones. uidelicet aduocatas et comitatus & regales bannos quos ipsi de nꝝa serenitate indulsimꝝ priuilegiis nꝝis confirmamꝝ. Vt ergo inuicibiliter quod legaliter ordinauimꝝ. huiꝝ facti seriem p̄sentis instrumento comendatã sigilli nꝝi impressione & testiũ subscriptione roboramꝝ. adiacentes. ut si quis hoc factũ nꝝe auctoritatis. munimine consolidatũ qualibet occasione soluere attẽptauerit ueluti lese maiestatis reus nꝝe seueritatibꝝ fenciat indignacionẽ. & p̄ tam temerario excessu exfoluat centũ talenta puri auri. nꝝe maiestati quinquaginta. aliã partẽ eccl̄ie quam ledere p̄sumpsit. Huiꝝ rei testes sunt *Adolphꝝ Colon.* archiepc. *Conradꝝ Argentinens.* ep̄c. *Theodericꝝ Traiecten.* ep̄c. *Thiidmarꝝ Minden.* ep̄c. *Heribertꝝ abbas de Werden.* *Bruno* p̄pos. *aqueñsis.* *Heinricꝝ dux de Lenborg.* *Heinricꝝ comes de Seyna.* *Simon comes de Tikkeneborg.* *Arnoldus comes de Alibena.* *Albertus comes de everstein.* *Adolphus comes de monte.* *Heinricus comes de Kessle.* *Heinricus comes de Huchefwage.*

*Herimannꝝ de Waltecke.* *Heinricꝝ de Swalenberch.* *Walterꝝ et Kuno de Rulant.* *Albertꝝ de Hurde.* *Warnerꝝ et Reimarus de Reimbach.* *Heinricꝝ de Synreche.* & alii quam plures. Acta sunt hec anno dñice incarnationis. M. C. XC VIII. indictione prima. anno regni nꝝi I. VIII die mensis augusti.

signum domini  
ottonis quarti



Romanorum Regis  
inuictissimi.

Data per manũ Morandi Regalis aule prothonotarii Aquisgrani feliciter.



Ab anno  
826 vsq̄  
853 im-  
perante  
Hludo-  
uico et

Alterum vero diploma est huius sententiæ :

**C** In nomine sc̄e et indiuidue trinitatis: *Adolfus* diuina fauente clementia sc̄e *coloniensis* ecclie archieps. licet naturalis legis equitas generaliter deprecatur, ut omnes ecclesie mutuis gaudeant consolationibus, tamen quia plus solet obligare quod specialiter pollicetur quam quod generali sponcione concluditur, notum facim⁹ tam futuris quam presentibus quod temporibus; dñi *wihdekindi corbeien*, abbatif, inter nram et ipsi⁹ ecclesiam consentientibus; & cooperantibus; nris fidelibus; huiuscemodi obseruationis fedus adhibitis necessariis solemnitatibus; contraxim⁹, ut pdicta ecclia in quolibet necessitatif articulo nro fulciatur presidio & uersa uice nra ecclia a corbeien, oportuno auxilio experiatur commodum. Ne ergo pactum tam solerti industria firmatum, nobis & predicto abbate decedentibus aliqua successorum leuitate soluatur, non solum circa psonas presidentium que mutari possunt, sed circa prenominatam eccliam perpetua stabilitate inuiolabiliter statuim⁹ obseruandum. Hui⁹ ergo facti seriem presenti instrumento commendata sigilli nri et ecclie beati Petri impressione firmam⁹ & testium subscriptione roboram⁹. Testes sunt hi. *Theodoric⁹ Traiectensis* eps, *Thibidmar⁹ mindensis* eps, *Heribert⁹ abbas de Werden*, *Ludowicus maior* prepositus, *Vdo maior* decan⁹, *Bruno Bunnan*, ppositus, *Theodoric⁹* prepositus, s. *gereonis*, *gerardus Xanten*, ppos. *Theodoric⁹* ppos. s. *Andree*, *Theodoric⁹* ppos. sc̄orum apolorum, *Engilbertus* ppos. sc̄i *georgii*, *Herimann⁹* chor eps, *Rodulfus maior* scolasticus, *Henricus dux de Limburg*, *Henricus comes de Seyna*, *Symon comes de Tekinburg*, *Arnold⁹ comes de Althena*, *Albertus comes de Euerstein*, *Adolfus comes de monte*, *Heinricus comes de Kessle*, *Heinricus comes de Hukefwage*, *Herimannus de Waldekke*, *Henricus de Sualenberch*, *Henricus et Gerard fratres de Wolmunde-stein*, *Herimannus colon. aduocat*, *Herimann⁹ scoltetus de Susat*, et *Herimannus* filius ei⁹, *Otto camerarius*, *Henricus dapifer*, *Henricus marscalc⁹*, *Adam pincerna* & alii quam plures. Act. sunt hec anno dñice incarnat. M. C. XC. VIII. indictione pma.

Datum apud *Aquis*. III. nonas Julii p man⁹ *Godefridi* cappellani in die scil. coronationis dñi *Otonis* quarti Romanorum regis feliciter. AMEN.

Vter horum duorum fratrum, an *Herimannus*, an *Heinricus*, stirpem Waldecensem propagauerit, in *chemala Corbeien* nos demonstraturos esse promittimus et spondemus.

Reuertimur ergo ad alterum *Widekindi IV. de Sualenberg* filium, qui appellatus æque fuit *Widekindus de Sualenberg*. Inter testes erat ille anno 1186 in diplomate *Sifridi* episcopi Paderbornensis, quo is decimationis prouentum in *Adelloldessen*, id est, in *Arolfsen* uico comitatus *Euersteinensis* site, haud procul a vicis *Brack* et *Heina*, monacho *Amelunxbornensi* parrocho *Altendorfseni*, legauit. Eius sententia est talis:

**C** In nomine sc̄e et indiuidue trinitatis. Ego *Sifridus* dei gr̄a *patherburnensis* ecclie eps monasterio in *Amelungefbrunnen* in ppetuum amen. cum omnes eos, qui in magnis reb⁹ uersantes uitam in excelsis agunt quoslibet religiosos uel calamitate pressos seu quacumq̄ iniuria laborantes, miserationis oculo deceat intueri nos, qui in ecclasticis sum⁹ dignitatibus; constituti speciali⁹ pauperum Xpi & maxime monachorum debem⁹ profectibus; & commodis intendere, ut saltem in eis religionem a cui⁹ obseruantia exterioribus; intenti quandoq̄, diuertim⁹ amplecti uideamur & diligere, huius rei gr̄a considerata asperitate itineris, qua ad deum fr̄es in *Amelungefbrunnen* proficiscuntur, pensata etiam sinceritate deuotionis eorum circa nos & eccliam nram, approbante capitulo nro prouentum decimationis in *Adelloldessen* tam in fructibus; terre quam

Wide-  
kindi co-  
mitis de  
Sualen-  
berg po-  
steri.



quam in nutrimento animalium annuatim ab eo. qui psonatum egerit in ecclia *Aldendorp*. nam ei ius decime prinet. marca & dimidia examinati argenti redimendum concessim<sup>9</sup>. ne autem ex hoc monachorum solatio alicui murmurandi daretur occasio. id non occulte sed publice cum conuiuentia & sub p̄sencia samuelis. qui tunc psonatum in ecclia *Aldendorp* gerebat. eorum quoq. qui tunc habebant possessionem patronat<sup>9</sup> eiusdem ecclie ordinauim<sup>9</sup>. ita tamen. quod si ante messem argentum soluere negligant. decimam colligere non p̄sumat. sed ne huius n̄re constitutionis memoriam nubes obliuionis contegat. uel quisquam calumniosa retractatione factum n̄rum in irritum reuocare p̄sumat. cartam hanc sigilli n̄ri impressione muniri & testium subscriptione fecim<sup>9</sup> roborari. Acta sunt hec anno ab incarnatione dñi

M. C. LXXX. VI. indiēt. III. testes huius rei sunt dñs *Heinric<sup>9</sup> abbas* monasterii sc̄d̄rum ap̄lorum petri et pauli in *Patherburna*. *Alimann<sup>9</sup>* maioris ecclie p̄pos. *Volbert<sup>9</sup>* decan<sup>9</sup>. *Bernhard<sup>9</sup>* p̄pos. ap̄lorum petri et andree in *Patherburna*. canonici maioris ecclie. *Meinric<sup>9</sup>*. *Bernhard<sup>9</sup>* capellani ep̄i. *Erpo*. *Heinricus* scholasticus. *Lambert<sup>9</sup>* cellerari<sup>9</sup>. *Theodoric<sup>9</sup>* custos. liberi. *Albert<sup>9</sup>* comes de *Euerstein*. *Widekindus* de *Sualenberg*. *Widekind<sup>9</sup>* de *Waldekk*. *Conradus* de *Schowenborg*. *Bodo & Bertold<sup>9</sup>* de *bomborg*. *Amelungus* comes de *Patherburna*. ministeriales. *Wernerus* de *Brakle*. *Timmo* & frater su<sup>9</sup> *Werner<sup>9</sup>*. *Hugo* longobard<sup>9</sup>.

Hic vero *Widekindus* de *Sualenberg* stirpem comitum *Sualenbergensium* et *Pyrmontanorum* continuauit. Ab eius enim filiis et nepotibus stirps statim in duos ramos diffusa est. quorum hæc. quam *Godescalcus* condidit. et quam nominant. *Pyrmontanam* anno intercidit 1499; illa uero. cuius auctor *Widekindus VII*. extitit. anno 1350 rursus exaruit.

Fuisse autem *Widekindum VII*. *Widekindi V*. et fratris *Volwini I. de Sualenberg* atque aduocati *Paderbornensis* filium. comprobare non audemus ex litteris *Philippi* archiepiscopi *Coloniensis* ad annos 1183 et 1185 referendis. quas exhibet *D. Grupenius* in *Origin. Pyrmont. et Sualenb.* p. 19. seq. et p. 22. seq. Etiam si enim in illis *Widekindus* quidam saluetur frater *Volquini* de *Permunt*. atque inter testes reperiatur *Widekindus* de *Waldege*. et affirmetur. *Widekindo* de *Sualenberg* filium fuisse nomine *Widekindum*; sciant tamen hæc duo diplomata n̄uis quibusdam. qui suspicionem falsitatis augent. Prius diploma datum est *Coloniae* 1183 indiētione VIa die nona aprilis. Sed ea numerandi ratio illo tempore in usu non erat. neque anno 1183 indiētio VI sed XV fluxit. Et quamuis in posteriori diplomate calendarium Romanum adhibeatur. vitium tamen rursus indiētioni infedit. Non enim anno 1185 indiētio III. sed secunda. fluxit. alias ut iam taceamus rationes. Prouocamus ergo potius ad tabulas monasterii *Mariafeldensis*. in quibus quatuor fratres *Widekindus*. *Herimannus*. *Volwinus* et *Heinricus* reperiuntur. inter quos *Widekindus* appellatur dominus de *Sualenberg*. quem nos nominauimus *Widekindum VII*. Nam etsi nouimus. illustrum *D. Grupenium* contra hanc chartam l. c. p. 76. seq. dubitationum materiam effundere. eas tamen putamus tanti non esse. ut totum hoc diploma sit reiiciendum. Atque. ut lectores nostri de ueritate eo melius iudicare et rem diiudicare possint. ipsum diploma. quamuis id sit iam a *Nic. Schatenio* *Annal. Paderbornens.* Tom. I. f. 868. seqq. productum. e MScto hic suppeditare permillum erit.

**C** In nomine sc̄e et indiuidue trinitatis. *Herimannus* dñi gratia *Monsferiensis* ep̄s sc̄ds. Quoties ex deuotione fidelium uel oblatione principum ecclia dñi rationabilib<sup>9</sup> proficit incrementis. oportet nos. quos non estimator meriti sed gratie largitor dominus tamquam speculatores in eminenti constituit. piis eorum studiis gratanter occurrere. bonam uoluntatem adhortando promouere. acta commendando approbare & ne opus in fundamento uacillet. quid & qualiter sit actum. posteritati notitie scripto transmittere. quatin<sup>9</sup> & bonis imitatorib<sup>9</sup> exemplum pietatis



Ab anno  
826 usque  
853 im-  
perante  
Hludo-  
uico et

tatis inde preberi & de sinistro aliquid machinantibus tam rationis quam auctoritatis titulo possit obuiari. Uniuersis itaque presentis & future etatis fidelibus innotescere uolumus, quod quidam nobilis de nostra diecesi *Widekindus aduocatus & mater eius Lutbrudis* spiritu consilii salubriter instructi & aliquem ex se fructum in tempore suo domino prouenire desiderantes, fundum quendam & quatuor mansos in *hundingen* cum decimis attinentibus ab ecclesia *Vrekenhorst* commutauerint, restituentes in concambio fundi quosdam agros predii sui sub curti, que *belen* dicitur, adiacentes, & in concambio mansorum domum unam in *garboldinctorp*, aliam in *bersen*, tertiam in *ouenwide*, adhuc in mentis secrete retinentes, quid inde proponerent. Quorum bonę intentionis odore attracti duo alii nobiles *Bernardus de lippia & Luitgerus de waldenberg* duas partes de totius estimationis sorte a predicto aduocato & matre eius ementes cambite possessionis se coheredes addiderunt, illud quoque, necessario recapitulandum duximus, quod & fundi & mansorum

cambio sub iurisdictione *Ruthardi comitis* in loco *matthenhem*, sententia & consensu scabinorum annuente, sub regio banno est stabilita, & ibidem *Bernardus & Luitgerus* emptionem suam ab aduocato & matre

eius confirmauerunt. *Ruthardo* regium bannum exequente, deinde prefati tres nobiles edificandi monasterii in sepe dicto fundo licentiam a nostra benignitate petierunt, qua obtenta, in loco, per manus nostram primitus benedicto, in honorem dei & gloriosissime genitricis eius *marie*, monasterii fundamenta cum sancta iocunditate posuerunt, & ad eius dotationem iam dictum fundum & mansos obrulerunt, & ad maiorem sue deuotionis expressionem ipsum locum *beate marie campum* appellarunt, preterea iam dictus *Widekindus* ecclesiam *hofwinkla*, in qua ipse hereditaria successione ius patronatus habuit, cum curte sua ibidem sita, & duos mansos in *rebe*, sue nouelle ecclesie cum uniuersis attinentiis integre donauit. Nos quoque, debita hilaritate illorum deuotionem excipientes, sepe dictę ecclesie uidelicet *hofwinkla* bannum integraliter iam dicto monasterio in solatium & augmentum benigne contulimus, quem nos ab ecclesia beati mauricii sufficienti commutatione & indempni cambium, insuper quinque solidos in curti *hofwinkla* ad episcopales redire pertinentes ibidem obtulimus, & episcopi mensis aliam decimam sex solidorum de duabus domibus iuxta *walbike* & de alia in *delestorpe* que tunc uacabat, in recompensationem restituit, sed & *Bernardus de lippia* eidem ecclesie consensu heredum suorum contradidit unam domum predii sui in *selehorst*, & alteram que dicitur *prouestinchof*, quam a *Bernardo* monasteriensis ecclesie maiori proposito nostro & totius capituli consensu cambiuit, restituentem ecclesie nostre duos mansos predii sui in *leuerdinctorp* & duos in *adenbotmen* ad agrum curti *rucampe* attinentem, cuius concambii restitutio sub iurisdictione

*Ruthardi* in *bornen* sub regio banno sententialem est confirmata. *Widekindus* quoque, de *Sualenberg* cum fratribus suis *Herimanno Volcuino & Heinricho*, cum aliis adhuc non haberent heredes, & pro etatis integritate libero fruerentur dispositionis arbitrio, iam dicto claustro ecclesiam *stapellagen* & curtem ibidem sitam cum omnibus attinentiis suis pari uoto & unanimi assensu assignauerunt, nec hoc pretereundum, quod *Widekindus aduocatus* sexaginta marcas, quas in bonis illis nomine pignoris habuit, prefato *beate marie campo* inseuit, & hec donatio predictorum fratrum sub regio banno in loco *bracwide* coram *Tanberno comite* stabilita est, quod ideo factum est in loco illo, quia bannus, in quo bona illa sita sunt, certum illo tempore non habuit prouisorem. Huius donationis testes sunt *Bernardus & Widekindus, Florin de ribelmund, Gumbertus de eriborg, Fredericus de spenge, Amelungus comes de pathbrunnen* & frater eius *Crachto, Heinrichus de lippia, Gerardus de wilpendorp*. Eiusdem etiam cenobii prouisores a *Gerardo* proposito & fratribus eius unam domum in *selehorst* & mansum unum in *bulten* integraliter

emerunt, cuius emtionis stabilitio coram *Ruthardo* in loco *matthenhem* debito



debito est ordine terminata. iidem etiam prouifores a quodam libero homine lieueken domum unam cum omnib<sup>9</sup> atinentiis emerunt & in eodem loco coram sepe dicto *Rutbaro* emptionis sue stabilitatem obtinuerunt. presentib<sup>9</sup> & collaudantib<sup>9</sup> *Arnoldo comite de aliena & Widekindo de ofede*. His omnib<sup>9</sup> ea qua dictū est stabilitate ordinatis. p̄fati fundatores nouellam plantationem suam b̄to paulo & nobis nr̄isq<sup>9</sup>. successorib<sup>9</sup>. coram toti<sup>9</sup> capituli audientia p̄petua donatione gratis & libere obtulerunt. ea tantum p̄actione intercedente. ut idem loc<sup>9</sup>. sicut ad monasteriensem eccliam obedientie & proprietatis haberet respectum. ita ab eadem speraret p̄petuum defensionis patrociniū. quem nos etiam ab omni exactione n̄ra uel successorum n̄rorum omnino liberum & absolutum esse concessim<sup>9</sup>. Post hec quidam ministerialis b̄ti pauli nomine *Geruino de Bukeneorde* anime sue miserando talentum decime positum in *theten*. uxore & filio collaudantib<sup>9</sup>. nobis resignauit. similiter & quidam *Lutfridus Swethero de vlete*. *Swetherus Bernardo de lippia*. *Bernard<sup>9</sup>* uero nobis decimam super duas domus in *bonlo* exstutauit. nos uero hanc & predictam decimam a Geruino resignatam dicto monasterio resignauim<sup>9</sup>. insuper *Widekindus aduocat<sup>9</sup>* domum quandam in *pelechem*. quam a nobis feodali iure tenuit. libere resignans eidem monasterio in proprietatem donari a nobis efficaciter impetrauit. igitur ut tantorum munerum femina in uitam eternam proficiant. uenerabilium cisterciensis generalis capituli patrum benigno freti assensu. in loco memorato congregationem de filiis eorundem in honorem d̄i omnipotentis & uenerationem beatissime semper uirginis marie constitutum<sup>9</sup>. & potestatem a d̄o habentes ipsi eorumq<sup>9</sup>. successorib<sup>9</sup> ordinis sui consuetudines illis seruare libertate p̄petua libentissime concedim<sup>9</sup>. Quoniam autem uniuersitas eccliarum *aduocatorum* insolentia laborat & fere succumbit. nos id pro posse n̄ro diligenti sollicitudine p̄cauentel. eisdem fratrib<sup>9</sup> liberam in quemcunq<sup>9</sup>. uoluerint aduocati electionem. & eiusdem si min<sup>9</sup> utilis fuerit. sine contradictione depositionem indulgem<sup>9</sup>. ita duntaxat. ut quemcunq<sup>9</sup>. elegerint. a nobis donum accipiat. & ne aduocat<sup>9</sup> plus in loco illo iuris quam oportet sibi uendicando usurpet. certos ei terminos assignam<sup>9</sup>. ut uidelicet non in pluribus quam in duob<sup>9</sup> equis ad claustrum. si uocat<sup>9</sup> fuerit. accedat. & si pro hereditatib<sup>9</sup> obtinendis uel commutationib<sup>9</sup> exequendis iure suo operam impenderit. tantum sex denariis sit content<sup>9</sup>. non emolumentum quantitatem attendens. sed illi<sup>9</sup> potius quem apud d̄m patrem aduocatum habem<sup>9</sup>. ih̄u xp̄i retributionem feliciter expectans. adiciendum quoq<sup>9</sup>. est. quod nos unum mansum in *rebe* cum aliis in *gropenlob* ab ecclia s̄ci mauritii cambiui<sup>9</sup>. & ita nos & aduocat<sup>9</sup> domum duorum mansorum in *rebe* predicto monasterio dedim<sup>9</sup>. sed & mansum in *clesphem* a *Conrado de ostberge* ministeriali b̄ti pauli & octo litones nobis resignatos eidem loco contulim<sup>9</sup>. insup supra dict<sup>9</sup> aduocat<sup>9</sup> unum mansum in loco. qui uocatur *gest*. alium in *bukki*. & *Bernard<sup>9</sup> de lippia* unum in *grunborst* sepe dicto cenobio obtulerunt. Ut igitur hec ordinatio tam diligenti circumspectione p̄tractata. p̄petua stabilitate consistat. presentem paginam sigilli n̄ri annexione roboratam conscribi iussim<sup>9</sup>. auctoritate d̄i & n̄ra terribiliter excommunicantes. qui b̄te marie campum in modo oblati uel in futurum offerendis inquietare uel contra prescriptam eius libertatem aliquid presumpserit ordinare.

Acta sunt hec anno ab incarnatione domni M. C. LXXX. V. indict. III. presidente romane sedi *Lucio* Papa III. regnante *Frederico* romanorum imperatore augusto. presentib<sup>9</sup> clericis & laicis. quorum hec nomina sunt. *Bernard<sup>9</sup>* maior p̄pos. *Bernhard<sup>9</sup>* maior decanus. *Herimannus* abbas in *cappenberch*. *Wintzo* abbas in *lisborn*. *Werinbald<sup>9</sup>* abbas in *Varlar*. *Udo* s̄ci pauli p̄pos. *Herimannus* s̄ci mauritii p̄pos. *Franco* s̄ci pauli decan<sup>9</sup>. *Frederic<sup>9</sup>* s̄ci ludgeri p̄pos. *Frederic<sup>9</sup>* s̄ci ludgeri decanus & toti<sup>9</sup> capituli n̄ri conuent<sup>9</sup>. *Herimannus comes de rauensberg*. *Simon de tekeneborg*. *Otto comes de benethem*. *Rodolfus*



Ab anno  
866<sup>que</sup>  
853 im-  
perante  
Hludo-  
uico et

de stenuorth & filius ei<sup>9</sup> Ludolfus. Iohannes de abus. Godescalc<sup>9</sup> de lon.  
Burchardus de aschenberg. Henric<sup>9</sup> de dulmen. Henricus de rechetbe.  
Ludolfus de beuerne. Godefridus de sconebike. Herimannus de mona-  
sterio. Godescalcus de saprothe. Rutgerus de bilrebeke & alii quam plu-  
res.

Ex hoc diplomate intelligitur, Widekindum de Sualenberg cum fratribus suis  
Herimanno, Volewino, et Henrico anno 1185 non habuisse heredes. ex quo D.  
Gruppenius colligit, huius Widekindi VII filios Godescalcum et Widekindum VIII  
anno 1201 vix annos XVI ætatis habere potuisse; cum vero Widekindum VIII  
iam anno 1227 et 1230 adultos filios Volquinum et Adolfum, atque anno 1246  
ætate adulta nepotes habuerit, easpropter id, quod diplomate asseritur, sc. Wi-  
dekindum VII anno 1185 caruisse heredibus, in dubium vocandum est, donec  
demonstretur, hæc omnia fieri potuisse. Ut ergo hæc ostendamus, genuinum  
stemma Sualenbergensium comitum hoc loco contextui inseramus oportet.

TAB. I.

Widekindus IV. de Sualenberg fundator monasterii Marienmun- ster 1128.			
Volcwinus I. comes de Sualenberg 1142. 1153. vxor eius Lurgard 1144.		Widekindus V. de Sualenberg vid. Tab. 2.	
Widekindus VI. comes de Waldecke 1189.		Herimannus de Waldecke 1189. 1193. 1198.	Henricus 1189.
Volcwinus III. comes de Wal- decke.	Adolfus comes de Waldecke 1230. 1237. 1254. vx. eius comitissa de Arnf- berg.	Herimannus 1248.	Henricus præpositus Paderbornen- sis, frater Adolphi et patruus Adolphi, Gotfridi et Ortonis. 1263. 1265. 1269. 1275.
Adolfus de Waldecke. 1271.	Gotfridus 1271.	Otto. 1271.	Widekindus X filius Adolphi episcopus Osnabrugens. 1267.

TAB. II.

Widekindus V. comes de Sualenberg 1149, 1173, 1177.							
Widekindus VII comes de Sualenberg. 1177. 1184. 1185.		Herimannus 1185.	Volcwinus II. 1185.	Henricus 1185. 1198.			
Godescalcus de Perremunt.		N.	Widekindus VIII. com. de Sualenberg 1203.				
Hermannus c. de Perremunt et reliqui vid. supra Tabula stemmatis Widekindi.		Bernhardus.	Widekindus IX. Fridericus. fratres dicti de Colrebeke 1239. 1244.	Volquinus IV. de Sualenberg frater Adolphi. 1230. 1237. 1244.			
Widekindus XI. 1246. 1256.	Adolfus com. de Sualenberg vxor eius Jutta. 1246. 1285. 1298. 1305.	Volquinus V. episcop. Mindenensis. 1277. 1279. 1280. 1281. 1282. 1284. 1285. 1288. 1289. 1290.	Albertus c. de Sualenberg vid. Tab. 3.	Gunterus præpositus cathedral. Magdeb. 1285. 1298. 1305. † 25. May.	Cunigund abbatisa fa Valken-Hagenf. 1298. 1308.	Irmengard abbatisa Molens. bec. 1285. 1305.	Mechtild abbatisa Molens. bec. 1285. 1305.
Henricus canonicus Hildesi. 1295. 1305.		Gunterus. vx. eius Sophia Adelheid de Homborg 1295. 1305. 1295. 1300. 1322. 1305. 1309.		Jutta 1295. 1298. 1305.	Conegund 1295. 1298.		
		Adolfus 1322.					

TAB. III.



## TAB. III

Albertus comes de Sualenberg. vx. eius Jutta.  
1246. 1285. 1298. 1301. 1305. 1315.

guber-  
nante  
Corbe-  
iam Wa-  
rino.

Guntherus episcopus Paderbor- nenfis. 1305. 1309.	Ludgard vx. Hermanni comes de Peremont. 1295. 1298. 1308.	Henricus vx. Elisabeth comes de Sualenberg 1298. 1305. 1309. 1324. 1329. 1345.	Albertus 1298. 1305. 1309. 1315.	Jotta 1295. 1298.	
Borchard vxor Agnes 1324. 1342. Agnes vidua 1350.	Henricus vxor Mechtild comi- tissa de Retberg 1324. 1345. 1350. † 1350.	Elisabet vxor Aſchwini de Stenberg.	Jutta cano- niſſa Gan- dersh. 1324.	Mechtilda, canoniſſa 1324. Gandersh. 1324.	Wedekindus 1324. Leneka 1324.
Jutta 1350.					

Ex quo statim animaduertimus, *Volcwinum I* iam anno 1144 vxorem in matrimo-  
nio *Lutgardam* habuisse. Ponamus ergo, eius fratrem *Widekindum V* vxorem  
duxisse anno 1145; ei ergo filii nasci potuerunt, scilicet *Widekindus VII* anno  
1146, *Herimannus* 1147, *Volcwinus II* 1148 et *Henricus* 1149. Quia autem  
hi quatuor fratres anno 1185 heredes nondum habuere, porro ponamus, *Wi-  
dekindum VII* matrimonium contraxisse anno 1185. Ergo ei filii *Godescalcus*  
et *Widekindus VIII* anno 1186 et 1187 nasci potuerunt. Quodsi rursus ponamus,  
*Godescalcum* et *Widekindum VIII*, anno ætatis suæ XVIII in matrimonium  
duxisse vxores, *Godescalcus* coniugem in fœdus tori accepit anno 1204, *Widekin-  
dus* vero anno 1205. Quare *Hermannus*, filius *Godescalci de Perremunt*, ex ma-  
tre anno 1205 progeniti, atque anno 1231, quo nomen eius in actis publicis com-  
paret, annos ætatis XXVI iam adtigisse potuit. *Wedekindi* vero VIII filii vita-  
lem auram haurire potuerunt, nempe *Volquinus IV* anno 1206 atque *Adolfus*  
1207. Hoc pacto confortem thalami, anno ætatis XVIII expleto, adsciscere po-  
tuit, *Volquinus IV* quidem anno 1224, atque *Adolfus* anno 1225. Filii ergo  
*Volquini IV* in luminis auram prodire potuerunt, scilicet *Widekindus XI* anno  
1225, *Adolfus* 1226, *Volquinus V* 1227, atque *Albertus* 1228. Itaque *Widekin-  
dus XI* anno incarnationis dominicæ 1246 vitam suam ad XXI annum, *Adol-  
fus* vero ad annum XX produxisse existimandi sunt. Nihil ergo videmus, quod  
nos impediatur, quo minus credamus, allatum diploma esse genuinum.

Nunc porro cuicendum est, hos quatuor fratres *Widekindum* nempe VII,  
*Herimannum*, *Volcwinum II*, et *Henricum*, fuisse filios *Widekindi V*, de *Sua-  
lenberg* comitis. Id apparere arbitramur ex tabula sequenti, ad annum 1177  
referenda, in qua 1) *Volquinus* et *Widekindus de Sualenberg* nominantur fratres,  
quippe quorum ille, qui adpellatur *Wernerus de Brach*, id est, *Brachel* seu *Brak-  
kel* (non *Bruch*, vti *Origin. Pyrmont.* p. 57. habent: in nostris enim diplomati-  
bus idem nomen est contractum, et *Wernero* tributum, aliquando effertur *Brak-  
chel* decimam in villa desolata *Valhusen* loco beneficii habuit; idem vero *Wi-  
dekindus de Sualenberg* 2) *senior* appellatur, indubie habito respectu ad iunio-  
rem *Widekindum*, suum filium. En igitur ipsum diploma ex MScto, quo veris  
originibus *Waldeccensibus*, quibus hæctenus animum adiecimus instaurandis,  
colophonem addimus, referuatis solidioribus argumentis in aliud tempus:

**C**In nomine sc̄e et indiuidue trinitatis. *Euergisus* dei gratia *pather-  
brunnensis* ecclie ep̄s. gratum dō et acceptum munus offerri scimus.  
clemosinam. que xp̄iano cuilibet indigentū uoluntate larga tribuitur.  
sed multo maioris meriti & retributionis illam credim⁹. que impendi-  
tur his, qui uoluntarie se propter deum addicauerunt paupertati. &  
dñō diu noctuq. seruituros mancipauerunt. Hęc attendentes sc̄arum  
uirginum paupertati. que in *Gerdine* deo deseruiunt. consolationis alicui⁹  
remedio subuenire decreuim⁹. decimas itaq. tres ecclie p̄nominati  
loci consecratę in honore sc̄e dei genitricis b̄tiq. petri ap̄lorum prin-  
cipis contulim⁹. quarum prima in *valhusen Werner⁹ de Bräch.* in be-  
neficio tenuit a domno *Volcuino & fratre eius Widekindo de Sualenberg*  
D d 2 &



Ab anno  
826 usque  
853 im-  
perante  
Hludo-  
uico et

& ipsi eam resignavit. ipsi uero etiam mihi resignauerunt. & in recom-  
pensationem a predictæ ecclie prouisoro Basilio XII marcaf examinati  
argenti acceperunt. item tres fratres *Hugo Geroldus* & *Gerhardus* acceptif  
a iam dicto Basilio XVIII marcaf decimam in *osterhusen* mihi resigna-  
uerunt. & ego predictæ iam ecclie contuli. item dno *Andree* & fratri  
ipsius *Conrado* de rebus ecclie datæ sunt V marce. ut decimam in *he-  
keldeffen* domno *Bernbarde de lippia* resignarent. quo factò ipse mihi  
eam resignavit. & ego eam ecclie sepedictæ contuli. Anno itaque in-  
carnat. domin. MCLXXVII. indict. X. paginam hanc. que pdicta  
sunt. continentem conscribi & sigilli nri impressione muniri fecimus  
tam clero quam laicis consentientibus & comprobantibus que facta sunt.  
quorum nomina sunt hec. canonici patherbrunnenses. *Sifridus* ppo-  
sit. *Godescalcus*. *Bernhardus* pposit. *Altmannus*. *Volberus*. *Meim-  
ricus*. *Reinherus*. *Heimricus*. *Lambertus*. *Hugo*. homines liberi. *Wi-  
dekindus de Sualenberg senior* & *Widekindus iunior*. *Bernhardus de lip-  
pia*. *Gerlacus de itere*. *Thietmarus de buen*. ministeriales. *Hart-  
mannus de Ilesen*. *Conradus Stapel* & filii eius *Conradus* & *Thimo*. *An-  
dreas de ethelen*. *Conradus* frater eius. *Herimannus de Brach*. *Alber-  
tus de rikerfwich*. *Helmuius de helmere* & *Lentfridus* frater eius aliiq.  
quam plures.

De Ra-  
gembol-  
do.

(t) De *Ragemboldo* iam supra sententiam nostram aperuimus §. 104. not. (l), ubi par-  
tim ex eius nomine, partim ex donis, quæ (§. 118.) tradidit, quæque in pago  
Logne in Snuidi marcu erant, collegimus, eum ad progenitores comitum  
Northheimensium et Dasseliensium esse referendum, in qua sententia adhuc per-  
sistimus.

De Cum-  
brone.

(v) *Cumbrone* supra (§. 29.) quædam donauit loco Odonis comitis in pagi Derlingo villa  
Suntstede seu Sunsted intra præfecturam Königs-lutter in Principatu Wolferbut-  
relano. Ipse videtur frater *Abbonis* seu *Abbonis* fuisse, qui eodem in pago, te-  
stante §. 57, quædam donauit. De hoc egimus §. 104. not. (f) Odonis filius  
fuisse videtur *Fritberic*, qui in eiusdem pagi Derlingi villa Lauuingi, quæ vicus  
Lauingen est, itinere vnus horæ ab oppido Königs-lutter distans, quædam tradi-  
dit. *Abbonis* vero filius videtur fuisse *Abbi*, qui in villa *Sintestorpe* eiusdem Der-  
lingi pagi, quæ villa *Seinstorf* est eadem in regione, vti apparet ex §. 260, quæ-  
dam largitus est. An horum frater fuerit *Richbertus comes*, qui in eodem pago  
Derlingo, vti didicimus §. 15, quædam donauit, pro certo quidem dicere non  
possumus; ex bonis tamen traditis, quæ in vno tractu, et haud procul a castro  
Supplinburg, reperiuntur, illud consequi videtur. Fuere ergo hi, vt probabili-  
ter existimamus, progenitores comitum *Supplinburgicorum* et *Sommer-schenburgi-  
corum*, e quibus imperator Lotharius Saxo enituit prodiitque. De hisce copiose  
egimus infra §. 188.

De Bil-  
lingo et  
origine  
familie  
Billunga-  
næ.

(w) Familia *Billungana* clarum nomen fuit adepta fama que super æthera nota est. Ob-  
latam ergo occasionem de ea mentem nostram aperiendi dimittere nolimus,  
cum adhuc vera illius origo occulta et penitus abdita fuerit. Res est nota at-  
que apud omnes peruulgata, *Hermannum*, ducem Saxonie nostræ, qui vixit anno  
970, filium fuisse *Billungi*. Altius in genealogia huius ducis præstantissimi ascen-  
dere, hætenus nulli datum est. Etiam si autem nemo vituperatione videtur di-  
gnus, qui ultra vires non progreditur, laudandus tamen is non erit, qui, si ve-  
ra proferre nequit, vana et falsa instar seminis boni in agrum historicum spar-  
git, ex quo nihil, nisi infelix lolium, procrefcere potest. Sunt, qui affirmant,  
*Hermannum* ducem humilis atque obscuræ originis, imo pauperem, fuisse, per  
gradus autem ad summos honores prudentia et virtute bellica adspirasse. Quam-  
uis vero illud in eius laude collocandum esse, facillime concedamus; contendi-  
mus tamen, verum id non esse, si *Adamus Bremensis*, *Helmoldus* atque *Albertus  
Stadenfis* eum pauperibus ortum natalibus, tradunt: si *Crantzius*, eum susce-  
ptum ex puluere priuatæ familie, refert: si *Cornerus*, *Munsterus*, alique eum rustici,  
imo cuiusdam *Wilingi* seu *Bilingi*, filium, natum in curia *Stubbekeshorn*, distante  
a *Luneburg* ad sex miliaria prope *Soltow*, existisse, prædicarunt. Quanto enim  
in errore hi omnes versentur, euidentissime ex his demonstrabimus traditionibus.  
Primo enim inficiari non licet, nomen *Amelungi* in familia *Billungana* fuisse cre-  
brum,

Amelun-  
gus fator  
familie  
Billunga-  
næ.



brum, vti ex nomine *Amalungi* episcopi Verdensis, qui frater ducis *Hermanni* fuit, gubernante Corbeiam *Waringo*, apparet. Cum igitur in his traditionibus (§. 20.) *Enno comes* appelletur *filius Amalungi*, *Amalungum* istum pro fatore illustrissimæ huius familiæ habere conuenit. Cum *Enno comes* tempore Adalardi et Warini, abbatum Corbeiensium, vixerit oportet. Non autem infimæ plebis hominem fuisse *Amalungum*, ex eius filio *Enno* apparet, quippe qui comitis honore dignus a cæsare habitus fuit. Id quod factum non fuisset, nisi *Amalungus* pater eius inter summates et proceres nostræ Saxonie eminuisset.

An *Amalungus* cum cæsare cognatione coniunctus fuerit, et ex ea *Ennoni* nostro cæsaris gratia patuerit, audacter quidem pronunciare nolumus. Colligere tamen id licebit ex verbis Roswithæ Gandersheimensis T. II. S. R. B. Leibnitii p. 319, vbi de *Luidolfo* duce Saxonie ita canit vates illa:

*Cui (Luidolfo) coniux ergo fuerat prænobilis Oda,  
edita Francorum clara de stirpe potentum,  
filia Billungi cuiusdam principis almi  
atque bonæ famæ generosæ scilicet Aeda.*

Si enim statuimus, vti id probabile esse videtur, istum *Billungum* fuisse fratrem *Amalungi* nostri, atque *Aeda* esse editam stirpe potentum Francorum, Carolus Magnus fortassis hoc matrimonium conciliauit, vt proceres Saxonie nostræ eo arctius sibi deuinciret. Gratia Cæsaris sine vilo dubio effluxit in nostrum *Ennonem* ex consanguinitate, qua hic contigit imperatorem. Hoc autem posito, ex §. 126. deinde effecimus, tam *Amalungum*, quam *Billungum*, prædia sua habuisse intra pagum Bardengo in Principatu Luneburgico, in quo *Billanganam* amplissima possedisse prædia, nemo negare poterit. Quemadmodum enim ex isto loco, accurate considerato, patescit, uxorem *Luidolfi Odam* curasse et sollicitam de eo fuisse, vt eadem bona in pago Bardengo pro salute *Luidolfi* mariti traderentur, et quidem hac sub conditione, vt eadem possideret *Oda* vsque ad obitum suum, nisi alius locus ad manendum sibi accommodaretur; ita ex hoc momento rectissime licet colligere, tradita bona ad dotem illustrissimæ *Ode*, filie *Billungi*, spectasse, atque ita *Billungum* in pago Bardengo possessione obtinuisse. Eadem confirmantur ex §. 270. vbi *Oda*, quæ, vti ex donis argumentati sumus, nulla alia erit, nisi *Oda* ducissa, vxor *Luidolfi* ducis, quæ nonnihil tradidit in pagi Bardengo villa *Gerwigesbus*. Hæc villa videtur fuisse vicus Gerdehusen, haud procul situs Hermansburgo in principatu Luneburgico. Ibi *Oda* quædam sita tradidit, quæ bona sine vilo dubio ad illustrissimam *Odam* ex hereditate patris *Billungi* peruenerant. Vixisse autem adhuc eo tempore *Odam* ducissam, commorantem in monasterio Gandersheimensi, ex verbis Roswithæ f. 350. patet, ita canentis:

*Oda nimis felix, nostri spes et dominatrix,  
quum decies denos septem quoque vixerat annos,  
vitam sine bono consumens transiit ad astra.*

Hoc, vti ex antecedentibus verbis elucescit, factum est anno 913. Nata fuit *Oda* ex *Aeda* seu *Attala*, Caroli Magni filia, anno 806. Ex quo momento patet, *Billungum* eiusque fratrem *Amalungum* floruisse tempore Caroli M. Hunc *Billungum* filia sua *Oda* ex vno coniuge decies septies fecit auum, vti iam supra §. 104. not. (n) vidimus et infra §. 349. pluribus demonstrabimus. Id vero repetere nolumus, lectorem beneuolum ad notas laudatas ablegaturi. Plures fuisse liberos *Billungo* illi præter filiam *Odam*, nemo veterum memoriæ prodidit. Tribuere itaque illi plures liberos, non est nostrum.

*Amalungum* vero fuisse patrem *Ennonis comitis*, iam didicimus ex §. 20. Nam inter testes erat hic *Enno comes*, cum §. 5. quædam traderentur Corbeiensibus in pago Logne, et (§. 15.) in pago Derlingo. Ipse vero *Enno comes* pro anima sororis suæ *Tunibild* (§. 18.) in pagi Suilbergi villa *Theutmaresbus*, quæ villa Derfersen est in præfectura Hundesfrück ad saltum Sollinganum, quidquid habuit, donauit. Cum porro ibi *Enno* quidam inter testes reperiat, iste *Enno Ennonis* nostri comitis filius esse potuit. Præfens præterea erat Corbeie *Enno comes*, cum,



Ab anno  
826 vsque  
863 im-  
perante  
Hludo-  
uico et

2) Ben-  
nith I.  
3) Billun-  
gus II.  
4) Ru-  
drat.

5) Ame-  
lungus II.  
6) Thu-  
nechild.  
7) Osdac,  
de quo  
vid. §.  
284.

Bennithi  
I. liberi  
1) Suitba-  
du.  
2) Osdag-  
us II. de  
quo vid.  
§. 284.

testante §. 25, in pago Norththuringi quædam traderentur. Tunc ipse videtur ad postremum præsto fuisse in monasterio nostro. Nam, teste §. 64, ante annum 834 eum iam inter corpore solutos deprehendimus, cum ecclesiæ Corbeensi in pago Logne quædam tradi curauisset. Fortasse habuerat *Enno comes* comitatum suum vel in pago Suilbergi vel in pago Logne, vbi vitæ suæ tempore verisimiliter illa bona acquisiuit, quæ familia Billingana in pago eodem adhuc temporibus Ottonum possederat.

Fratres habuisse *Emonem* nostrum *Bennithum comitem*, *Billungum* et *Rudratum*, probant Traditiones Fuldenses p. 302. ita loquentes: *Billunc et Bennitho tradiderunt S. Bonifatio bona sua ob remedium anime fratris sui Rudrati, quæcunque habuerunt in villa Orda in pago Hardegeve provincia Saxonie.* Natum autem esse *Bennithum* comitem Saxonicum patre *Amalungo*, comprobat codicillus in Broweri *Antiquitatibus Fuldens.* L. III. c. 12. p. 217. Cum *Amalungus* amplecteretur religionem christianam, multa damna acceperat a proceribus Saxonis. Compenfabat ergo ea Carolus M. bonis, in Buchonia sitis, simili pretio. Ita idem imperator duci Ostfalarum Hessi in eadem Bocchonia ampla dedit latifundia. Ex autographo diplomate istius cesaris, intra archiuum Corbeienſe repertiundo, id approbatur. Eandem ob causam putamus, fuisse *Amalungum II* maritum *Hadwi*, fororis Luidolfi ducis, filium *Amahagi I*, et fratrem *Emonis*, *Thunehildis* ac *Bennithi*, de quo memorant traditiones nostræ §. 125. et 149: quia ex iisdem §§. elucescit, *Amalungo II* fuisse filios appellatos *Bennid* atque *Amalungum III*, a patruo, patre atque auo ita nuncupatos.

Diploma Caroli M. Corbeienſe infra dabimus. Codicillum vero e clarissimi Io. Friderici Schannati Traditionibus Fuldens. p. 107. hoc loco addere volumus, ut lector beneuolus de cunctis eo melius iudicare possit. En illum:

*Carolus* serenissimus augustus a deo coronatus magnus pacificus imperator romanum gubernans imperium, qui et per misericordiam dei rex Francorum et Langobardorum. omnibus fidelibus nostris presentibus et futuris notum sit. quia *Bennit* fidelis noster innotuit serenitati nostræ. eo quod *pater illius Amalungus* dum ceteri Saxones parentes illius contra nos infideliter egissent, prefatus *Amalungus* mallens fidem suam seruare quam cum ceteris infidelibus perferuere. relinquens locum natiuitatis suæ. ueniens ad nos et dum in nostro esset obsequio. uenit ad uillam, cuius est uocabulum *vuluisfangar*: quam tum temporis Franci et Saxones inhabitare uidebantur. cupiens ibi cum eis manere. sed minime potuit. tunc pergens ad locum. qui dicitur *vualdisbecchi* inter *uiseraa* et *fuldaba*. propriis sibi partem quandam de silua quæ uocatur *Bocchonia*. quam moriens dereliquit *filio suo Bennit*. qui ad nostram accedens clementiam postulauit celsitudini nostræ. ut nostræ auctoritatis preceptum circa eum confirmare deberemus. quatenus ipse quoad viveret absque alicuius preiudicio tenere et possidere quieto ordine deberet. cuius petitionem denegare nolumus. sed ita concessisse atque in omnibus confirmasse cognoscite. precipientes ergo iubemus. ut nullus fidelium nostrorum presentium scilicet et futurorum prefatum *Bennit* uel heredes illius de hoc proprio. quod in lingua eorum dicitur *biuanc*. expoliare aut inquietare ullo modo presumatis. sed liceat sicut diximus ei per hoc nostrum preceptum ipsam terram. quantamcunque pater illius propriis et ei in hereditate dimisit. tenere atque possidere. et ut hec auctoritas firmior habeatur. uel per tempora melius conferuetur. de anulo nostro subter figillare iussimus.

Suauius ad uicem Ercanbaldi recognoui. Data kal. decembris anno XL Christo propitio imperii nostri et XLIII. regni in Francia atque XXXVII. in Italia. actum Aquisgrani palatio regio in dei nomine feliciter amen.

Sed antequam de filiis *Amalungi II* commentemur, pauca de *Bennithi I* filiis sunt exponenda. Eos fuisse arbitramur *Suitbadum*, *Redbardum*, *Thiadricum*, *Billungum* ac *Gamerum*, omnes inter coheredes ducis Ostfalarum Hessi obuioſi, uti ex nostro §. 104. perspicitur. Fratres fuisse hos omnes, in traditionibus nostris



fratris asseritur. Inter eos *Billungus* sine vlllo dubio collocandus est. Nomen ille accepisse videtur a patruo et propatruo suo *Billungo*. Ipse cum fratribus suis coheres fuisse traditur Ducis Olfalorum Hessi. Vnde licebit suspicari, eorum matrem fuisse ducis Hessi filiam. Sed quinam eorum pater fuerit ex duobus filiis *Amalungi I*, an *Enno comes*, an vero *Bennith comes*, id obscurum est et incompertum. Sin vero coniecturis aliquid dandum sit, maluimus *Bennitho* hos fratres tribuere, quam *Ennoni comiti*. Cum enim *Bennith* in Buchonia nonnihil prædiorum possederit æque ac Hessi, optima illi occasione fuit *Bennitho*, in notitiam Hessi eiusque filie perueniendi, quæ ansam ei præbere poterat contrahendi matrimonium cum Hessi nata.

Vt ergo de filiis huius *Bennithi* comitis disserere aggrediamur, necessarium videtur. Donarunt (§. 201.) fratres *Thiadricus*, *Sibodo*, et *Gamer*, quidquid habuere, in pago Salgo eiusque villa *Uppaim* pro remedio animæ matris eorum. Hæc villa sine vlllo dubio est *Uppen*, vicus præfecturæ *Liebenburg* in Hildesienfis episcopatus terris. Hæc bona, opinor, ad hos fratres ex hereditate matris, quæ filia, vti diximus, ducis Hessi fuerat, translata erant. Cum vero eodem in pago Salgo quondam *comitatus Sladem* extiterit, verisimillimum est, *Thiadricum*, *Suibodonem*, et *Gamerum* conditores Comitum *Slademenstum* atque *Olesburgicorum* fuisse. Porro ex §. 205. obseruamus, *Gamerum* pro sorore sua *Helmburga* in villa *Sirikeshus* intra pagum *Falhen*, quidquid habuit, tradidisse, et inter testes fuisse obuium *Thiadricum* æque ac *Sibodonem*, qui (§. 201.) fratres appellantur. Ex hoc momento coniectamus, mentionem hic fieri de *Gamero*, filio *Bennithi comitis*. Est vero *Sirikeshus* villa pagi *Falhen*, vicus *Sierfe* in præfectura *Wolfferbuttelensi*, spectatque ecclesia ibidem ad ecclesiam in *Bethmar* atque inspectionem *Bahrum* haud procul a villa *Wahlen* a castro *Alesborg* seu *Olesburch* ad *Fufam* obuium iter vnus horæ distans. Quidam nobilissimi comites Saxonie dicti sunt de hoc castro *Olesburch*, quorum profapiam contigit *S. Bernwardus*, XIII episcopus Hildesienfis.

Hanc sententiam, qua vnâ eandemque origine *Slademenstibus* atque *Olesburgicis* comitibus tribuimus, emicare putamus ex §. 298. In eo enim *Theodoricus* quidam, qui filius *Thiadrici* filii *Bennithi comitis* fuisse videtur, pro coniuge sua *Fritberuna* donauit quædam, in villis *Rainalduinghusen* et *Gellithi* sita. Harum illa in pago *Flothwitha*, hæc vero in pago *Salgo* locum habuit. *Gellithi*, nisi fallor, est *Gielde* vicus præfecturæ *Sladem* intra episcopatum *Hildesheimensem*. Illa autem adhuc notitiam meam præterit. Quamuis enim inter oppida *Peine*, in eodem episcopatu, et *Burgtorff*, in Principatu *Luneburgico* inueniantur *Rohrsen* et *Redderlen*, seu, vt ab aliis hæc loca nominantur, *Rodden* et *Rotten*, nescio tamen, vter ex his locus hic designetur. Infra, opinor, villam *Hrodwardesbus* in eodem pago *Flothwitha* deprehendimus. Fortasse villa *Rainalduinghusen* inter desolatas villas recensenda est. Videtur eius situs in eadem regione haud procul a vico *Siuershufa*, propter prælium *Mauritii electoris Saxonie* notissimo, querendus. Illud ex dictis clare elucescit, vnum dominum ram in comitatu *Slademenfi*, quam *Olesburgensi*, prædia possedisse. Id ad probandam sententiam nostram facit. Probabilissime autem iste *Theodoricus II* existit pater primo strenuissimi comitis *Almanni de Alsburch* seu *Olesburch*. Sic enim appellatur, legendum certe est, in *Chronico Stederburgensi Tom. I. S. R. B. Leibn.* p. 849. seq. Eius vxor erat *Hathewigis*. Vtriusque filia nominatur *Frederunda*, ab auia sine dubio ita nuncupata. Hæc monasterium *Stederborch* anno 1007 fundauit, testante eodem *Chronico* l. c. p. 851. Videtur huius *Almanni comitis* filius fuisse *Altmannus iuuenis*, qui, instigante *Brunone* comite, circa annum 1002 seruum episcopi *Hildesienfis Bernwardi* interfecit. Referunt hoc *Ditmarus Merseb. episc. T. I. Leibn.* p. 425. et *Tangmarus in Vita S. Bernwardi* l. c. p. 457. Quamuis enim nobis obiici possit, iuniorem *Altmannum* in propria sic viscera fuisse, illud tamen ex *Marcelli Palingeni Zodiaco Vita* p. m. 140. in memoriam reuocamus:

- - - - - fere omnes  
(pro genus infandum) damnis gaudent alienis.  
Non frater fratri, nec amicus fidus amico  
nec patri natus.

Fuit porro *Theodoricus II* pater *Thiadrici*, quem tertium appellauimus. Hunc comite Saxonie nostræ palatino habemus. Huic filius fuit *Siberus*, a patruo palatinus.

gubernante Corbeiam Warino.

3) Billungus III.

4) Gamerus.

5) Helmburg.

6) Thiadricus cuius filius Thiadricus II.

Thiadrici II. liberi  
1) Altmannus comes.

2) Thiadricus III comes patruo palatinus.



Ab anno  
826 usque  
853 im-  
perante  
Hudo-  
uico et

truo ita appellatus. Id demonstrat sequens tabula publica, quam ex membrana communicasse operæ pretium videtur. En eam:

**C**In nomine sc̄e et indiuidue trinitatis Heinricus diuina fauente clementia rex. omnium fidelium n̄orum p̄sentium uidelicet ac futurorum noticia sciat qualiter *bernuardus* hildenes hemensis eccl̄ie ueñer. antistes n̄ram regiam clementiam adiit dicens sibi ab antecessore n̄ro pie memorię tertio otone imperatore ius speciale castellum edificandi quod *mundburg* uocatur in ripa *alere* fluminis permillum fuisse ad munimentum et tuitionem contra perfidorum incurfionem et uastationem *felauorum*. id ipsum uero castellum quia magis rogatione quam iussu domni imperatoris libenti animo ad defensionem totius regionis n̄re in illis partibus construxerat. et quia domnus imperator eundem ep̄um pro suo intimo ac iugi famulatu omni pietatis beneuolentia ac gratia excolebat. mercedis causa comitatum circumiacentem illud castellum in pago *astuala* quod olim *thiedericus palatinus comes* postea quoq. *fratrus* eius *fratrus* habuerat sibi in beneficiarium ius concesserat. nunc uero quia n̄ram regalem clementiam ut ipsum affirmarem et corroborarem precatus est. et quia equa gratia pariq. deuotione nobis postea seruiuit. eundem comitatum scriptis regiis n̄ri p̄cepti illi in finem dierum p̄stitimus ita ut nullus iudiciaria potestate quid in eo contra illius iussum seu uotum agere p̄sumat. Uerum quidquid ipse uelit quicunq. eundem comitatum n̄ra largitione habeat et regat. p̄cipientes iubemus ut id ratum firmumq. consistat. Et ut hęc n̄re donationis seu confirmationis auctoritas stabilis et inconuulsa omni permaneat tempore. hoc p̄ceptum exinde conscriptum propria manu corroborantes atq. confirmantes sigilli n̄ri impressione insignire p̄cepimus.



Guntherus cancellarius uice erkanbaldi archicappellani recognouit.

Data indict. XI. anno dominicę incarnationis M XIII. anno uero domni Heinrici secundi regn. XI. actum uerla feliciter amen.

Sigillum exhibetur  
Tab. II, n. 2.

3) Sibertus.

Fratrem hunc *Theodoricum comitem palatinum* habuisse nomine *Sibertum* comitem, innotescit partim ex diplomate ad annum 993, quod in *I. G. Eccardi Hist. Geneal.* p. 187. seqq. reperitur, partim ex *Ditmaro*, Merseb. episc. *T. I. Leibn.* p. 352. sic referente: *Eodem anno Thiedricus comes palatinus et Sibertus frater eius de hoc seculo transferunt.* Hoc anno 995 contigit, Chronico nostro manuscripto atque *Annalista Saxone* teste p. 362. *Siberti* porro pater fuit *Theodoricus*, uti docemur ex his traditionibus §. 399. Heic enim *Sibertus* pro patre suo *Theodorico* in villa *Othdereshus* in *Astfala* in pago *Falhen* quedam tradidit circa



circa annum 950, quæ villa nobis nulla alia videtur esse, atque vicus Ochtersen, in Hildesheimensi episcopatu, sub præfectura Marienburg. Adersen villa, in ducatu Brunsvicensi intra præfecturam sita Wolfferbuttelensem, vnius horæ iter distat ab vrbe Wolffenbuttela, inspectioni Thiedenſi ecclesiasticæ submissa, aliis potior videbitur.

Huius *Siberti* filium fuisse *Burchardum comitem*, ex nostris demonstrandum est traditionibus. Donavit *Burchardus comes* (§. 445.) pro patre suo *Siberto* quædam in Hrothwardeshus, loco pagi Florwitha. Hæc est vel vicus Roddensen vel Rottenſen vicus, iam supra a nobis nominatus. Putamus autem, hic designatum esse *Burchardi comitis* nomine famosum *Burchardum, comitem Saxonia palatinum*, cuius meminere diplomata ad annos 1003 et 1013. Hic, *Ditmaro* l. c. p. 405. teste, anno 1015 vulneratus et anno 1016 mortuus est. *Annalista Saxo* eadem refert, p. 441. Videtur de eodem meminisse *Ditmarus* p. 380, narrans, imperatorem *Heinricum Burchardo* anno 1004 dedisse comitatum super *Merseburg et beneficium, ad hunc pertinent.*

Vt vero ad huius *Burchardi* patrum *Thiadicum III* reuertamur, necessum est. Probabilissime ille fuit pater *S. Bernwardi* episcopi Hildesheimensis, cuius paternum genus hucusque latuit in occulto. Non est ita, clamitas, non est sic profecto. Nonne enim *Tangmarus* presbyter, *S. Bernwardi* magister, in eius *Vita T. I. Leibn. f. 456. Bernwardi fratris Tammonis comitis* paternum valde munitionem castellum nominat *Sommerſchenburg*? Nonne ergo rectissime dixere hæcenus eruditi, *Bernwardum* ex progenitoribus comitum *Sommerſchenburgicorum* descendisse? Quid itaque incitius est, quam perhibere, paternum genus *S. Bernwardi* latuisse hæcenus in obscuro? Sed bona verba, quæsumus. Ostende enim nobis codicem, in quo nomen Castellum illud exprimitur. In *Wolferbuttelano MS*to sane id non est præsto. Glossema ergo est, quicquid ibi legitur de castello *Sommerſchenburg. Tangmarus* refert l. c. p. 441. *S. Bernwardum* natum esse ex filia *Athelberonis palatini comitis*. Ideo ex *Bernwardo* *Olesburgico* fecerunt recentiores *Sommerſchenburgicum*. Illud quidem pernegare nolumus, *Athelberonem palatinum comitem* progenitoribus comitum *Sommerſchenburgicorum* adnumerandum esse. Ita enim fit palam, quomodo *S. Bernwardo* bona in pagis *Derlingo* et *Northuringi*, quæ ille episcopus anno 1022 contulit monasterio *S. Michaelis*, in manus venerint, ex hereditate scilicet materna; Ex eius vero paterna hereditate procul dubio exstiterant bona, posita in pagis *Valothungon* seu *Falhen*, *Florwide* atque aliis. Cum *interpres Vita Bernwardi Saxo* nominat *Bernwardi patrem Theodoricum*, in eo veritatem ex parte detexit. In eo autem erravit, quod hunc *Theodoricum comitem de Sommerſchenborech* appellavit. Designat probabilissime *Tangmarus* l. c. per castellum paternum *Tammonis* castrum *Olesburg*, quia *Thammo* anno 1022 comes fuit in pago *Florwide*, testante diplomate *Bernwardi*, quod obuium est *P. III. der Zeit- und Geschichte-Beschreibung der Stadt Göttingen* p. 20. seqq. Potest ex supra deductis diiudicari, quæ ratione bona, diplomate hoc expressa, cesserint potestati *S. Bernwardi*.

At redeundum est tandem ad *Amalungum II, filium Amalungi I, et proauum Amelungis Hermanni*: cuius vxor erat *Hadwi, filia Ecberti ducis* Saxonie et soror ducis *Luidolfi* ac proamita cæsaris *Heinrici aucupis*. His dictis statim suspicamur, pudore ingenuo suffusum iri genas illorum, qui, *ducis Herimanni patrem Billungum* fuisse rusticum, sibi persuadent. Ne autem temeritatis me quis arguat, demonstrabo, quæ dicta sunt, primo ex §. 125, in quo *Amelungus III*. nepos appellatur *Cobbonis*, et *Cobbo auunculus Amelungi*. Ex quo momento citra omnem controversiam sequitur, matrem *Amelungi* fuisse sororem *Cobbonis*. Hanc *Cobbonis* sororem appellatam esse *Hadwy*, patescit porro ex §. 149, vbi *Hadwy* pro viro suo *Amalungo* et filiis suis *Bennido* atque *Amalungo* in *Nethga* pagi villis *Werdedun, Upwerdedun* et *Beuerungun* tradidit, quidquid habuit. Porro autem supra §. 29. not. (1) comprobauimus ex *Uffingio* atque infra pluribus probauimus, ducem Saxonie *Ecbertum* floruisse liberis, *Cobbone comite, Warino* abbate Corbeienſi, ac filia, cui nomen fuit *Hadwi*. Hanc vero filiam *Ecberti Hadwi* intelligi in traditionibus nostris §. 125 et 149, apparet euidentissime ex donis, quæ eadem filia *Ecberti ducis* largita fuit. Iam supra demonstrauius, familiam *Ecbertinam* possedisse celebratissimum Saxonum castrum *Brunonisburgum* cum territorio annexo. Eadem sententia ex hoc §. 149 egregie confirmatur. *Werdedun* enim hodie appellatur *Werden*, iacetque ad *Wiferam* in diocesi Corbeienſi.



Ab anno  
826 vsque  
853 im-  
perante  
Hludo-  
uico et

beiensi, vix iter dimidiæ horæ a Brunonisburgo distans. *Upweredun* villa desolata est, Brunonisburgo propior, quam villa *Weredun*. Exstitit *Upwerdun* olim in radicibus montis *Wildborg*, ita appellati a castro *Willborg*, quod quondam exstitit super istum montem, testante Bulla Papæ *Lucii III*, allata in *Addendis* num. 19. Dudum vero id castrum desolatum est. *Beuerungun* hodie nominatur *Beuerungen*, locus ad *Wiseram*, vix iter dimidiæ horæ disiunctus a vico *Werden*. Eadem vero bona procul dubio acceperat *Hadwy* ex hereditate patris sui *Ecberti*, ideoque etiam *Hadwy* ius ac potestatem habebat easdem villas fratri suo *Warino* atque abbatiæ nostræ largiendi, mortuo coniuge suo *Amalungo*, qui, testante §. 92, in pago Hessi Saxonico in villa *Rimbechi* quædam tradiderat. Villa *Rimbeke* est non procul a *Dimola* fluuiio in episcopatu *Paderbornensi* sita. Bona autem in eadem villa *Rimbechi* citra controuersiam *Amalungus comes* in dorem acceperat ex hereditate ducis *Ecberti* propter nuptias, cum *Hadwy* contractas, quippe quæ eadem in villa *Rimbeke*, testante §. 180, præterea tres manfos donauit ecclesiæ nostræ *Corbeiensi*.

Amelun-  
gi II. filii  
Bennid et

Plura de hoc *Amalungo II* adducere in præfens, non placet. Tamen confer §. 47 et 80, vbi ipse inter testes reperitur. De coniuge eius *Hadwi* plura nunc verba facere nolumus. Cum enim illa, mortuo *Amalungo*, abbatissa exstiterit *Herifordensis* monasterii, optima occasio erit de illa differendi in *Historia* nostra *Corbeiensi*. Iam nobis inquirendum est, quinam ex eius filiis familiam propagauerit.

Vt eius filio *Bennido* filium tribuamus nomine *Osdacum*, nomen eius et dona, quæ largitus est ecclesiæ *Fuldensi*, nobis persuadent. Si enim *Osdac*, qui in *Traditionibus Corbeiensibus* §. 10. et §. 44. bona quædam tradidit ecclesiæ *Corbeiensi*, in pagis *Falhen* et *Norththuringi* posita, quique §. 104. inter coheredes ducis *Ostfalorum Hessi* apparet, frater fuit *Amelungi II*, vti probabilissimum videtur: ad aliam enim familiam referre eum non poteris; tunc *Osdaco*, qui in *Traditionibus Fuldensibus* reperitur, nomen fuit inditum, a propatruo suo peti- tum. Eundem autem fuisse nepotem *Amelungi II*, atque abbatissæ *Hadwi*, docere nos possunt bona, quæ ille *Osdacus* tradidit ecclesiæ *Fuldensi*. In *Corpore Tradit. Fuldens. I. F. Schannati* p. 301. num. 37. sic verba habent: *Ego Osiac tra- do ad sanctum Bonifacium omnem proprietatem meam in pago Hessim in villa Holz- busen cum mancipiis XX*. Hæc villa *Holzbusen* est vicus *Holtbusen*, in *Paderbornensi* episcopatu situs inter *Grimelsen*, *Calenberg*, *Wormel* et *Dalen* ad *Dimo- lam* fluuium. Eodem in pago, eademque in regione, et quidem in villa *Rim- bechi*, abbatissa *Hadwi* eiusque maritus *Amelungus* tradiderunt bona quædam ecclesiæ *Corbeiensi*. Quid ergo probabilius est, quam quod *Osdacus* bona sua, in *Holtbusen* sita, acceperit ex hereditate paterna? An filios habuerit *Osdacus* ille, non liquet. Illud certum est, eius patruum *Amelungum III* familiam propa- gasse. Apparet illud e traditionibus nostris *Corbeiensibus*, si defecerit aliud ar- gumentum.

Amelun-  
gus III.  
cuius li-  
beri

1) *Siboda*.

In §. 323. quædam tradit *Siboda* pro patre suo *Amelungo*, posita in villis *Silihem* et *Whetiun*, quarum illa in pago *Lainga*, hæc vero in pago *Bardenga* re- periebatur. Whetiun ergo villa nulla alia videtur fuisse, nisi vicus *Wetem*, vno milliari circiter distans ab *Amelickbusen* loco, (fortassis ab *Amelungo* nostro ita appellato) in ducatu *Luneburgico*. Et quamuis situs villæ *Silihem* nobis non- dum accurate cognitus sit, putamus tamen, per pagum *Lainga* nullum alium significari, nisi pagum *Lainga* in ducatu *Luneburgico*, ad quem pagum et *Salta* (*Soltaw*) et *Timberla* (*Timmerloh*) in eodem ducatu pertinuit.

2) *Brun-*  
*hardus*  
*mona-*  
*chus*  
*Corbei-*  
*ensis*.  
3) *Billin-*  
*gus IV*.

Huius *Sibode* fratrem fuisse *Brunhardum*, vxoremque *Aldan*, patet porro ex §. 391. Ibi enim circa annum 950 donat *Siboda* pro fratre suo *Brunhardo* et vxore sua *Aldan* villam *Bredenbiki* in pago *Lainga* sitam, quæ sine vilo dubio est villa *Breitbeck* in ducatu *Luneburgico* in *der Amts-Vogtey Bergen*. Fratrem autem fuisse huic *Brunhardo* nomine *Billingum*, demonstramus plane ex §. 303. vbi largitus est *Billingus* pro fratre suo *Brunhardo*, cum ille monasterio *Cor- beiensi* se adgregaret, in pagi *Bardenga* villa *Sashelmeshus* familiam et 30 iuge- ra. Quæ villa probabilissime est vicus *Solshusen*, in Principatus *Luneburgici* præfectura *Winsen* situs ad fluuium *Luhe*; in quo pago *Bardengo*, et quidem in villa *Olonhus*, idem *Billig* quoque XXX iugera et vnam familiam tradidit. Quæ villa



villa est vicus Olesfen in praefectura eadem. Quam etiam ob causam veteres guber-  
 Corbeienfes nostri nomen ac mortem huius *Billingi* in factis suis annotarunt, nante  
 addito insigni elogio hisque verbis: anno DCCCCLXVII fideles thiatharius et bil- Corbe-  
 ling obierunt. rino.


Hic ex dictis fiet palam, *Sibodam*, *Brunhardum* et *Billingum IV* fuisse fra- Billingi  
 tres, et filios *Amalungi IV*. *Billingo* autem filium fuisse *Herimannum*, ducem IV. filii  
 Saxoniae, id probatione ampliori non indiget. Omnes enim scriptores hoc vno 1) Heri-  
 ore profitentur. Cum vero antiquiorem huius descensus testem non habeamus mannus  
 auctore *Chronici veteris Ducum Brunsvicensium et Luneburgensium*, qui seculo dux Saxo-  
 XIII vixit, et qui *Tom. II Leibn.* f. 15. ita scripsit: *His temporibus ducatus, quem niaz.*  
*praedecessores sui* (sc. Brunonis) *tenuerunt, maribus deficientibus, ab Ottone I HER-*  
*MANNO, BILINGI FILIO, est donatus.* pergratum, perque iucundum nobis  
 fuit, novam, antiquissimam tamen atque omni contradictione maiorem, adproba-  
 tionem eius rei ex his traditionibus eruendi nobis facultatem datam fuisse. Hanc  
 inueniri putamus in §. 409. Ibi enim *Udo* atque *Amelungus* pro patre suo 2) Vdo.  
*Billig* et matre *Hildiburga* duas familias, CXX iugera, et III iurnales donant, 3) Ame-  
 in *Ludulfinhus* villa pagi *Logne* posita. Haec est vicus *Ludolffhusen*, vicus pra- lungus  
 faefecturae *Friedland* in principatu *Göttingensi*. Quodsi autem *Billig* in eodem IV.  
 principatu bona possedit in villis *Herefti* (*Harfte*), *Willienhusen* (*Willieshusen*),  
*Ageftorp* (*Agendorf*), et *Gutingi* (*Göttingen*); ac vicus *Billingshusen* in dyna-  
 stia *Hardenberg* a quodam *Billingo* (qui verifimiliter *Billungus II* vocatur in his  
 traditionibus, cum fratre *Redbaro* §. 104. 136, et 187, reperiendus) nomen  
 accepit, vti illustri dominus, nuper defunctus, *D. G. Gruberus* in *der Zeit und*  
*Geschichts-Beschreibung der Stadt Göttingen* P. I. p. 47. seqq. iam affirmat; villa  
*Ludulfinbus* ad haec *Billingana* bona, in pago *Logne* sita, quoque referenda est.  
 Per *Amelungum* designatur, ni fallor, *Amelungus*, ducis *Hermani frater*, cuius  
*Ditmarus*, episcopus *Merseburgensis*, *Tom. I. S. R. B. Leibn.* p. 328. meminit,  
 quique creatus fuit episcopus *Verdenfis*, atque in *Chronico episcoporum Verden-*  
*sum Tom. II. Leibn.* p. 214. frater ducis *Hermani* appellatur. Quemadmodum  
 porro ex his, quae adtulimus, consequitur, *Billingum*, quem comitatum quo-  
 que habuisse diplomata referunt in pago *Neletici* intra regionem, vrbi *Halae* et  
*Givikansten* in ducatu *Magdeburgico* adiectam, longam annorum aetatis suae fe-  
 rriem numerare potuisse: ita huic venerabili seni per totam vitam nihil latius  
 contingere potuit, quam fortuna filii sui, natu minoris, *Herimanni*, quippe qui  
 a caesare *Ottone I* dignus honore ducali reputatus fuit.

De huius *Herimanni* fratre *Wichmanno*, eiusque filio *Wichmanno* iuniore, iam 4) Wich-  
 supra §. 104. not. (n) quaedam attulimus, quae hic repetere nolumus. *Udonem* mannus I.  
 vero esse illum putamus, qui a *Widekindo* nostro *Annal.* lib. II. p. 644. appel-  
 latur frater *Herimanni ducis*, et cuius filius *Geuehardus* interfectus est in loco  
*Badiliki*. Quamvis enim sciamus, viros quosdam egregie doctos, quosque sem-  
 per magni facimus, hoc *Widekindi* nostri testimonium de duce *Herimanno*,  
*Franco orientali*, intelligere, quia *Widekindus* addit: *duces Francorum ob Geue-*  
*hardi necem inter se diuisos esse*: arbitramur tamen, vocem *Francorum* hic su-  
 mendam esse sensu latiori, ita, vt omnes populi imperii indicentur, quo sensu  
 hanc vocem *Widekindus* adhibuit in locis, quae hunc antecedunt. Putas fortasse,  
 probabile non esse, ob necem nepotis *Herimanni Franconis* omnes imperii duc-  
 ces se inuicem mouisse, nec *Widekindum*, scriptorem *Historiae Saxonum*, hanc  
 rem, etiamsi veram, in annales relaturum fuisse. *Herimanni* autem, qui Saxo-  
 niae ducis erat nepos, se res aliter habebat. Ille enim imperatori cognatione  
 coniunctus erat, et huius rei commemoratio faciebat ad laudem et magnitudi-  
 nem *Saxonum* atque imperatoris. Plura iam de familia *Billingana* addere, non  
 placet. Interim omnia, quae haecenus diximus, in summam contrahemus, se-  
 quenti adiecta tabula genealogica, qua ea partim ex nostris diplomatibus, partim  
 vero et scriptoribus coetaneis adprobata, exhibemus. Ea adducta et absoluta,  
 totum hunc praestantissimum §. 104. eiusque expositionem vmbilicum perdu-  
 ximus:




Ab anno  
826 vique  
853 im-  
perante  
Hludo-  
uico et

## TAB. I.



## TAB. II.




TAB. III.




T A B. III.

Amalungus I.



T A B. IV.



Ec 3

§. 105.

(†) De Gamero fratre Billungi vide notam præcedentem.



Ab anno  
826 vsque  
853 im-  
perante  
Hludo-  
uico et

§. 105.

Commemoratio traditionis quam olim fecit *efic* (x) nam ipse adhuc uiuens tradidit pro se ad reliquias s<sup>c</sup>i stephani quidquid proprietatis habuit et in pago *tilgethi* (y) ea tamen ratione ut uxor eius quam diu uiueret possideret

De comi-  
te Efic.

(x) Hunc §. atque antecedentem connexos esse inter se, attentus lector facile perspiciet. Videntur enim ea, quæ in hoc §. 105. continentur, eodem die peracta esse, quo heredes ducis Ostfalorum Hessi tradidere ea, quæ habuerant in villa Uffenleua. Nemo ergo non videt, per *Eficonem* designari illum sapissime memoratum ducem Hessi seu *Afsg*, qui, restante autographo diplomate Caroli M, etiam *Adalricus* vocabatur. Illum vero hoc tempore iam mortuus fuisse adnumeratum, ex hoc loco discimus. Constat inde et hoc, uxorem eius iam tum vitam cum morte commutauisse. Alius ergo ab hoc fuit *Efic comes*, cuius meminere traditiones §. 110, & qui, uti ex donis apparet, absque villo dubio consanguineus senioris *Eficonis* istius fuit.

De pago  
Tilgethi  
seu Tili-  
thi.

(y) Quis sit *pagus* ille *Tilgethi* (ita satis distincte in nostro codice legitur), primo aspectu videtur difficile dictu, neque eum in antecedentibus enuntiatis reperimus. Nouimus, *Eficonem* comitem nostro monasterio quædam, in eo pago sita, donasse. Supra quidem §. 23. tradiderat quædam *Efic comes*, sita in Budinifelde intra pagum Hardego. Villa Botvelde quædam erat in montibus harzicis. Hæc hic non videtur designata. Arbitramur igitur, illa, quæ olim *Efic*, ad incertum euentum prolapsa, monasterio nostro tradiderat, in codicem nostrum non esse relata. Quamuis autem videri posset, pagum *Tilgethi*, in nostra Saxonia separatum pagum fuisse, putamus tamen, illum vnum eundemque fuisse cum pago *Tilithi*. Nam abbatia nostra in ea regione, in qua pagus *Tilithi* olim exstitit, quondam complura bona, quam quæ in his traditionibus memorantur, possedit. Ipsa videntur ex æquo omnia hac traditione comprehendi. Id si concesseris, pagum *Tilgethi* eundem quoque fuisse putamus, qui in *Traditionibus Fuldens.* p. 300. seq. modo *Cilgide*, modo *Zigilde*, modo *Zigildi*, modo *Cigildi* appellatur. Ad hunc pagum villæ *Stocheim*, *Maienbusen* et *Helt* referuntur, quibus *D. Gruperius in Discept. Forens.* p. 546. addit villas *Bedeber*, *Holtbusen* atque *Emingghusen*.

Cum autem in eisdem *Tradit. Fuldens.* pag. 301. num. 35. asseratur, pagum *Zilgide* fuisse *provinciam*, maior is pagus fuisse videtur, quam ut tantum præfecturas Munder et Lauenau comprehenderit. Villa potius *Helt* et *Stocheim* in eam nos deducunt cogitationem, ut arbitremur, pagum *Cilgide* eundem fuisse, qui in diplomatis Corbeiensibus et Sarachonis Registro B. et P. A. C. semper appellatur *Tilithi*. Quemadmodum enim villa *Hillikefelle*, id est, Hilligesfeld non procul ab oppido Hamela ad fluuium Hameloam, *Flosceresbus*, Fleersen ad Hameloam flumen, atque *Aldendorp*, id est, Olendorp in præfectura Lauenstein, luculentis verbis ad pagum referuntur *Tilithi*: ita villa *Helt* probabilissima ex coniectura est vicus Helen ad Wiseram non procul a monasterio Kemnade prope Bodenwerderam, et villa *Stocheim* est vicus Stencke, olim spectans ad dynastiam Artzen. Eadem autem in regione olim exstitisse pagum *Tilithi*, nemo solide in dubium vocare poterit. Quamuis itaque *Holtbusen* esse potuerit locus Holtbusen, situs non procul ab Hamela vrbe, *Bedeber* Betern in eadem regione, vel *Badeke* non procul a Lauenau, *Maienbusen* vero Meinsen, atque *Emingghusen* Emminghusen in præfectura Lauenau; nihil tamen impedit, quo minus affirmemus, easdem villas ad pagum *Tilithi* quondam spectasse, atque hunc pagum cum pago *Cilgide* fuisse vnum eundemque.

Situm huius pagi porro accuratius definire possumus e villis, quæ eidem in diplomatis tribuuntur. Hæ sunt secundum seriem diplomatis cesaris Henrici, ad annum 1004 dati, quod infra in *Addendis* æri incisum dabimus num. 388, villæ, sic adpellatæ:

1) *Keminetan* monasterium, id est, cœnobium *Kemnade*, situm ad Wiseram atque ad oppidum Bodenwerder:

2) *Hegen*, id est, vicus *Hagen*, ad Wiseram inter Daspe et Lattforde situs. In proximo est vicus Haien, locus Principatus Wolferbuttelani intra præfecturam Wickenfen.

3) *Bari-*



- 3) *Barigi*, vicus Börie, olim in dynastia Homburgica non procul a vicis Frencke, nunc sub ditione Hannouerana positus: gubernante Corbeiam Warino.
- 4) *Tundinum*, id est, *Tunderen* ad Visurgim inter Ofen atque oppidum Hamelam, locus notissimus, quippe ad quem iam anno 1563 Ericus Dux Brunsvicensis et Luneburgensis castra habuit, atque anno 1584 Julius Dux Brunsvicensis et Luneburgensis suos subditos ex Bodenwerder, Hamelen, et ex praefecturis Grone, Artzen, Polle, Ofen, Springe et Munder ad leges suas iurare iussit, ac denuo anno 1741 serenissimus potentissimusque Rex Magnae Britanniae, Georgius II, castra posuit, contra Gallos ad Rhenum moturus.
- 5) *Orbere*, id est, vicus Ohren, ad dominos generosissimos *de Haken* spectans, haud procul ab vrbe Hameloa situs, qui in diplomatis nostris ad annum 1307 adhuc scribitur *Odere villa*, 1490 et 1494 *Oder*, tandem vero anno 1605 appellatur *Obr ein Erbsitz, derer Haken*.
- 6) *Valabroch* est Vaelbrock in praefectura Polle. In Registro nostro MS<sup>to</sup> bonorum et prouentuum abbatiae Corbeiensis ad hunc pagum Tilithi loca referuntur 1) *Loferdi*, Lattferde inter Bodenwerderam et Hamelen oppida ad Wiseram: 2) *Haion* est Haien, locus haud procul a Frencke et Börie vicis in dynastia Homburgica: 3) *Heloon*, Helen ad Wiseram e regione vici Daspe vix iter dimidiae horae ab oppido Bodenwerdera: 4) *Perdereforpe*, Pegesdorff ad Wiseram e regione vici Rüle inter Bodenwerderam et praefecturam Polle: 5) *Bredanbeke*, Bremeke, cuius ecclesia filia est ecclesiae in Harderode in Principatu Wolferbuttelano: 6) *Criepan* est Krepe in dynastia Homburg inter Heile et Halle: 7) *Buttingabusen* est Bessingen in Principatu Wolferbuttelano, olim inspectionis ecclesiasticae Hallensis, hodie Beuerensis: 8) *Dodonbus*, Doensen, cuius ecclesia filia est ecclesiae in Halle intra eundem Principatum: 9) *Graffingebur*, quae villa nobis videtur Graue vicus ad Wiseram e regione vici Dölme, cuius ecclesia est filia ecclesiae in Ottenstein: 10) *Bikibus* villa est desolata, haud procul a vico Ohren, olim sita in loco, qui vocatur adhuc *das Bekeser Veld*: 11) *Hillikesfelle*, Hilligsfeld inter Iersen et Rorssen ad fluuium dictum *die Hamel*, qui Visurgim insluit ad urbem Hamelam: 12) *Telmeri* est Dölme ad Wiseram, cuius ecclesia filia est ecclesiae in Rühle sub inspectione Beuerensi. 13) *Hirswitherode*, Harderode est dynastia Homburg sub inspectione Halle in Principatu Wolferbuttelani praefectura Wickensen: 14) *Biaranbus*, Berensen, cuius ecclesia filia est ecclesiae in Bessingen sub inspectione Hallensi, nunc Beuerensi, in eodem principatu: 15) *Hallu* est iam saepe dictus locus, Halle, vicus dynastiae Homburgicae: 16) *Snesla*, Schnellel inter Ofen et Gronde praefecturas ad Wiseram. In *Vita Meinweri episcopi Paderborn*, Tom. I. S. R. B. L. p. 537. nobilis mulier Godruna, eiusque filius Hoda praedium, *Gelantborp* dictum, in comitatu *Bernhardi ducis* et in pago *Tilithi* situm, quod hereditario iure possederant, circa annum 1017 donarunt ecclesiae Patherbrunnensi. Fortasse ista Godruna fuit vxor Haddae, cuius meminere traditiones nostrae circa annum 940, §. 390. et ad progenitores comitum Nordheimensium referenda est. *Gelantborp* vero est *Gelondorpb* et *Gelantborpb* villa, quam Meinwercus monasterio S. S. Petri et Pauli Paderbornae, vulgari ter dicto *Abdinghov*, contulit, vti refert eadem *Vita Meinweri* p. 560. seq. Villam *Dadanborch*, vt appellatur l. c. p. 560. quam D. Grupenius in *Origin. Pyrmont*, p. 8. ad pagum *Tilithi* quoque refert, quia *worewerc* erat ad curtem dominicalem Luthithe (Lüde, olim in pago Huuetigo) pertinens, maluimus referre ad pagum Huuetigo, quam ad pagum *Tilithi*. Neque nos in eo errasse speramus, quia in documentis nostris *marcam Tilidessen* circa indaginem *Rodensike* (Ruhensieck haud procul a monasterio Valckenhagen) inuenimus, quae sine dubio *marcam* seu limitem pagi *Tilithi* indicat, quamque appellationem notatu dignissimam esse censemus, quia ex ea discimus, pagos speciales etiam in nostra Saxonia fuisse suis circumscriptos limitibus. Ita tres pagi generaliores Westfalia, Angaria et Ostfalia suos limites habebant, de quibus alias pluribus agemus. Vt vero tandem villas, quae in decantatissimo diplomate S. Bernardi ad annum 1022 huic pago *Tilithi* tribuuntur, illustremus, necessum est. Optaremus, vt diploma illud, quod a dominis Grubero, Lauensteinio et Grupenio typis editum est, bene cum autographo concordaret, atque vt inde variantes lectiones emendari possent. Periculum tamen facere volumus, tentaturi, an situm villarum istarum inuenire queamus. Ipsae sunt 1) *Dresspen*, quae probabilissime est Daspe e regione vici Heten, cuius ecclesia filia est ecclesiae in Helen



Ab anno 826 vsque 853 imperante Hludouico et

deret igitur nepotes (z) praedicti uiri post obitum praefatae uxoris hanc tradi-

Helen (non Heben, quod vitiosum est in *Origin. Pyrmont.* p. 7.) ad Wiseram. 2) *Liudinghusen* seu *Luidinghusen*. Nomen corruptum esse videtur. Ergo nescimus, an intelligi debeat Latensen haud procul a vico Hemelschenburg, an Luerdissen, cuius ecclesia filia est ecclesiae in Eschershusen, qui vero vicus ad pagum Wikanaelde pertinuit: an Linfen ad parochialem ecclesiam, in Halle obuiam, spectans. 3) *Heienhusen* est sine vilo dubio Heinsen ad Wiseram inter Stale et castrum desolatum Polle, quod dirui vidimus anno 1738. Hoienshusen ergo in pago vicino Auga figi non potest, vti affirmatur l. c. Quamuis enim in eo reperiantur Haionhus et Heinhulon, quarum illa nominatur Haienhufe, haec vero Heinsen, absunt tamen illae a terminis pagi Tiliti ad duo milliaria. Ambae haec villae iacent in terminis oppidi Brakel in episcopatu Paderbornensi, et Heinsen sermone vulgari dicitur *der Heinscheboff*, spectans ad iura ciuitatis Brakel, iacetque haud procul a Bökendorf et Hindenberg castellis, quorum illud ad Nobiles de Haxthausen, hoc vero ad nobiles de Asssburg spectat. 4) *Winithen* seu *Winzebun*. Winedun in pago vicino Auga hic locum habere non potest, vti eruditissimus editor *Orig. Pyrmont.* l. c. sibi persuasit. Si lectio Winzehun genuina est, vti videtur, probabilissime definitur Wentzen, vix iter dimidia horae distans a vico Cappellenhagen, ad radices excelsi et saxosi montis, Ihd seu Nied dicti, iacente: 5) *Bodekeschem*, *Bodechissen*, *Bodikissen*, nomen, vti apparet, corruptum est. Sed quomocumque res se habeat, concedendum tamen non erit, eandem villam esse *Boixen* seu *Boicksen* in diocesi Corbeiensi, vti asserere videtur Dn. Grupenius l. c. ratus, eandem villam ad archidiaconatum Huxariensem olim pertinuisse. Quemadmodum enim ille archidiaconatus existit nupsiam, ita vicus *Boicksen* in Registro nostro ponitur in pago Auga atque *Bodikesbur* appellatur. Fortasse propius attingimus scopum, si nomen deprauatum fuisse fatemur, atque inde colligimus, eandem villam latere in loco desolato *Bikibus*, haud procul a vico Ohren, inprimis cum celeberrimus D. Bunemannus villam *Bikabusen* in hoc pago e membranis eruerit, quae cum nostra *Bikibus* vna eademque videtur fuisse: 6) *Ilisun*, *Ilisim*. Haec villa non potest esse *Ilasan*, cuius fit mentio in *Vita Meinweri* p. 563, ad quam prouocat Grupenius l. c. Curtis enim dominicalis, ad quam *Ilasan* pertinuit, loco laudato non *Uingenbuss*, sed *Nigenbur*, nominatur. Haec villa confundenda non est cum *Ilisa* in pago Auga, quae dudum desolata fuit. Villa *Ilisun*, in pago *Tiliti*, est euerfa, sita olim ad Wiseram haud procul a vico Ohren *by dem Harabohne* in loco *Ulenkamp* seu *Ulenfeld*. 7) *Aldendorp*. Huius nominis tres villae sunt in his regionibus. Prima est *Scharf-Oldendorp*, secunda *Oldendorp unter Schomburg*, et tertia *Oldendorp* in praefectura Lauenstein. Prima autem non videtur *Aldendorp*, quia ecclesia ibidem filia est ecclesiae in Eschershusen vico, ad pagum Wikanaelde olim relato. 8) *Daschala* seu *Daschalen*. Quenam haec sit villa, nos ignorare fatemur. Fortassis hoc nomen corruptum est. Alias in hac regione inueniuntur. 1) *Doensen*, cuius ecclesia filia est ecclesiae in Halle. 2) *Dielmissen*, *Didelmissen* seu *Delmissen* in praefectura Wiekensen. 3) *Diderfen*, quae nominatur in membranis seculi XV. Daderfen et nunc Deirfen, ad Campios spectans intra praefecturam Wiekensen. 4) *Denckebusen*, cuius ecclesia est filia ecclesiae in Deirfen. An vna ex his, vel alia sit deligenda, in medio relinquimus. At pergimus. 9) *Regelindenusen*, *Rogelindenusen*, *Rotbbehtissen* erat quondam *Vorawere* ad supra dictam villam Heginhusen seu Heinsen ad Wiseram, testante diplomate ad annum 1036, quae villa distinguenda est a villa desolata *Robbedissen* in comitatu Dasseliensi. Quo in comitatu seu pago Suilbergi etiam reperiebatur *Regildinghusen* villa, hodie dicta *Retlinghusen*, quae hic aequae non potest significari, atque *Roggelinghusen*, villa pagi Aringho, quae *Rollinghusen* vicus est intra praefecturam Winzenburg ad Leinam supra oppidum Aleuelde. In ea regione, in qua olim pagus *Tiliti* existit, inueniuntur *Reinleissen*, *Rüble*, et *Rörssen*; an vero vna ex his designetur, asserere non audemus. 10) *Bennethe* an sit Bentorpe vicus, olim ad iura dominorum de Haftenbeke, iam vero ad nobiles dominos de Haken in Ohren commemorantes, spectans, in medio relinquimus.

De nepotibus comitis Eisci.

(z) *Nepotes* nominantur, qui traditionem *Esconis* irritam facere tentauerant. Ergo neque filii, neque generi *Esconis comitis* erant. Fuere autem sine vilo dubio illi domi-



traditionem irritam fecerunt et sibi uelut iure hereditario uolenter tenuerunt unde demum recognoscentes se non recte egisse omnem supra dictam traditionem iterum tradiderunt sub testibus unde isti sunt testes marcbodo eilbert balding item eilbert pumi hemmic et alii XI quos causa breuitatis hic obmitto.

## §. 106.

Tradiderunt marcbodo et giki et filius humuuardi in uice patris manfos quatuor duos in *bodikesbus* (A) et duos alios in *althona* (a) pro anima

domini, qui §. precedenti 104 definiuntur, solo Cobbone, abbatis Warini fratre, excepto. Quemadmodum enim iam supra §. 104 not. (W) ex circumstantibus momentis quibusdam collegimus, hunc Cobbonem non fuisse nepotem, sed generum, ducis Ostfalorum Hessi: ita minime credendum est, eundem Cobbonem tanta fratrem suum Warinum affecisse iniuria, ut loerei sui traditionem irritam facere tentauerit. Quodsi autem quis ex nobis curiose querere uellet, qua ratione bona, in pago *Tilthi* sita, *Esiconis* comitis in ditionem venire potuerint? ei responsum, ex hoc §. facilem, impertiemus. Quia enim placuit nepotibus *Esiconis*, ut auiam eorum, quamdiu uiueret, eadem bona possideret, ad dotem auiam eorum nepotum loca relata fuisse, statuendum esse arbitramur. Ex quam uero familia, an ex progenitoribus comitum Northimensium, eadem *Esiconis* uxor existerit, in tanta rerum caligine id nos ignorare, quam libentissime fatemur.

- (A) et (a) *Bodikesbus* atque *Althona* uillae, testante Registro nostro MScto, erant in pago *Auga*. *Bodikesbus* uilla sine dubio uillo a quodam *Bodikone* nomen accepit. Quis uero ille *Bodiko* fuerit, indicare non licet. Si coniecturis aliquid dandum, inter proceres Saxonum ille fortassis fuit potens quidam dominus, inter progenitores *Brunonis* et *Widekindi*, ducum Saxoniae deprehendendus. Hos duces fuisse fratres eorumque patrem existisse *Theodoricum*, nos iam supra, quantum coniecturis augurari licuit, indicauimus, fabulam reiicientes eorum, qui *Widekindi* patrem fuisse statuunt *Warnekinum*. Nam huius nominis nullum in *Annalibus Francorum* uestigium inuenire datur. Quodsi autem *Bodikesbus* uilla uix iter unius horae ab arce omnium firmissima *Brunonisburgo* sita fuit, quae nunc appellatur *Botiksen*, *Bodiko*, fundator uillae *Bodikesbus*, inter progenitores *Brunonis* ducis existit, inprimis eo quod eadem in regione plures aliae similes adpellationis uillae fuerunt repertae e. g. *Bodikerdorpe*, *Bodikenrod*, *Bodewike*, *Bodikenbagen*, *Bodikendabl*, quae omnes a quodam *Bodikone* nomen uidentur accepisse. Quamuis igitur facile largiamur demusque, pronuntiatum illorum, qui *Bodicum* statuunt regem Saxonum et arauum *Widekindi Magni*, nullo niti fundamento, utpote nullo scriptoris coetanei testimonio stabilitum; arbitramur tamen, temere egisse illos, qui, cum nodos quosdam Gordios in Genealogia antiquorum regum Saxonum inuenerunt, omnia idcirco reiecerunt, uel ut commenta in dubium uocarunt. Facile concedimus, fabulosum esse quidquid aliqui de regibus Saxonum perhibent, atque ideo proprium uiri sapientis esse, rei falsae non assentiri; sapiens tamen in id quoque aciem mentis suae aciem intendit, ut uera a falsis et uerisimilia ab improbabilibus seiangat: ut, quia ueritatem in occulto latere nouit, animus eius in uero inuestigando diligenter uersetur: ut in rebus tentet obscuris, an illa, quae alii pro fabulis habent, ipse, nisi in ueritatis, saltem in uerisimilitudinis, lucem proferre ualeat. Is conatus in causa est, cur *Bodikonis* illius mentionem iniecerimus, probe scientes, inter eruditos esse uiros praestantissimos, qui *Bodicum* fuisse regem Saxonum negant ita, ut ne hominis id quidem nomen fuisse contendat, existimantes, Saxones, qui in Italiam iure cum *Langebardis* circa *Bodam* fluiuium habitasse, fluminisque *Boda* nomen existitisse rationem, regem *Bodicum* conuincendi. de quo infra pluribus. *Paullus Diaconus de Gestis Langobardorum II, 6*, memoriae prodidit, *Alboinum*, Italiae sese infuturum, auxilium opemque a uetustis amicis Saxonibus petisse, precibus adnuisse Saxones eorumque plusquam viginti millia uirorum cum uxoribus liberisque simul cum eo in Italiam transisse. Addit idem: *Hoc audientes Chlotarius et Sigisbertus, Reges Francorum,*



Ab anno 826 vsque 853 imperante Hludouico et ma hoger et patris eius marcuuard et matris ricfuit testef *beuo* (B) aldmer anulo uulfer pumi et alii uigenti.

## §. 107.

Tradidit maynard in *uuetfelde* (C) mansum unum testef hunnuard uuilmer halagmund bernhard eppo godoland.

## §. 108.

Tradidit adaluuard duaf partef de illa hereditate *adalric* (D) quam habuit

*Suaues aliasque gentes in locis, de quibus idem Saxones exierant, posuerunt. Inde exortus fuit pagus Sueuon seu Sueuorum ad Bodam ac in Principatu Anhaltino, a nouis colonis adpellatus, dictus alias Schwabgau. Saxones redierunt in loca auita, permittente rege Sigisberto, Paulo eodem teste III, 16. Sueui autem noluerunt discedere, dimidium et amplius regionis nouae spatium retenturi. Inde varii conflictus in vtrorumque noxam contigerunt. Qua de causa Sueui et Saxones simul sedes habuerunt, teste eodem III, 17. At de Rege Saxonum Bodicone nihil apud Paullum legitur. Inprimis autem notatu dignum esse censemus, *Marcbodonem* appellari illum, qui in villis *Bodikesbur* et *Althona*, quae uelut desolata est et quondam exstitit inter Lebendorf et Furstenau in diocesi Corbeiensi, vti membranae nostrae ostendunt, hos quatuor mansos possedit. Quem admodum enim, inter antiquissimos reges Saxonum quendam *Merebaudem* seu *Marbodum* recenseri, videmus; ita *Marbodus* et *Marbodo*, quem infra §. 144. 166. 169 et 177. *comitem* nominari animaduertimus, vnum idemque nomen esse videtur. Antiqui possessores castri Brunonisburgi nomen illud in familia sua conseruare voluisse videntur. Qua vero ratione necessitudinem generis habuerit ille *Marbodo* cum familia Brunoniana, in tanta rerum caligine ostendere nequimus. Inter haec *Marbodo* iste inter progenitores, dominorum de Rumeschortelen in monte Koterberge (et fortasse praeterea comitum de Oynhausen in Olenborg et Greuenborg) de quibus in nostra Historia Corbeiensi inuenies curiosa, fuisse videtur. conf. de Bodikone infra §. 186.*

(B) An *Beuo*, abbatis Warini frater, hic designetur, ignoro.

De villa  
Wesfelde.

(C) *Wesfelde* villa erat in pago *Fleithi*, testante *Registro MSso Bonorum et Prouent. abbatis Corbeiensis*. Pagum *Fleithi* fuisse in episcopatu Hildesheimensi, et quidem in praefectura Winzenburg, demonstrabimus infra §. 193. Indicari ergo per villam *Wesfelde* vicum *Wesfelde* in Winzenburgica praefectura inter *Wrisbergholtzen*, *Petze* et *Segefte*, arbitramur. Confer infra §. 338.

De hereditate  
ducis Ofsalorum  
Hessi.

(D) Hic est insignis ille locus, qui ansam nobis dedit detegendi multas easque nouas historicas veritates. Cum enim exponatur illo de hereditate *Adalrici* in *Uffenleua*, inde collegimus, vinculum et respectum inesse huic loco cum §. 104. 111 et 121. Vnde porro collegimus, quia tot domini communiter tenuerunt hereditatem illam, designari hereditatem quandam potentissimi cuiusdam domini. Cum itaque hic dominus in hoc loco nostro nominetur *Adalricus*, in mentem veniebat, ducem *Ofsalorum Hessi* seu *Afig* in diplomate Caroli Magni, quod in archiuo Corbeiensi exstat, appellari *Adalricum*. Atque ex eo momento argumentati sumus, in his traditionibus (§. 104. 108. 111. et 121.) sermonem esse nonnisi de illustrissimi ducis *Ofsalorum Hessi* hereditate. In hac sententia confirmauit nos insignis consensus et conuenientia omnium rerum, quas ex eo elicere possumus, quasque tam accurate conspirasse vidimus, vt maior consensus dari non queat. De hac ergo veritate non dubitabit amplius vir bonus et simplicis veritatis amicus, *Adalwardus*, quem supra §. 104. not. (n) ducis Angariorum Brunonis nepotem diximus, de parte quadam hereditatis *Adalrici* tradenda abbatis nostrae nondum consenserat. Ea itaque, quae reliqui heredes in villa *Uffenleua* donarant, hic quoque consensu atque auctoritate sua comprobant. Adit tamen quaedam bona in villis *Amplithi* et *Bonnestorpe*. Vnde discimus, Eficionem seu ducem *Hessi* bona quadam in huius loci tractu possedisse.



buit in *amplitibi* (E) et in *bennefithorpe* (F) et in *uffenleua* (f) testef sunt  
scilicet eisulf uuilmer halegdag heio.

guber-  
nante  
Corbe-  
iam Wa-  
rino.

## §. 109.

Tradidit leudmar in pago hessi (G) in uilla nuncupante *menni* (H)  
quidquid habuit in campif et filuif testef hemmic addic aldger ouo richard  
et alii sex.

## §. 110.

Tradidit esic comes (I) inter flumen uuifera (K) et *uul-  
da*

(E) De villa *Amplitibi* in pago Guddingo sita, nunc dicta Empelde, vide supra §. 7. De villa  
not. (n) Ampli-  
thi.

(F) et (f) In Registro nostro MScto saepius laudato inueniuntur *Bennefthorpe* in pago De villa  
Northuringi, *Bentorpe*, in pago Huuetigo, et *Bernefthorpe* in pago Itergo-Bennef-  
we. Inter haec villas *Bernefthorpe* in pago Itergowe sine vlllo dubio est Bern-  
thorpe.  
dorf in principatu Waldeceensi intra praefecturam Eisenberg. *Bentorpe* vero  
villa pagi Huuetigo est Bentorff ad riuulum *Fischebeke*, qui influit flumen Em-  
brinam, vulgo dictam *die Emmer*, olim haud procul a vicis Sandbeck et Him-  
mighusen, in episcopatu Paderbornensi locus iam desolatus. *Bennefthorpe* autem  
in pago Northuringi, quae hic intelligitur, in dubium vocari potest. Cum enim  
intra Principatum Wolferbuttelanum haud procul ab Alera fluuiio, et in termi-  
nis Brandenburgicis sit vicus *Bardorf*, sedes praefecturae, deinde eadem in regio-  
ne, licet trans Aleram in principatus Halberstadenfis praefectura Weferling vi-  
cus *Benstorf* reperiatur, postea *Beendorf* inter Helmstadium ac Scheningen oppi-  
da, seu vt accuratius loquamur, inter Esbeck et Runstedt vicus in ducatu Brun-  
fuiicensi exstet, deinde *Behndorf* haud procul ab oppido Helmstadio inter Harpke  
et Walbeck in ducatu Magdeburgico inueniatur, postea *Beindorf* vicus non pro-  
cul ab vrbe Magdeburgo iaceat, ac denique villa quaedam fuerit *Berensdorf* dicta,  
eaeque dudum desolata, citra Aleram haud procul a Wolfsburg et saltu Dröm-  
ling inter Vorsfelde et Dandorf; capropter quaritur, quanam ex his ad here-  
ditatem ducis Ostfalorum Hessi spectarit? Respondemus, nobis videri designa-  
tam *Behndorf* inter Harpke et Walbeck. Probe autem hanc villam distinguen-  
dam esse censemus, primum quidem a vico *Barnstorf*, loco Principatus Wolfer-  
buttelani, vix iter dimidiae horae sito ab oppido Scheppenstedt et haud procul a  
palatio regio Werla, qui in diplomatibus appellatur *Bernberdestorpe*, ac ponitur  
in pago Derlingo; quamuis et negare nequeamus, intelligi posse vicum *Brenstorp*,  
qui in Alberti I. Halberstadenfis episcopi libro feudali MScto circa annum 1311  
reperitur, in quo et inuenitur vicus *Bennendorp*; deinde vero a *Bennedestorp*  
in pago Mosidi, de qua post haec agemus fusius; et denique a *Bernsthorpe* in mon-  
tibus Harzicis, quae desolata est, atque olim ad iura comitum Reinsteinsium  
spectauit. Cum vero villa *Bennefthorpe* olim exstiterit in pago Northuringi, in  
quo et villa *Uffenleua* erat, vt iam supra didicimus, haece confirmantur ea, quae  
iam supra de domicilio ducis Ostfalorum Hessi, eiusque castro Asselburgo, adtuli-  
mus §. 104. not. (v)

(G) De pago *Hessi* tam Franconico, quam Saxonico, iam supra exposuimus §. 33. not. (v)

(H) *Menni* villa hodie dicitur *Menne*, conspicua in dynastia Warburg inter Warborg De villa  
et Peckellen, oppida episcopatus Paderbornensis. Designatur ergo sine vlllo *Menni*.  
dubio pagus Hessi Saxonicus, consonante Registri Corbeiensis fide.

(I) Caue confundas hunc *Esiconem comitem* cum *Esicone filio Hiddi*, cuius iam saepissi- De comi-  
me mentionem inieciimus. Hunc ex *Vita S. Liutbirgii* intelleximus decessisse te *Esico-*  
e vita in monasterio Fuldensi, et quidem ante annum 824. Hic itaque *Esic* ne.  
comes esse non potest, de quo hic fit mentio, quippe qui tempore abbas Cor-  
beiensis Warini haec tradidit circa annum 840. Habemus autem duo autogra-  
pha



Ab anno 826 vsque 853 imperante Hludouico et  
 da (L) in uilla nuncupante *hauukesbruni* (M) quidquid ibi habuit et in eodem

pha diplomata imperatoris Hlotharii, quorum vnum in omnibus suis partibus illatum perstat: Alterum autem tempore belli tricenarii in manus illotas vel potius imperitas cuiusdam muliercule incidit, quæ in fine *datum* et *actum* abscedit, vt scilicet membranam dissecam ad formas operarum manuariorum (zum Muster zum Spitzen-machen) adhiberet. Qui casus cum interdum inter triftia diplomatum et codicum membranaceorum fata sit numerandus, non parum tamen de eo videtur gaudendum, quod ipse contextus diplomatis et subscriptio notarii illata perdurauit. In priori diplomate Cæsar XIII. kal. april. anno, Xp̄o propitio, imperii domni Hlotharii pii imperatoris in Italia XXIII et in Francia IIII indictione VI Aquilgrani palatio regio, *Efichoni comiti in pago Ribouariense in comitatu Bunnense in villa Castenicha mansor octo ad proprium tribuit et de iure suo in ius ac dominationem ipsius perhenmiter mansuram transfundit.* In altero vero idem imperator id confirmat, quod *Efich comes res sibi in pago Ribouariensi in comitatu Bonnensi in villa Cbestinacha a sua munificentia adtributas ad monasterium in Saxonia situm Corbeia vocabulo delegauerat.* Hunc *Efichonem comitem* eundem fuisse atque illum, qui hoc loco reperitur, arbitramur. Hunc autem *Efichonem* cognatione fuisse coniunctum cum illo seniore *Afsg*, qui et *Adalricus* vocabatur, patescit ex donis, quæ hoc loco traduntur. Iam supra ex protographo diplomate Caroli Magni didicimus, dedisse eundem cæsarem cuidam fideli suo *Afsg* locum, qui *Hauucabrunno* dicitur, inter *Wiseraa* et *Fuldaa*, eo quod, naturale solum suum, Saxoniam, relinquere, et fidem suam *Afsg* seruare maluisset. Cum igitur hic senior *Afsg* seu *Hessi* iam anno 775 se Carolo Magno cum omnibus Ostfalis, ad Obacrum (die Ocker) fluuium incolentibus submiserit, testante *Eginbarde in Annal. R. F.* p. 49. his verbis: *Rex annis (Wisera) tratiecto cum parte exercitus ad Obacrum fluuium contendit, ubi ei Hesso vnus ex primoribus Saxonum, cum omnibus Ostfali occurrens et obsides, quos rex imperauerat, dedit, et sacramentum fidelitatis iurauit;* immo, testante *Necrologio Fuldensi T. III. S. R. B. Leibn. f. 763.* idem *Efich comes* iam anno 823 vitam cum morte commutauerit: nemo tam stultus erit, vt asserat, *Efichonem comitem*, qui hoc loco quædam tradit, esse eundem ac seniore illum. Iam porro hunc iuniorem pro filio senioris illius habere vellemus, nisi *Vita S. Liubirgis* obtaret, quæ refert, seniore *Efichonem* sine mascula prole esse extinctum. Cum vero iunior *Efich* eadem donat Abbatie Corbeiensi, quæ Carolus M. in villa *Hauucabrunno* olim seniori *Efichoni*, testante eius autographo diplomate, tradiderat, sine vilo dubio iunior *Efich* ex sorore vel fororis filio nepos fuit senioris. Cuius vero filius fuerit hic iunior *Efich*, an *Unwani* et *Gisela*, an alius filia *Efichonis* senioris, de eo infra §. 216. pluribus agemus. Fit autem ex his planum, qua ratione præstantissimum illud diploma Caroli Magni in archiuum Corbeiense peruenerit. Scilicet verisimillimum est, eo tempore, quo *Efich comes* tradidit, quidquid iure hereditatis habebat in *Hauukesbruni*, eundem simul tradidisse *Warino* abbati illud egregium diploma Caroli Magni.

De fluuio Wisera. (K) Ex hoc loco patet, flumen, quod hodie dicitur *die Werre*, olim quoque dictum fuisse *die Weser*. *Wisera* vero est melior vocula quam Latinorum *Wisurgis*. Nam *Wefer*, *Wesel*, est res lineæ longæ.

(L) Hodie appellatur *Fulda*, fluuius notissimus.

De villa Hauukesbruni.

(M) Villa *Hauukesbruni*, seu, vt a Carolo M. appellatur, *Hauucabrunno*, quia inter *Wisera* et *Fulda* flumina existit, necessum est, in Landgrauiatu *Hassia* visenda sit. *Bertoldus* comes de *Cygenhagen* monasterio cisterciensis ordinis in *Hegene* bona quædam, a *Gerhardo* de *Duucndal* collata, confirmauit. Acta hæc res est in ecclesia *Haukeburne* anno 1254 VII. idus Maii, testante diplomate in *Kuchenbeckeri Analect. Hassiacis collect. II. p. 159. seqq.* Eam esse nostram *Hauukesbruni* villam, res ipsa loquitur. Illam hodie nominari *Hachborn*, et quondam habuisse cœnobium monialium præmonstratensis ordinis, ab *Harrtrado* de *Merenberc* fundatum, didicimus ex iisdem *Annal. Hass. coll. II. p. 294.* Sermonem autem hic esse de *Efichone comite*, qui infra §. 133. anno 844 donat abbatie Corbeiensi octo mansos in villa *Castenica*, existimamus eo, quod *Gberlo* in



eodem loco tradit gherlo mansum unum testef bodo folcuuer ualdric al-  
fric boso et alii XXXII.

## §. III.

Tradiderunt in *uffenleua* (N) et ipsi sunt testef folcger reynman of-  
fried-

in loco *Hauukesbruni* mansum tradidit, qui *Gherlo* probabilissime est idem, qui §. 133. homo appellatur *comitis Esiconis*. Ex qua appellatione simul discimus, comites maiores iam tempore Carolingidarum habuisse *ministeriales* ac lito-  
nes suos.

- (N) Plures denuo heredes ducis Ostfalorum Hessi prodeunt, qui nondum consense-  
rant in tradendam monasterio Corbeiensi villam *Uffenleuam*, sitam in pago *North-*  
*thuringi*. Inter eos primo loco ponitur *Folcger*, et quidam *Reynmannus*. De here-  
*Folcgero* egimus nonnihil supra §. 104. not. (††); *Reynmannus* vero videtur De cis Ostia-  
Raynmannus comes, qui inter testes obuius erat, cum Waladarius quidam lorum  
(§. 213) in villa Bodriki in marca Sturmethi intra pagum Westfalon quaedam Hessi.  
largiretur. Hæc villa est Buderich, vicus præfecturæ Werl, olim in comitatu  
Arensbergenfi. An ex eo efficiatur, *comitem Reynmannum* tunc temporis fuisse  
comitem in marca Sturmethi, fatoremque Arensbergenfium comitum, id in me-  
dio relinquimus. Sequuntur *Osfriedbard*, *Hugold*, *Wulfing* et *Halachold*, qui  
vniuersi latent in obscuro, etsi *Wulfing* inter testes §. 229. conspicitur. *Thanc-*  
*mer*, qui hos sequitur, videtur *Thancmer*, qui §. 89. inter testes reperitur, cum  
quædam donarentur in vico Meinerinhufen, loco principatus Waldeccenfis.  
Quodsi ergo *Thancmeri* inueniuntur in familia Widekindæ, vti supra §. 104. not.  
(††) vidimus; *Thancmerum* istum pro nepote Widekindi Magni habuimus. *Theod-*  
*wardus*, qui *Thancmerum* excipit, inter testes (§. 3.) apparuit supra, vbi Buto  
comes sita in pago Huuetigo quædam tradidit. Alius porro *Thiadwert* §. 252.  
inter testes obuius est. Sed ex eo tantum elicere possumus, quantum nobis  
cognitum est de *Bernoldo*, qui §. 240 et 255. inter testes conspicitur. *Folewar-*  
*tus* autem ex coniectura probabilissima ad stemma Brunonianum spectauit, prouti  
eundem illum supra §. 104. not. (n) ad eandem familiam retulimus. *Afi*, qui  
undecimus est, appellatur §. 173. *frater Marcboldi*, quippe qui pro se donant in  
pagi Suilbergi villa Amalshus, quæ villa Amellen est, vno milliari ab Einbeka,  
atque vno milliari a Daffila, oppidis, distans, quidquid possidere videbatur.  
Atque eam ob causam illos referre volumus inter progenitores comitum Nort-  
heimensium et Dasselienfium, de quibus egimus §. 104. not. (1). Potuerunt  
hi duo filii esse vel *Hildiboldi* vel *Wirici* vel *Meinboldi*. Et cum in eodem §.  
173. *Odbert* inter testes reperiat, qui in hoc §. 111. inter coheredes ducis  
Hessi decimus quartus est, ille etiam fortassis ad eandem familiam Dasselienfem  
est referendus. Illud sane certum est, progenitores Northheimensium comitum  
in eadem villa Amalshus dominatos fuisse, vti l. c. demonstrauiimus. *Wibert*  
probabilissime ad stemma Widekindæ spectauit, quemadmodum etiam hunc  
*Wibertum* nos supra §. 104. not. (††) eidem stemmati annuerauimus. *Eir-*  
*wardum* quendam iam supra §. 104. inter heredes ducis Hessi inuenimus. Et  
fortassis ille pater, hic vero filius, fuit, *Bernberi* vero et *Haddi*, ad stemma Brun-  
onianum pertinentes, vide excitato §. 104. not. (n) vbi præterea reperiuntur  
*Had*, *Sini*, *Bruno*, *Eilbert* atque *Ecbert*. Adhuc ergo reliqui sunt tantum *Ewur-*  
*dag*, *Hemmic*, *Hathubert* et *Hrothwerc*. *Ewurdag* si idem est, qui *Ewardag* no-  
minatur, testis fuit, cum §. 27. quædam traderentur in pago Leri sita, ipse quæ-  
dam tradit §. 84. in pago Wikanauelde posita, inter testes vero ipse apparet,  
cum in vico Meinerinhufen intra principatus Waldeccenfis terras, teste §. 89.  
quædam traderentur. An semper vna eademque persona designetur, affirmare  
non possumus. Nec dum videmus, ad quam familiam *Hemmicum* referre pos-  
simus. Quamuis enim ille præsto fuerit, cum quædam traderentur §. 105. in  
pago Tilithi, §. 109. in pago Hessi, §. 125. in pago Mofweddi, §. 142. in pago  
Nethga, §. 155. in pago Niftharfi, et §. 256. in pago Huuetigo, nihil certi  
tamen ex eo colligi potest. Illud probabile videri possit, quia in his §§.  
quædam donantur a dominis, partim ad Widekindæ partim ad Brunonianam  
domum



Ab anno 826 usque 853 imperante Hludouico et  
 friedhard hugold uuulping halachbold thancmer theoduuard bernold folc-  
 uuart asi uuicbert eisuard odbert bernheri haddi euuardac had hemmic  
 fini hathubert bruno hrothuuerc eilbert ecbert.

## §. 112.

Tradiderunt hemmo et helmric et alerdag aldric folchard in *uuuringereshusen* (O) quidquid habuerunt unde isti sunt testel gherold aluini hildiuerct folcheri et alii quinque.

## §. 113.

domum pertinentibus, *Hemmicum* fuisse praesentem, qua eorum consanguineum. Sed vinculum genealogicum cum illis inuicem ostendere non licet. Fortassis subest *Hemmic*, qui in his traditionibus (§. 105. 109. et 111.) reperitur, nomini *Hemme*, quem in tabula genealogica Widekindea filium Bennonis I appellauimus, ducti nutu diplomatis cuiusdam caesarei. Hoc autem si ponas, *Hemmic*, qui (§. 125. 142. 155. et 256.) inter testes apparet, ab illo diuersus fuisset, quia *Hemme*, testante diplomate Hludouiciano, iam anno 839 inter mortuos erat. Fortasse iunior senioris nepos ex fratre fuit. De *Hathuberto* vide supra §. 104. not. (f). De *Hrotbwerum* vero obseruandum est, §. 231. appellari propinquum feminae Folclog, e stirpe Widekindea natae, quaedam tradentis in pago Mersthem. Ad familiam ergo Widekindeam eum spectasse, ex hoc atque ex illo momento fit probabile, quod idem *Hrotbwerus*, testante §. 265, in eiusdem pagi Mersthem villa Munuslo, quae villa Muntzel est in principatu Calenbergico, quaedam tradiderit, cuius vero filius ipse fuerit, an Walberti, an Thiadrici, an Hrotwardi, ostendere non licet.

De villa Wuringereshusen, et de progenitoribus comitum de Lut-terberg.

(O) Villa *Wuringereshusen* distinguenda est a *Waringereshusen*, quae in nostro *Registro* ponitur in pago Logne, illa vero collocatur in *pagum Hliso*. Pagus *Logne* erat in principatu Göttingensi circa urbem Göttingam; pagus *Hliso* autem in praefecturis Westerhof, Stauffenburg atque Hertzberg et circa urbem Osterodam. Per *Wuringereshusen* ergo designatur *Wiershausen* in praefectura Westerhof. Vnde coniequitur, *Hemmonem*, *Helmricum*, *Alerdagum*, *Aldricum*, (quod nomen contractum videtur ex Adalrico, ut dux Ostfalarum Helli Adalric appellabatur) et *Folchardum* in pago Hliso possedisse bona quaedam. An hi quinque fuerint fratres, non definiunt traditiones. Fuisse ipsos autem consanguineos, ex donis fit admodum probabile. Quodsi porro ponamus, eosdem fuisse fratres, tunc eorum pater fuit *Deddi* et mater *Albe*. Hoc patet ex §. 130, in quo eadem *Albe* pro anima Geldulfi (fortasse eius fratris) et viri sui *Deddi* et filii sui *Folchardi* tradit, quidquid possederat in Bernhardeshusen in eodem pago Hliso. De *Folchardo* isto indicium faciunt sine vilo dubio traditiones, siquidem (§. 238.) referunt, dedisse illum in Hrodbertheshusen villa pagi Hliso, quidquid ibi possederat. *Folchardus* quidam (§. 304.) pro filio suo *Folchardo* in Steynhem villa in pago Logne, quae est vicus Stein haud procul a castro Plesse, quod vno milliari ab vrbe Göttinga abest, XL iugera tradiderit, *Folchardum* illum pro nepote *Deddi* atque *Albe* reputamus; probabilissime autem eiusdem *Deddi* pronepos fuit *Folchardus*, qui, testante §. 467, in villa Adololdeshusen in pago Hritiga, quae verisimiliter est Ahlshusen vicus, haud procul a Calefelda in praefectura Stauffenburg in Principatu Wolferbuttelensi situs, pro vxore sua *Suaneberg* dedit XXX iugera et vnum iurnalem. Huius *Folchardi* III patruus videtur fuisse *Waldred*, pro quo eius vxor *Bertha*, testante §. 308, tradidit, quidquid possederat, in Verthi villa pagi Hliso. Haec villa nunc vocatur Vörste, haud procul ab Osterode oppido sita. Eandem *Bertham* videntur memorare traditiones, vbi (§. 310.) referunt, dedisse *Siccam* pro matre sua *Bertha* IX iugera et X iurnales in villis Suliggi, Neghenborne et Getlithi. Inter has villa Suliggi ponitur in pago Logne, quae Solingen videtur esse in praefectura Usler inter Kamerborn et Usler ad fluuium, dictum *die Aal*. Neghenborne vero erat in pago Suilbergi, vicus Negenborn nunc intra praefecturam *Saltz der Hellen* in Principatu Grubenhagico haud procul a flumine Leina supra Grenam. Getlithi autem ponitur in pago Hliso. Getlithi, sine vilo dubio est

Gir-




## §. 113.

Tradidit unroc in *luthringi* (P) iurnales II. testef dagbert helmuerth  
helmulf adaluard unroc.

guber-  
nante  
Corbe-  
iam Wa-  
rino.

## §. 114.

Gittelde, vicus præfecturæ Stauffenburg. Eandem *Bertham* quoque gauisam esse filiam, cui nomen erat *Ghisa*, apparet ex §. 361. In illo enim largita est *Bertha* pro se et coniuge suo *Waldered* et filia sua *Ghisa* XL houas, LVIII municipia, et XXXI loca, in diuersis villis sita, quæ villæ sunt 1) Sekbiki, quæ in *Registro* nostro nominatur Seebici, locus pagi Rittiga, per quam designari credimus Sebexen, villam præfecturæ Westerhof: 2) Flehtunun, quæ in *Registro* nostro appellatur marca: 3) *Berga* in pago Rittiga, quæ videtur Bereka ad fluuium Ruhme: 4) *Hemenbus* in pago Suilbergi, quæ probabilissime est Emisen, locus præfecturæ Rotenkirchen haud procul ab Odassen: 5) *Altantorpe* in pago Suilbergi, villa desolata non procul ab oppido Einbeck: 6) *Sullibus* in pago Suilbergi, olim dicta Selesen in comitatu Dasselensi, in loco, vbi adhuc superest *der Selsier Thurn vel Sulser Thurn*: 7) *Battambus* in pago Hlilgo, cuius situs nobis nondum cognitus est. Videtur subesse *Babmbusen*. At obstat qui sequitur, locus. Præterea in eadem regione reperiuntur *Bedingen*, et *Bodenbusen*, loco inspectionis ecclesiasticæ Ahlshufen inter Gittelde atque Osterode, qui nunc dicitur *Babmbusen*: 8) *Halkersun* villa pagi Rittiga, quam nondum deteximus. Designari credas villam Oleksen, ecclesiæ Grenensi adfixam, præfecturæ Gandersheim subiectam. 9) *Haberethbusen* in pago Hlilgo, quæ videtur esse Heerhausen inter Stauffenburg et Seesen: ac 10) *Hildiwertelun* in pago Suilbergi. Dubitamus, an significata sit Hilwartshufen intra præfecturam Erichsburg in Principatu Grubenhagico, an Hiluershufen intra præfecturam Hundesfruck prope Dasseliam in episcopatu Hildesienfi. Obseruandum tamen est, eodem tempore, quo *Bertha* dedit in his villis pro marito suo XL mansos, dedisse quendam *Dendi* quædam in *Altantorpe*. Quæ eadem villa est, in qua *Bertha* bona sua tradidit. Quodsi igitur statuimus, *Walderedum* fuisse fratrem *Folchardi II* et *Dendi*; *Dendi* probabili ex coniectura ita appellatus est a *Deddi*, eorum auo. In qua coniectura confirmamur ipsis bonis, quæ singuli donarunt. Ex quibus collegimus, hos probabilissime inter progenitores comitum de *Lutterberg* esse referendos. Quamuis enim vinculi genealogici seriem ac articulum nondum demonstrare possimus, indicandum tamen id erat. Fortassis in lucem prodibunt post hæc plura documena, quibus hæc coniectura nostra confirmari poterit. Illa quidem, quæ exposuimus, sequenti tabula comprehendimus:



(P) De villa *Luthringi* in pago *Auga*, hodie dicta Luchteringen ad Wiferam in diocesi De villa  
Corbeiensi, videatur supra §. 50. not. (i). An Unroc fuerit frater Rotgoti, qui Luthrin-  
pro patre Wendilberto in eadem villa quædam donauit loco laudato, mihi pror-  
sus incertum est. gi.



Ab anno  
826 usque  
853 im-  
perante  
Hiludo-  
uico et

## §. 114.

Tradidit uuilheri in *berchem* (Q) et *hritbem* (R) mansum unum, testef hramnuuard fidac addic horic aldger adalger ofger.

## §. 115.

Tradiderunt *emmo* et *raingot* in *eidenbus* (S) mansum et hominem cum vxore et filiis. testef tancred Iddi marcuuard ricdag et alii decem.

## §. 116.

Tradidit *bardo comes* (T) in *tiubili* (U) quidquid ibi habuit. testef hradmod hrannulf gherhard friduuer.

## §. 117.

Tradidit *luitfuit* (V) *furlang* (W) unum in *aldingesbus* (w). testef *beuo* *bodo* *fal* *horid* *hardgot*.

## §. 118.

De villis  
Berchem  
et Hrit-  
hem.

(Q) (R) *Berchem* et *Hritbem* villæ in Registro nostro inueniuntur, posite ad fluium Adrinam. At vero supra §. 33. not. (v) demonstrauius ad flumen istud, hodie dictum *die Eder*, fuisse pagum Hassi Francorum. Sine vilo dubio itaque nostri Corbeienses veteres designare voluerunt eundem pagum Hassi Franconicum. Quodsi igitur ad fluium Adrinam inuenimus vicos *Berghem* et *Rodene*, illos significari, nemo non vider.

De villa  
Eiden-  
bus.

(S) De *Emmone* vide supra §. 4. not. (h), vbi illum, quantum coniectura augurati sumus, nepotem Widekindi Magni appellauimus. *Raingot* eius sororem fuisse (nomen enim mulieris esse, ex aliis documentis constat) incertum quidem esse, fatemur; suspicari autem illud quis posset propter bona, quæ ambo in eadem villa dedere. Ex quo ipso apparet, *Emmonem* ad stemma Widekindum spectasse. Nam hæc villa in Registro nostro ponitur in pagum *Almunga*, in quo vti iam supra demonstrauius, familia Widekindæ omnino amplissima possedit prædia. Pagus ille in episcopatus Paderbornensis territorio ad fluium dictum *die Alme* quondam exstitit. Designatur autem per *Eidenbus* villam vel vicus Essende haud procul ab oppido Stadberge, vel alia villa dudum desolata, cuius stum doctis dominis Paderbornensibus perferendum relinquimus.

De comi-  
te Bardo-  
ne.

(T) De *Bardone*, comite, nepote Widekindi Magni ac favore principum Waldeccensium, iam supra §. 104. not. (u) satis superque exposuimus.

De villa  
Tiubili.

(U) *Tiubili* villa in Registro nostro ponitur intra pagum Pathergo. Designatur ergo sine vilo dubio vicus Thule intra terram episcopatus Paderbornensis haud procul ab oppido Salzkoten, vno milliari circiter distans ab vrbe Paderborna.

De Luit-  
fuit.

(V) *Luitfuit* est *alba femina*. Luit siue Lüt, nomen Germanicum, adhuc in Westfalia vsitatum, denotat feminam, *Uit* seu *Wit* *weiß* *albam*.

De Fur-  
lango.

(W) et (w) *Furlang*, ein Vorling, seu *eine halbe Morgen Landes*. *Aldingesbus* villa erat, restante excitato Registro nostro, in pago *Nitbega*. Designari ergo per eam putamus vicum Alhusen in episcopatu Paderbornensi, situm inter Driborg, Reelse, Pömsen, Erbsen, Herste et acidulas Schmechtanas. Nolim tamen eis repugnare, qui sibi persuadent, esse villam desolatam, quæ eadem in regione olim exstitit, atque in litteris feudalibus recentioribus appellatur *Adegissen*. Omnino hoc aliis perquirendum relinquimus. Vtuncque autem se res habeat, illud probabilissimum nobis viderur, *Beuonem*, qui inter testes apparet, fuisse fratrem abbatis Corbeiensis Warini, ac *Luitfuitam* fuisse eorum consanguineam, vel fortassis illorum prorsus sororem.



## §. 118.

Tradidit *rainold* in *sneuidimarcu* (X) quidquid ibi habuit. testes *echar*  
*frederic* isti abbi et alii sex.

guber-  
nante  
Corbe-  
iam Wa-  
rino.

## §. 119.

Tradidit *ghermo* in *bricon* (Z) mansum i testes *marcuuard* *redulf*  
*luituuarduf*.  
tradidit *benni* in *letiloun* (a) uice *eggionif* quidquid ibi habuit testes *sunt*  
*grimuuarduf* *cobbo* cui *riduuard* et alii XII.

## §. 120.

(X) *Marcum*, quem a villa *Sneuidi* in pago *Logne* denominatum hic deprehendi- De mar-  
mus, accurata consideratione esse dignum, diligentes antiquitatum perscrutato- cu Sneui-  
res facile perspicient. Villam quandam *Sneuitibi* seu *Sneuidi* in pago *Logne*, ho- di.  
die appellatam *Grossen* et *Lütgen* *Schneen* in principatu *Göttingensi* intra præfe-  
cturam *Friedland*, existisse, iam supra §. 26. et §. 38. monuimus æque ac infra  
§. 251. Quidam, *Wigo* in vicem *Waldrici* mansum vnum eundemque submini-  
strante, in *Sneuidi* tradidit, quemadmodum idem, testante §. 162, *Adi* in *Sneui-*  
*di*, quidquid habebat, donauit. Nullus, credo, dubitabit, per *Marcum* denotari  
regionem. Hæ traditiones eandem vocem tam lato sensu usurpant, vt interdum  
eam pro ipso pago adhibeant. Sic (§. 127.) reperitur *Riudiana marcus*, (§. 158.)  
*Afionholteimarki*, (§. 214.) *Aringho marcum*, (§. 240.) *Suilbergiorum marca*, et  
(§. 294.) *Scidrimarcus*, vbi *marca* *Suilbergiorum* atque *Aringhomarcus* sine  
vilo dubio pro pagis ponuntur, siquidem certum est, fuisse in nostra Saxoniam  
pagos *Suilbergi* atque *Aringho*, quorum in his traditionibus passim mentio  
iniicitur. Id dubio vacat, illum intra comitatum *Dasseliensem*, hunc vero intra  
regionem circa castrum *Hoinboken* et urbem *Alfeldiam* inueniri. Vox *marcus*  
ac *marca* originis *Celticæ* est, significans regionem limiti inferuentem, seu limi-  
tem ac terminum alicuius prouinciæ. Illi vero, qui eidem *marcæ* cum imperio  
præerant, *maregrauii* dicebantur, vti iam suo tempore obseruauit *Cyriac*. *Span-*  
*genberg* in *Adel-Spiegel* Tom. I. f. 310. Quæritur vero, cuiusnam prouinciæ  
terminus fuerit *Sneuidi marcus*? an comites, qui huic regioni præfuerunt, etiam  
*maregrauii* sint appellati? Quod ergo ad primam quæstionis constitutæ partem  
attinet, arbitramur, *marcum Sneuidi* in pago *Logne* obuium, fuisse terminum  
*Angariæ Orientalis* in eadem regione. Pagum enim *Logni* ad *Angariam* spe-  
ctasse, ex autographo diplomate imperatoris *Hludouici*, quod in archiuo *Cor-*  
*beienfi* existat atque anno XXI imperii eius datum est, patet. Nemo certe con-  
tendet, *Sneuidi marcum* fuisse terminum totius Saxoniam in eo regionis tractu.  
Totam enim *Eichsfeldiam* Saxoniam olim fuisse partem, ex *Chronico* nostro  
*MScho*, alias in lucem proferendo, constat. Quamuis autem hucusque nullum  
comitem ex *marcu Sneuidi* e documentis antiquis dare seu producere possimus,  
qui appellatus fuerit *maregrauius*; putamus tamen, eam ob causam cardinem  
rei in dubium haud vocandum. Plurima enim documenta, vti constat, interie-  
re, ita vt, gauisuros esse nobiscum eruditos, speremus, has traditiones tandem in  
lucem emeruisse publicam, in quibus non vnus obscuræ et hætenus tenebris  
inuolutæ rei mentio quædam iniicitur, quam per millia annorum vix vnus et al-  
ter clanculum adigit cogitando.

(Z) *Hricon* ponitur in pago *Ambergo*, testante nostro Registro. Ille pagus erat, vbi De villa  
nunc ad saltum *Hercinicum* est præfectura *Sesensis* in Principatu *Wolferbutte-* Hricon.  
*lano*, ac in episcopatus *Hildesensis* præfectura *Woldenberg*. Intelligimus ergo  
per *Hricon* villam vicum *Rehne* ad fluium dictum die *Innerste* in eadem præ-  
fectura *Woldenberg*, atque ecclesia *Rehnenfis* filia est ecclesiæ in *Wartgensted*.  
Confer supra §. 53, vbi diximus, traditorem mansi in *Astenbechi* fuisse forsan  
*Meinhardum* §. 107. Fortassis vero etiam fuit is *Ghermo* noster, qui mansum  
donauit in *Hricon*, et fortassis vterque inter progenitores comitum *Woldenber-*  
*gensium* referendus. *Rüen*, *Riudium*, villa fuit, quæ nunc dicitur *Grossen Rüen*  
et *Lütken Rüen*.

(a) Villa *Letiloun* erat, testante Registro nostro, in pago *Levi*, qui pagus inueniendus De villa  
est *Letiloun*.



Ab anno  
866 usque  
853 im-  
perante  
Hludo-  
uico et

## §. 120.

Tradidit haddo quiddid habuit in *cogarden* (b) testef hodo orduuig uuenni.

tradidit ofger in *olenbus* (c) mansum unum testef marcuuarduf adalgeruf arnghot meynric ricbertuf.

tradidit marcuuarduf colonof duof et unum mancipium ita uocitantur huno hrodgelduf teodlef.

## §. 121.

Tradiderunt in uilla iam saepius dicta *uffenleua* (d) homines isti singuli

est ad fluium Hunta in comitatu Diepholtano et circa monasterium Wildeshufen. Hoc iam supra demonsttrauimus (§. 35). Ex hoc momento collegimus §. 104. not. (†††), *Benni* seu Bennonem, qui hæc tradidit, ad stirpem Widekindam esse referendum. In regione, flumini Hunta finitima, inueniuntur loca *Littel* et *Leete*. Vter vero illorum sit villa *Letiloun*, expiscari conabimur in *Clientela Corbeiensis*, vbi de nobilibus, de Diuinghelo dictis, sumus exposaturi.

De villa  
Cogar-  
den.

(b) Villa *Cogarden* erat in pago *Wikanauelde*. Illius iam supra saepius meminere traditiones.

De villa  
Olenhus.

(c) *Olenbus* villa reperitur in nostro Registro, posita in pago *Logne*. Subest ergo Olenhausen, in principatus Göttingensis praefectura Müнденfi locus, praedium equestre generosissimorum de Götzen cognominatorum.

De here-  
dibus du-  
cis Ostfa-  
lorum  
Hessi.

(d) Hic rursus prodeunt quidam heredes ducis Ostfalorum Hessi, quorum singuli portiones suas in *Uffenleua* villa pagi Norththuringi largiuntur. De plerisque iam supra (§. 104.) verbosius satisque egimus. Ad eum locum beneuolum lectorem delegamus, hic tantum obseruatiunculas quasdam interferentes, supra nondum intextas. Omnes singulosque, qui hic inter traditores numerantur, diuites fuisse adelingos, nemo temere negabit. *Meyndag*, qui primus est, supra §. 58. est testis, vbi sita in pago Guddinge quaedam tradebantur. Ipse praesto erat, cum Luidolfi vxor quaedam donaret, restante §. 126. At vero (§. 231.) *Meyndag* propinquus Beuonis, fratris Luidolfi ducis, appellatur. Fortassis autem hic *Meyndag* filius, ille vero pater, fuit. *Gelo*, qui sequitur, inter testes apparet §. 26. §. 3. et 71, vbi quaedam donata sunt, sita in pagis Logne, Ambergo, Auga ac Netga. Cum porro inter posteros Cobbonis comitis *Gelones* quidam occurrant, *Gelo* noster fortassis ad familiam Brunonianam spectauit, et filius Irminwardi I esse potuit. De Oddone egimus infra §. 188. *Reding* et *Wulfdag*, qui sequuntur, latent adhuc in obscuro. *Beuo* autem ac *Luidolf* sine vilo dubio fuere fratres et comites, de quibus egimus supra §. 104. not. (n). *Redboldum* quendam iam supra §. 104 inter coheredes Hessi deprehendimus. Fortassis ille pater, *Redboldus* autem noster filius fuit. De *Erpone*, eiusque posteris, comitibus de Patberg, infra mentem nostram aperiendi occasio dabitur. De *Gumblando* nihil habemus, quod afferre possimus. *Sibert* vero probabiliter inter progenitores comitum Northeimensium referendus videtur, fraterque fortasse Reginoldi atque Thiadhardi, de quibus eorumque posteris, inter quos nomen Siberti frequentissimum est, vide §. 104. not. (l). Inter testes *Sibertus* quidam apparet, cum testantibus §. 14, §. 8, quaedam donantur, in villis Buria atque Amplithi in pagis Hessi ac Guddingo sita. Hæc villæ in illis regionibus inueniuntur, in quibus progenitores Northeimensium comitum bona sua habuerunt. Confer præterea §. 2. et 7. et 335. *Esic*, qui sequitur, nullus videtur esse alius, atque *Esic comes*, de quo iam supra §. 110. not. (I) quaedam diximus, atque infra §. 133. pluribus agemus. *Tanchara* testis §. 47. erat, cum comes Immadus in pago Falhen quaedam largiretur. Si sit nomen eius vnum idemque atque nomen Thancger et Tanered, tunc inter testes ille reperitur §. 76. Ipse vero quaedam tradidit §. 94. in Guddingo pagi villa Amplithi. Quia ex eadem villa, vti ex §. 108. apparet, ad hereditatem ducis Hessi pertinuit, verò hac villa perspicere non possumus, ad quam potissime domum *Tancharadus* noster sit referen-



guli portiones suas et ipsi sunt testes meyndag gelo oddo reding uutildag beuo luidolf redbold erp gunthland fibert efic ranchard heriuuard helm- uuard irminuuard adalbodū gharuuard beuo ubald uualdmer.

guber-  
nante  
Corbe-  
iam Wa-  
rino.

## §. 122.

Tradidit redman pro remedio animae filii sui heriman quiddam habuit in *hasbeke* (e) et in *hamersbus* (f) testes uualdman uigo ragenheri haold et alii quatuor.

## §. 123.

Tradidit eilhardus in *hundloun* (g) quiddam ibi habuit scilicet et homines

referendus. *Herwardus* quidam testem egit, ipso (§. 32.) Theodardo intra pagum Huuetigo duos mansos donante. *Herwardum* ad hæc quendam iam supra (§. 104.) inter coheredes ducis Hessi deprehendimus. Videtur ille pater, hic vero filius, fuisse. *Helmwardus*, qui sequitur, nominatur (§. 231.) propinquus Beuonis, fratris Luidolfi ducis. Quidam §. 9. *Helmward* inter testes apparer, ubi in pago Nithega, in quem familia Brunoniana dominata est, quædam traderentur. De *Irminwardo*, *Adalbodu* ac *Beuone*, ad eandem familiam referendis, iam supra diximus ad §. 104. not. (N) Restant ergo tantum reliqui *Gharward Ubald* ac *Waldmer* illustrandi. *Gharwardus* probabilissime ad stemma Widekindum refertur. Ratio patet consideraturis ea, quæ de *Gharwardo* in his traditionibus adferuntur. Quamvis enim affirmare nolimus, traditionibus nostris semper per idem nomen, viro proprium, denotari vnâ eandemque personam; adducenda tamen sunt omnia, et ea, quæ ad confirmandam sententiam nostram faciunt, retinenda; at cetera reiicienda sunt. Primo enim *Gerwardus* cum Eilberto donauit, quiddam habuit in pagi Tilithi villa Lofardi, testante §. 19. Postea *Gerwardus* idem inter testes obuius est, cum nonnulli, e progenitoribus comitum Euersteinensium procreati, (§. 22.) promitterent atque ecclesiæ Corbeienfi sponderent, se vlllo tempore habitatores monasterii Corbeienfis haud infesturos. Deinde *Gerward* et *Gharward* testimonium perhibuere, cum quædam (§. 34.) in pago Logne, et (§. 60.) in pago Hessi, et (§. 61.) in pago Enterigauii sita, traderentur. Tum vero *Gerward* inter testes apparebat, cum aliqui (§. 89.) quædam in pago Itegowæ seu in principatu Waldeccensi posita, et (§. 95.) in pago Huuetigo seu comitatu Swalenbergico obuia largirentur. Postea ipse *Gherward* (§. 148.) in Wuringreshus villa pagi Hessi, quæ Wirminghausen vicus est in Arolsen præfectura principatus Waldeccensis, quædam largitus fuit. Accedit, quod *Gherward* inter testes reperitur (§. 212), ubi Heriman in pago Hassi Franconico eiusque villa Hadunueni, quæ fortassis Huddingen est, locus præfecturæ Wildungen eiusdem in principatus terris quædam traderet. Postea *Garward* rursus præsto erat, cum (§. 213.) Waladericus in marca Sturmethi, in villa Bodriki, nonnihil donaret, atque Wigfuit (fortasse eius soror) in Hummi et Calriki, quiddam habebat, traderet Corbeiensibus. *Gharwardus* eo ipso tempore inter testes aderat. Pro eius anima post hæc tradidit Wycbertus mansum, testante §. 227. Ipse porro *Gerward* testem egit, cum Adalmer in pago Nethga quædam (§. 247.) traderet. Denique *Gharwardus* et *Erp* partem aliquam siluæ Masingorum donarunt; vti §. 255. refertur. Hæc silua in regione dynastie Padberg est quærenda. *Ubaldus* et *Waldmer*, qui vltimi sunt, etsi Waltmet quidam §. 10. appelletur frater Reutmeri, versantur adhuc intra penetralia Vestæ.

(e) Supra quidam *Redman* (§. 31.) mansum donauit, in Haslbechi villa pagi *Auga* situm. Eandem villam arbitramur fuisse *Hasbeke*. Id quod nobis persuadent et *Hasbeke*. nomen et traditor et nostrum Registrum.

(f) De villa *Hamersbus* vide supra ad §. 62. not. (D) dicta.

(g) De *Hundloun* villa pagi *Leri* vide supra §. 27. not. (C).

De villa  
Hamers-  
bus.

De villa  
Hund-  
loun.



Ab anno 826 vsque 853 imperante Hludouico et

minef duof filiof cuiufdam nomine ello nec non et ancillas duas unam filiam tiadmanni et aliam raymanni testef folcuuert hem fidac horic euuurman folcmar.

## §. 124.

Tradidit adalbodu pro anima fratris fui fuuyricdac in *boffesbus* (h) mansum unum unde supra scripti testef sunt.

## §. 125.

Tradidit *cobbo* (i) pro remedio anime nepotif fui *amelung* (k) quidquid ipse habuit in pago *mosweddi* (l) et in aquilonali parte flumii qui uocatur

De villa  
Boffes-  
bus.

(h) *Boffesbus* villa erat in pago *Auga*. Designatur locus per illam, dictus *Boffzen*, vix itinere dimidiæ horæ ab oppido Huxaria distans, sed cis flumen Wiseram, olim in comitatu Euersteinensi, hodie vero in Principatu situs Wolferbuttelano. *Christ. Franc. Paulinur* in *Historia Corbeiensi MS&A* de villa *Boffzen* fingit, seu potius ex Io. Lutzeri fictionibus repetit, Carolum Magnum in expugnatione castri Brunonisburgi ad radices saltus Sollingani collocasse lixas et calones, ab antiquis Saxonibus *Gebouetze*, hoc est, Gebouere, Boben vel Buben dictos. Cum igitur illi ibidem morati fuerint, inde locum istum ab istis *Boffen* quasi *Bouenheim* vel *Bubenheim* adpellatum esse, refert vterque. Sed quis non statim fabulam subodoratur? *Boffesbus* idem est ac domus cuiusdam *Bofonis*, cuius denominationis particeps, vti ex fratre abbatis Warini *Beuone* seu *Bouone* apparet, sine vilo dubio quidam e progenitoribus Ecberti et Luidolfi ducum fuit, vel alius cognominis, qui eandem villam primus incoluisse videtur. Villa *Boffesburiun*, de qua vide §. 177, castro Brunonisburgo vicina fuit, et similiter ex quodam est *Bouone* adpellata.

De Cob-  
bone.

(i) *Cobbo* is frater abbatis Warini, et filius ducis Ecberti atque Idæ, fuit, vti supra §. 29. not. (l) et §. 104. not. (n) demonsttrauimus.

De Ame-  
lungo.

(k) *Amelungus*, vocatur nepos *Cobbonis*, ac *Cobbo* dicitur auunculus *Amelungi*. Habuit autem *Amelungus* sororem *Cobbonis Hadwygam*, quæ ab Ufingio *Hadwi* nominatur, vti supra §. 29. vidimus, in matrimonio. Id apparet ex his traditionibus infra §. 149, vbi *Hadwy* adpellatur vxor *Amelungi*, eiusque filii *Bennid* atque *Amalung* nuncupantur. Quodsi vero hi factores fuerunt illustrissimæ familiæ *Billingana*, vti supra demonsttrauimus, origo *Billingana* familiæ per feminas ab *Ecberto* duce Saxonie eiusque vxore *Ida*, ex sanguine regum Francorum oriunda, ita certa reddatur, vt de ea prorsus nihil dubitationis superfit.

De pago  
Moswed-  
di.

(l) *Mosweddi pagus* idem erit, qui infra (§. 211.) nominatur pagus *Moswidi*. Nisi hoc loco particula *et* addita esset, dubium restaret nullum, quin situs huius pagi existeret ad ripam flumii *Albiæ* seu *Albis*, in vtraque fluminis ripa. Id tamen quodammodo indicare videntur traditiones, eundem pagum ad fluum *Albim* esse quærendum. Distinctum pagum fuisse *Mosweddi* a pago *Mofidi*, quem originale diploma Heinrici II, ad annum 1004 datum, quod iam in manibus nostris est, habet, vti celeb. *Gruppenius* in *Orig. Pyrmont.* p. 15. sentire videtur, creditu est difficile. Quemadmodum enim villa *Wigmannesburftal*, a dicto caesare in pago *Mofidi* posita, vicus *Wigmannesburg* in præfectura *Medingen* in Principatu *Luneburgico* sita, esse non potest: ita villa *Benedesdorp*, eodem in pago a caesare locata, erit *Berndorf*, quæ in Veteri *Marchia* visitur. Quamuis vero maxima sit similitudo inter *Wigmannesburftal* et *Wigmannesburg*, negari tamen non potest, in regione, circa *Wigmannesburg* sita, extitisse pagum *Bardango*. Id ipsum ex villis apparet, quæ eidem pago *Bardango* in monumentis nostris adtribuuntur. Enumerabimus aliquas, quæ sic adpellantur, 1) *Holibeufen*, quæ nunc est *Holthufen* in præfectura *Ebstorf*: 2) *Aldendorp*, quæ est *Oldendorp* in eadem præfectura: 3) *Seeltesdorp*, quæ vel *Solgesdorp*, vel *Seekeldorp*, vel *Segelsdorp* in præfectura *Medingen* est: 4) *Niendorp*, quæ est *Niendorp* intra eandem præfecturam: 5) *Catelnidorp*, vulgo *Kollendorp*



uocatur albia cuius traditionis auctorem ipse *amelungus* adhuc uiuens elegit praedictum *auunculum* suum *cobbonem* atque ei potestatem praedictae traditionis contradidit testes huius traditionis sunt *bardo comes* (m) *uuulfrid uuigbert* (n) *hemmic suuithard rainheri* et alii XIII.

gubernante Corbeiam Wario.

## §. 126.

Tradidit *bardo comes* pro remedio animae *luidolfi* (o) familiae XVIII in

in praefectura Oldenstat: 6) *Wertside*, quae est Westide in praefectura eadem: 7) *Scotonbusen*, quae adpellatur aetate nostra Studensen, sita intra eandem praefecturam: 8) *Suttorp* est Sottorp in praepositura Amelikhufen, vel Suttorp in praefectura Oldenstat: 9) *Stocbeim* est Stokem in eadem praefectura: 10) *Masendorp* est Mazendorp in praefectura Oldenstat: 11) *Emmenthorp* est Emmendorp intra praefecturam Medingen: 12) *Eppenbusen* est Eppensen in praefectura Medingen: 13) *Addunesthorp* est Addensdorp in praefectura Medingen. Haec uilla cum circa Wigmannesburgum in Principatu Luneburgico sint obuia, pagus Mosidi circa Wigmannesburg situs non fuit. Villa Wigmannesburftal ubi inuenienda sit, iudicent docti viri, Veterem Marchiam incolentes. Mihi nota sunt quaedam loca in Veteri Marchia sita, quae Burgstad et Borftal appellantur. Fortassis quaedam uilla in eadem prouincia reperitur, cui maior cum Wigmannesburftal est similitudo. Inter haec notatu dignum esse putamus, familiam *Billinganam* in pago *Morweddi* ad Albim possedisse praediorum nonnihil, uti ex hoc loco apparet. Quanam uero fuerint ea bona, quae Amelungus donauit, dicemus distincte in nostra *Clientela Corbeiensi*.

- (m) *Bardo comes*, frater Walberti et nepos Widekindi Magni, fator fuit principum De Barwaldeccensium, uti supra §. 104. not. (u) demonstrare adgressi sumus. done comite.
- (n) Infra (§. 337.) nominatur quidam *Wicbert* filius Bardonis, qui hic locum habere De Wicon non uidetur. Fortassis hic fuit filius Walberti, et pronepos Widekindi Magni, berto, postea creatus Episcopus Verdensis.
- (o) Dignissimum esse hunc locum, qui explicetur planissime, omnes nobiscum uno ore profitebuntur. Indicari hic *Luidolfum*, quondam comitem et ducem Saxoniae celebratissimum, multorum regum, imperatorum, et ducum patrem et progenitorem, nemo negare aufit. Nesciuere adhuc plerique eruditi, quis huius *Luidolfi* pater existerit. Hic uero locus ipse illum significat. Ante omnia autem hic chronologicum argumentum praemittere debemus, demonstraturi, uixisse eodem hoc tempore, quo haec tradita sunt, celeberrimum istum *Luidolfum*. Et ut hoc eo planius fiat, primum ex ipsis his traditionibus ostendemus, quonam circiter tempore haec traditio proposita fuerit. Id autem elucet ex §. 133. Ibi enim *comes Esic* res, quas imperator Hlotharius illi tradiderat, sitas in pago Ri-boariense atque comitatu Bunnensi in Castenica, donauit monasterio nostro Corbeiensi. Ad hanc narrationem illustrandam facit diploma imperatoris Hlotharii, cuius iam supra §. 110. not. (1) mentionem inieciimus. Illud infra (§. 133) ex autographo in medium adducemus. Id ipsum anno imperii Hlotharii per Italiam XXIII, et per Franciam IIII, die XX. Martii datum fuit. Hos annos imperii, per Italiam capeffiti, supputare decet ab anno 821, quo Hludowicus pius mense Maio Nouiomagi regnum inter filios diuisit, testante Eginhardo *Annal. Rerum Franc.* f. 170. his uerbis: *Iterum conuentus mense Maio Nouiomagi habendus indicatus est, comitesque, qui illuc uenirent, deputati. Eo anno (821.) dominus imperator post festi paschalis expletionem per Mosam nauigauit, ibique constitutam annis superioribus atque conscriptam inter filios suos regni partitionem recensuit, ac iuramentis optimatum, qui tunc adesse potuerant, confirmauit.* Anni autem regni illius Lothariani per Franciam computandi sunt a diuisione regni inter Hlotharium et Carolum, seu mense Maio anni 839 Wormatiae sancita, testantibus *Annalibus Rev. Franc. Fuldens. Tom. 1. S. R. Germ. Freberi* p. 24. his uerbis: *Post pascha mense Maio Wormatiam ueniens (imperator) Hludbario filio suo, de Italia in fidem ueniens, reconciliatur, regnumque Francorum inter eum et Carlum filium suum*



Ab anno 826 vsque 853 imperante Hludouico et in pago bardengo (p) ut summam uero huius traditionis exprimamus quidquid ipse *Luidolfus* habuit in pago bardengo in campis siluis pascuis aquarumque decursibus et in familiis exceptis seorsum denominatis familiis quas ipse suo germano *cobboni* (q) atque suo propinquo fratre suo ad redimendum relin-

suam minimum diuidit: Hluthario quidem, qui maior natu erat, nominis sui dignitatem et sedem regni tribuens, Hludouico uero filio suo minori pro eo, quod eum offenderat, Baioariorum prouincia tantum concessa. Annus ergo reparatae salutis 844 inde emergit, quocum annus indictionis, qui sextus est, accuratissime concordat. Quodsi igitur uxor *Luidolfi*, qui ipse aduocatus Corbeiensis erat, per *Bardone* comitem hanc traditionem fieri curauit prius, quam *Esic comes* sua in pago Riboariensi bona donauit, sequitur exinde, *Luidolfi* uxorem eadem hac tradidisse ante annum 844. Floruisse autem iisdem temporibus adhuc comitem *Luidolfum*, dubitabit nemo, qui meminerit, eundem *Luidolfum* post hac Romam iuisse cum coniuge sua *Oda*, ut pro cenobio, quod Hludouici regis auus et postea eius genitor fundarant, quodque nostra *Corbeia* est, et cui idem *Luidolfus* praeerat, reliquias quasdam Sanctorum peteret, quae uero postea monasterio *Luidolfum*, cuius fundator ipse *Luidolfus* existit, datae sunt, ut pluribus in nostra *Historia Corbeiensis* demonstraturis sumus documentis fide dignis. Quaes autem fortassis, beneuole lector, quidni *Luidolfus* hoc loco appelletur comes? Respondendum censeo, nil fuisse causae, cur id faceret nostri Corbeiensis. Alius si hoc tempore fuisset inter proceres Saxoniae ac Corbeiae patronos illustres excellens heros, eodem nomine insignitus, tunc addidissent ei sine ullo dubio nostri nonnihil ad *Luidolfum* nostrum ab alio distinguendum. Sed quoniam id factum non est, nullus alius, nisi illustrissimus *Luidolfus*, designatus fuit. *Cobbo* praeterea procul dubio comes erat. Attamen appellatio comitis non additur eius nomini. Adde, quod infra (§. 149.) *Hadwy* et (§. 155.) *Ida*, soror et mater abbatis nostri *Warini*, neque *comitissa* neque *ducessa* nominantur, licet quilibet facillime perspicere possit, has illustres personas ibi designari. Erant enim ipsae nostris Corbeiensibus, et nostro *Warino* abbati, tam notae, ut sola eorum nomina adducta sufficere possent eisdem. Profecto ea tempestate nostri Corbeiensis sibi persuadere non poterant, hanc traditionum connotationem postea unquam in lucem esse prodituram. Quin immo si *Cobbo* fuit frater *Warini* abbatis, quod nemo inficiari sustinebit, fieri non potest, ut, per *Luidolfum* alium, nisi *Luidolfum comitem et ducem Saxoniae*, denotatum fuisse, intelligamus, eo quod haec illustres personae nullum, nisi illustrem, fratrem habere potuerunt. Hic uero sine ullo dubio *dux* erat *Luidolfus*.

De pago Bardengo.

(p) Pagum *Bardengo* fuisse pagum maiorem atque existisse in Principatu Luneburgico, omnes eruditi huc usque uno ore sunt confessi. Multae uillae, quarum in nostris Corbeiensibus amplius quadraginta memorantur, e quibus iam supra quasdam adduximus, situm illum euidentissime demonstrant. Ceteris uero locis in aliud tempus reseruatis, intermittere non possum, quin e numero illarum tantum tres afferam, ut proprium pagi huius situm quasi extremis digitis uideat artigisse. Veniunt sub censum *Bardenuit*, quae uilla nunc sine dubio ullo est celebratissima quondam urbs *Bardewic*, deinde *Ulleshem* monasterium, hodie dictum *Ültzen*, ac denique *Addunestorp*, quae uicus est *Addendorp* in praefectura *Medingen*, non *Adenstorf* locus praefecturae *Lune*, neque *Adendorp*, intra praefecturam *Bleckede* conspicuus.

De Cobbonis germano Luidolfo.

(q) Haec est illa insignis atque obseruatu dignissima appellatio, qua *Luidolfus* nominatur *germanus Cobboni*. Dissimulare non possum, me, quam primum hunc locum in nostro codice conspexeram, praegera gaudium illud Archimedis *εὐρηκα εὐρηκα* exclamasse. Facillime enim perspicere poteram, me hac unica denominatione innumerabiles recentiorum genealogorum errores, quos illustris *Ioannes Georgius ab Eccard* coniecturis suis coarguendos quidem constituerat, quos uero sibi eximi eripique alii uolebant, profligaturum. Hucusque enim alii *Brunonem*, *Widkindi Magni* filium, alii *Brunonem II*, filium dicti *Brunonis I*, alii uero *Walbertum*, fratrem *Brunonis*, fuisse patrem *Luidolfi* ducis, statuerunt, perhibentes cum *Alberico Monacho Trium Fontium*, descendisse ab isto *Luidolfo* omnem nobilitatem Saxo-



linquerat omnia *bardo comes* tradidit ad reliquias sc̄orum martirum stephani <sup>gubernante</sup> et uiti hac ei potestate contradita *ab uxore luidolfi* (r) atque a suis propin- <sup>Corbe-</sup> quif haec namque traditio ea tamen ratione firmata est ut praedicti *luidolfi* <sup>iam Wa-</sup> uxor ea possideat usque ad obitum suum nisi alius locus ad manendum ac- <sup>rino.</sup> commodetur testes tiadbert hildilet hahger folcrid hramnulf hildiuuard hildired eilhart meyndac.

## §. 127.

Tradiderunt bunico et ricdac quidquid habuerunt in *billurbeke* (f) et de

Saxoniae, Germaniae, Galliae, Normanniae, Bauariae, Sueviae, Ungariae, Mosco-  
uia ac Polonia. Multos vero versari in grauisimo errore, intelligitur ex hoc  
loco. Atque ut tantis incitiae tenebris lucem infundamus, supra §. 29. not. (1)  
ex Uffingio didicimus, *patrem Cobbonis* fuisse ducem Saxoniae *Echertum*. Quodsi  
ergo *Luidolfus germanus Cobbonis* fuit, quo nomine hic euentissime indicatur,  
inde sequitur, ut, *patrem Luidolfi* eundem *Echertum* fuisse, existimare deceat.  
Diutius ergo in errore viri aliquot eruditi versentur non oportet. Firmissimum  
enim et grauisimum habemus hoc loco testimonium scripti coeui atque omni  
exceptione maioris.

- (r) *Luidolfi uxor* nominatur ab Hroswitha in carmine de constructione caenobii Gan- <sup>De uxore</sup>  
dersheimensis *Oda*, filia *Billungi* et *Aeda*. Hanc autem *Aeda* fuisse editam ex clara <sup>Luidolfi</sup>  
potentem Francorum stirpe, eadem Hroswitha memoriae prodidit. Ipsa *Billun-* <sup>ducis.</sup>  
*gum* appellauit *principem alnum*. Optandum foret, ut Hroswitha huius *Billungi*  
et *Aeda* progenitores luculentius denotasset. Quia autem id factum non est,  
coniecturis aliquid dandum videtur. Supra ergo §. 104. not. (w) iudicauimus,  
istum *Billungum* fuisse fratrem *Amalungi I*, satoris ac conditoris familiae illustris-  
sime Billinganae. Porro loco laudato *Bennitbi I* filium fuisse *Billungum*, proba-  
biliter asseruimus, a propatruo sine dubio ita appellatum. *Amelungus III*. por-  
ro filium *Billungum*, a cognato suo rursus ita nuncupatum, habuerit necessum  
videtur. Vnde consequi videtur, nomen Billingi in hac domo tritum et usita-  
rum fuisse. *Billungum I* eiusque filiam *Odam*, uxorem *Luidolfi*, ad familiam  
Billinganam retulisse me non poenitebit. Adductus autem sum ad sic sentien-  
dum accuratori loci huius consideratione. Intelleximus enim *Odam*, *Luidolfi*  
uxorem, id operam dedisse, ut bona, hic memorata et in pago Bardengo  
sita, in salutis sui mariti sempiternae adiumentum donarentur. Ea vero ipsa  
bona sub hac conditione fuisse tradita, ut *Luidolfi uxor* ea possideret usque ad  
obitum suum, nisi alius ei locus, ubi ipsa moraretur, accommodaretur, exinde  
collegimus, ea, quae tradita sunt, ad dotem serenissimae *Odae* spectasse. Quodsi  
vero inter omnes constat et peruulgarum est, ac ipsemet supra §. 104. not. (w)  
demonstrauit, familiae Billinganae maximam bonorum suorum partem in pago  
*Bardengo* atque adiacentibus prouinciis fuisse, nullam video rationem, qua in-  
duci possim, ut *Luidolfi* uxorem *Odam* huiusque patrem *Billungum* e geneologia  
Billingana eradam. Hoc loco statuitur, *Odam* bona haec possessuram fuisse us-  
que ad obitum suum. Inde potest duci coniectura, hoc tempore nondum de-  
finitam fuisse constructionem monasterii Gandersheimensis. Notum enim est,  
illustrissimam *Odam* in eodem monasterio commorata esse usque ad excessum  
suum, quum *decies denos septem quoque vixerat annos*, ut *Hroswitha* verbis  
vtar.

- (f) *Billurbeke* villa, teste *Registro* nostro, figitur in *Flethunun-marca*. Haec proba- <sup>De villa</sup>  
bilissime terminum indicat pagorum *Fleithi* ac *Rittiga* et fortassis etiam pagi *Billur-* <sup>beke.</sup>  
*Hlifsigo*. Villa eadem sine vilo dubio est vicus *Bilderbeck* in praefectura Gan-  
dersheim intra Principatum *Wolferbuttelanum*. Ex eo villae situ diiudicari  
potest, quam in regione *marca* eadem fuerit, scilicet in regione villae *Billur-*  
*beke* iuxta *Leinam* et amnem *Aue*, haud procul inde versus locum *Hattiches-*  
*huson* seu *Haishuson* seu *Haishusen* *Leinae* se committentem. Amnis *Aue*, ex  
*Westerhoua* defluens, disceuit pagos tres illos. Si diplomata *Altridi* episcopi  
*Hildesheimensis*, ac *Ludouici*, Romanorum regis appellati, de anno 872 et  
873, quae exhibent *J. G. Leuckfeldius* in *Antiq. Gandersib.* p. 287. seqq. atque  
*Haven-*



Ab anno 826 usque 853 imperante Hludovico et de ipsa *loine* (t) quiddam hildiger habuit tradiderunt etiam in *riudium* (u) latum nomine huilec cum sua familia et possessione quam ipse ibi habet et *biuangum* (v) in *riudiana marcu* (w) tradiderunt etiam quiddam habuerunt in *liukiungum* (x) et in *liuttingesbem* (y) testef hager yuo godesman arnold marcuuard reodheri.

## §. 128.

Tradidit aibert in *duthungum* (z) quiddam ibi habuit testef hager eilhard adubert redulf et alii quatuor.

## §. 129.

*Havenbergius in Histor. Gandersb.* p. 138 seqq. genuina essent, tunc euincere possemus, nostrum *Riedacum* eundem Riddagum comitem fuisse, qui in diplomatibus illis appellatur *strenuissimus* atque *illusterrimus princeps* ac fundator monasterii Lamspringensis in episcopatu Hildesheimensi. Quemadmodum vero multa in eisdem diplomatis reperiuntur, quæ falsitatis macula et sublesta fide laborant, ita persistimus in eadem sententia, quam supra §. 104. adtulimus, *Riedacum* nostrum ad Widekindam stirpem pertinuisse. Vnde emendandam esse sententiam eorum putamus, qui Riedagum cœnobii Lamspringensis fundatorem cum beato *Lauensteinio* aliisque adpellant *Comitem Winciburgicum*. Testimonia enim scriptorum coætanæ, quæ omnem rem hic stabilire debent, omnino defunt eis, qui sic sentiunt. Stat tamen sententia, Riedagum fuisse in Comitatu Fleithun pagi virum illustrem ac Comitem, atque Lammespringensis monasterii conditorem.

De flumine Loine.

(t) *Loine* est fluuius Leine, de quo vid. supra §. 33. not. (u), Loine, Linne, Lone, Lune, adpellationem traxere ex flexu et anfractibus, seu ex *Lenen*.

De villa Riudium.

(u) *Riudium* villa in nostro Registro posita deprehenditur in pago *Ambergo*. Designatur vtraque villa, Grossen-Rüden in præfectura Bilderlah episcopatus Hildesheimensis, atque Kleinen-Rüden in Principatus Wolferbuttelensis præfectura Sefens. Villam vtramque circiter discernit interfluens amnis Nette. De reliquo villa vtraque vnus est vicus, olim bipartitus.

De Riudiana-marcu.

(v) *Biuangum* quid sit, dixi supra §. 68. not. (L)

(w) Quid *marcus* significet, iam supra §. 118. not. (X) indicauimus. Nunc vero e nobis videris querere: a quam villa *Riudiana marcus* sit appellatus? In promptu ratio est denominationis. Marcus hic a villa Rüden, quam meminimus, adpellationem traxit, in cuius pagi confiniis versus occasum initium fuit tractus Flentigau seu Fleithi. Nolim tamen peruiacaciter contendere, marcus vbiq; esse provincie limites. Villæ enim maiores olim suis gauise marcis. Id ex Traditionibus Fuldensibus passim licet colligere, marcos a villis fuisse denominatos. Complexus agrorum maior dictus fuit olim *biuangum*, ein Befang, Umfang, *conceptio*, *comprehensio*, *breida*, eine Breite.

De villa Liukiungum.

(x) *Liukiungum* villa erat, testante Registro nostro MS&to, in pago *Mersbem*; qui vero vicus designatus sit, id ignorare nos, libenter fatemur. Omnes quidem ingenii mei neruos in inuestigationem huius villæ per aliquot dies intendi, sed oleum atque operam perdidit. Doctis ergo viris et præcipue Hannoveranis eandem villam relinquo expiscandam, statuerè dubitans, an vicus *Lockum*, vbi celebratissima est abbatia, definiatur.

De villa Liuttingeshem.

(y) *Liuttingesbem* exstitit in pago *Guddinge*, testante Registro nostro sapissime excitato. De pago *Guddingo* vide supra §. 7. not. (n). Probabiliter reputo villam pro vico *Lubrechtisen*, inter Banteln sito et Deinsen, vicos Principatus Calenbergici. Exstat haud procul a Duien vico vicus Lütkenholtesheim in Principatu Wolferbuttelano. Eadem autem hæ villæ scilicet *Liukiungum* et *Liuttingesbem* me impulerunt, vt statuendum putem *Buniconem* ac *Riedacum* in stemmatis Widekindæ profapia. Nam supra indicatum fuit, stirpem Widekindam in eadem regione amplissima possedisse prædia. Quomodo autem in manus Wittikindigenarum peruenerint villæ in Riudiana marcu, id indicare non licet. Fortassis erant eadem pars hereditatis ducis Ostfalorum Aficonis seu Hessi.

De villa Duthungum.

(z) *Duthungum* villa fuit sita in pago *Aringbo*, vt approbat præstantissimum nostrum *Registrum*



## §. 129.

Tradidit uualdger pro anima fratris sui ghuntbert in uilla dicta *hastenhuf* (A) mansum unum cum familia halec marlati testes albmer liudric *beriman bardo* et alii quatuor.

gubernante Corbeiam Warino.

## §. 130.

Tradidit albe pro anima geldulfi et anima uiri sui nomine *deddi* et filii sui *folchardi* quidquid iure hereditario possederat in *bernhardeshufun* (B) in campis et siluis aquarumue decursibus testes huius traditioni assistentes frederic afuco milo uualdbern hildibern et alii decem quos causa breuitatis obmitto.

## §. 131.

Tradidit gerhheri pro anima hauuardi in uilla *uuigredeshuf* (C) quidquid ibi habuit testes marcuuard maynheri uuighard bennic.

## §. 132.

Tradidit eiluuer quidquid habuit in *bathedi* (D) coram testibus his *beuo uolcuuerc eyo esi alsuuard* et alii XV.

## §. 133.

Tradidit *esic comes* (E) res proprietatis suae quas sibi dominus impe-

*Registrum MS. Sum Bonorum Abb. Corbeiensis.* Pagum *Aringho* fuisse positum in regione urbis Alfeldiae ad Leinam flumen in episcopatu Hildesheimensi, et castrum desolatum Hoinboken, demonstratum sumus infra in notis ad §. 214. Intelligimus ergo per *Dutbungun* villam vicum *Dujen*, vix iter unius horae a castro Hoenböken sito in Principatu Wolferbutelano distantem. Olim a vico *Dutbungun* nobiles quidam appellati sunt *de Dudingun*. Ipsi fuerunt ministeriales corbeiensis, qui inter cetera in feudo habuere ab ecclesia Corbeiensis sitos in vico Alforde quinque mansos, quos Hartmannus ac Wulbrandus fratres de Dudingun oppignorarunt monasterio S. Mariae Carthus. ordinis ante urbem Hildesiam anno 1409, quosque reemendi facultas concessa est abbati Corbeiensis, mortuis eisdem dominis de Dudingun eorumque masculis heredibus, uti diploma, quod ad manus est, adprobat: vltimus vero dominorum de Dudingun naturae concessit anno 1502, testante Io. Lertzner in *Chronico Dassel.* Lib. IV. p. 195.

- (A) *Hastenhuf* in Registro nostro ponitur in pago *Thiadmelli*. Locus hodie dicitur De villa *Harste*, situs in comitatu Lippiensi. De pago *Thiadmelli*, ac de *Waldgero*, qui mansum in villa *Hastenhuf* donauit, vide infra §. 190.
- (B) De *Bernhardeshufen*, villa pagi *Hlisgo*, atque de *Albe*, *Deddi* ac *Folchardo*, vide supra §. 112. not. (O).
- (C) *Wigredeshuf* erat in pago *Logne* villa. *Logne* pagus reperiebatur in principatu *Göttingensi*. *Wigredeshuf* ergo dicitur nunc *Wiershausen*, intra praefecturam *Mündensem* locus.
- (D) *Bathedi*, villa, postea dicta est *Bathe* et *Bade*, olim villa, testante Registro nostro, in pago *Auga*. Dudum vero ea desolata est. Xenodochium Sancti Spiritus, Huxariae obuium, hos quatuor mansos possedit. Quondam haec villa exstitit in diocesi Corbeiensis in saltu S. Spiritus, vulgo dicto *das heilige Geist-Holtz*, inter *Reheteich* et *Mittelborn* loca.
- (E) Magnus hic differendi campus pateret, si iusto copiosioribus nobis esse liberet. Cardinem rei hic verti in diplomate imperatoris Hlotharii, cuius iam supra §. 110. et 126. mentionem inieimus, quilibet facillime perspicit. Producemus

H h


ergo



Ab anno  
826 usque  
853 imperante  
Hludowico et

ergo illud ipsum Hlotharii imperatoris diploma ex autographo, nec hucusque euulgatum. Id sic habet:

**Q** In nomine dñi nostri Ihu Xpi dei aeterni, hlotarius diuina auxiliante prouidentia imperator augustus. oportet imperialem sublimitatem ut fidelium suorum iustis ac rationalibus petitionibus pietatis suae aurem accomodat et effectum concedat quatinus id faciendo eorum animos in suo semper reddat promptiores obsequio. idcirco omnium fidelium sc̄ae dei ecclesiae ac nostrorum praesentium uidelicet et futurorum comperiat magnitudo quia *esich* fidelis *comes* noster deprecatus clementiam nostram ut aliquantum ex rebus iuris nostri quibus ipse ordine praesidebat beneficiario ad proprium concederemus ac per preceptum nostrum traderemus. Cuius deprecationem ob suae fidelitatis deuotionem libenter aduentus hos excellentiae nostrae apices fieri decreuimus quibus iam dicto *esichoni* in *pago ribuariense* in *comitatu bunense* in uilla *castenicha* mansos octo ex beneficio suo cum omnibus pertinentiis eorum id est cum terris campis cultis et incultis uineis siluis pratibus pascuis aquis aquarumque decursibus exitibus et regressibus nec non et mancipiis utriusque sexus ad idem pertinentibus ad proprium tribuimus et de iure nro in ius ac dominationem ipsius perhenniter mansurum transfundimus ut faciat exinde potissima a nobis percepta licentia quidquid elegerit uel uoluerit sicut et de reliquis proprietatis suae rebus absque cuiuslibet potestatis contradictione uel repetitione seu qualibet refragatione Ita tamen ut nusquam a nostra discedat fidelitate sed immobiliter in nostris perseveret obsequiis absque aliqua tergiuersatione. Et ut haec nostrae largitionis auctoritas inuiolabilem obtineat firmitatem manu propria subter eam firmauimus et anuli nostri impressione adsignari iussimus.

Signum  hlotharii serenissimi augusti.

Remigiuf notarius ad uicem agilmari recognoui et *fff*

data XIII kl. ap̄l. anno Xpo propitio imperii domni hlotharii pii impris in italia XXIII & in francia IIII. indictione VI. actum aquigrani palatio regio in di nomine.

Sigillum exhibetur  
in Tab. II, n. 3.

Hoc diploma datum esse anno 844 iam supra §. 126. not. (o) demonstrauius. Atque exinde consequitur, *comitem Esich* tradidisse mansos, in uilla Castenica fitos, abbatiae Corbeiensi post annum 844. Hinc porro sequitur, omnes has traditiones, anno 844, recentiores esse seriusque peractas. Quodsi uero *Hludowicus imperator*, pater Hlotharii, anno 840 mense Augusto exspirauit, uti in *Historia* nostra *Corbeiensi* demonstraturi sumus; tunc eius filii, *Hlotharius* scilicet, *Hludowicus* et *Karolus*, anno 844, postquam de hereditate paterna diu digladiati erant, imperii facta partitione in firmam pacem ac concordiam reduci fuere, et *Hlothario* praeter Italiam Burgundia et Gallia Belgica fuit attributa, quidquid scilicet terrarum supra Mosam, inter Rhenum atque Scaldim interiacet: *Hludowicus* praeter Wormatiam, Moguntiam ac Spiram cessit omni Germania transhenana, nimirum Thuringia, Hassia, Saxonia, Frisia, et quidquid trans Albim ad Barbarorum fines protendebatur; *Karolo* autem adsignata fuit



imperator *hlotharius* per praeceptum tradidit in pago *riboariense* (F) in co-  
 gubernante  
 mitatu Corbe-  
 iam W<sub>2</sub>-  
 rino.

fuit Francia occidentalis, vetus scilicet Neustria, quantum nimirum ab oceano ad Mosam ac Scaldim, et inde ad Rhodanum atque Ararim, porrigitur; *Pipino* autem *Pipini* filio data fuit Aquitania: sic monarchia Francorum, quae vni *Karolo M.* eiusque filio *Hludowico* eo usque paruerat, quadripartito diuisa est in modum pessimi exempli. Non ponderarunt nati ex Ludeuico salutis publicae momenta, nec satis meminerunt, ea, quae in partes continuo minores diuiduntur, sponte sua in debilitatem aequae ac ruinam sublabi. Cum igitur *Corbeia* nostra neque *Hlothario* neque *Karolo*, neque *Pipino* paruerit, sed *Hludowico*, quippe qui salu- tabatur rex Franciae Orientalis, ad quam *Saxonia* et ideo *Corbeia* nostra quoque spectauit; nostrum est, annorum consignationem, ad marginem huiusmodi adpo- sitam, nunc mutare, atque hisce monitis, alterum imperatoris *Hlotharii* diploma etiam nondum editum, ex originum litteris adhaerere, quamuis iam supra dolue- rimus, acti et dati indicium fuisse abscissum, sigillumque esse fractum; attamen adfuisse id ipsum, apparet ex vestigiis. En illud:

**C** In nomine domini nostri Iesu Christi dei aeterni. hlotharius diuina ordinante prouidentia imperator augustus. si unius fidelis nostri iustam et rationabilem petitionem libenter implemus procul dubio reliquorum fide- lium nostrorum deuotionem erga nos promptiorem efficimus. quapropter omnium fidelium sanctae dei ecclesiae nostrorumque praesentium et futurorum nouerit uniuersitas quia *esich* uir illuster comes deprecatus est pietatem nostram ut res sibi in pago *riboariensi* in comitatu *bonnensi* in uilla *cheffenicha* a nostra munificentia adtributas quas ipse pro reme- dio animae eius ad monasterium in *saxonia* situm *corbeia* uocabulo quod est constructum in honore beati stephani protomartiris Christi dele- gauit per nostrae mansuetudinis praeceptum ibidem confirmaremus. cuius precibus libentissime annuentes hos excellentiae nostrae apices fieri statuimus per quos memoratas res una cum mancipiis inibi pertinen- tibus in praedicto pago et in iam dicta uilla consistentes ad praefatum monasterium *corbeiae* et ecclesiam sancti stephani confirmamus modif- que omnibus corroboremus quatenus sicuti a praescripto fidei comite nostro *esichoni* tradite delegate fuerunt ita pars eiusdem loci sancti deinceps absque cuiuspiam potestatis contradictione uel iniquitate teneat & possideat faciatque exinde quicquid utilitas dictauerit. Et ut haec nostrae confirmationis auctoritas inuiolabilem obtineat firmitatem de anulo no- stro subter iussimus sigillari.

Hrodmundus notarius ad uicem hilduini recognoui et sss.

*Hilduinus*, ad cuius uicem Hrodmundus notarius hoc diploma recognouit, vi- detur fuisse Hilduinus episcopus Verdunensis in Lotharingia, qui, teste *Bucelino* in *Germania sacra*, mortuus fuit anno 850 in octaua Epiphaniae, nominatus ab eo *uir de Galliarum rege longe meritissimus*. Ex eo probabiliter consequitur, hunc Verdunensem episcopum fuisse eo tempore *Hlotharii* imperatoris cancel- larium. Huic Hilduino decessor fortassis fuit *Agilmarus*, in priori diplomate memoratus. Vtunque autem id se habeat, uerisimile est, uetus diploma ante annum 850 esse datum, atque hoc anno ante iam *Esiconem* comitem hanc traditionem curauisse expediendam.

(F) *Pagum Ribuariensem* fuisse pagum maiorem, alios minores pagos comprehenden- De pago tem, in prouinciis Rhenum adiacentibus, inter eruditos constat. C. F. *Paulinus* Ribuari- Ribuari- in *Commentario de Pagis* p. 189, errore abductus, hunc pagum appellat *Ritba-* ensi, riensem, eumque distinguit a pago *Ripuario*. Res ipsa uero loquitur, *Riboa-* riensem pagum, prouinciam *Ripuariam*, et terram *Ripuariorum* unum idemque de- notare. Fuisse autem hunc pagum generalem, patet ex documento literario obuio in *G. G. Leibnitzii S. R. B. T. I.* p. 109. et *Lünigii Reichs Archivs Spicil. Eccles.* P. III. f. 692, ubi anno VI imperii *Hludowici* imperatoris *Sigihardus* in *pago Ruricgao* uilla *Fiselaco* particulam hereditatis suae tradidit ecclesiae in loco, qui



Ab anno 826 vsque 853 imperante Hludouico et

mitatu *bunnensi* (G) in uilla *castenica* (H) mansos VIII. cum omnibus per-

qui dicitur *Werthina* in pago *Ruricgao* in ducatu *Ripuariorum*, cui *Hildigrinus* et *Gerfridus* episcopi rectores praesidebant. In hoc documento ducatus pro pago maiori ponitur, quemadmodum patet ex *Actis S. Ludgeri l. c. Leibn.* p. 102, ubi, *Werthinensem* ecclesiam constructam esse, asseritur, in pago *Ripuariorum* super fluuio *Rura*. Vterque pagus *Ruricgao* in pago *Ripuariorum* ponitur: ita etiam in his traditionibus pagus *Bunnensis* ponitur in pago *Riboariensi*. Vnde citra omnem controuersiam sequitur, pagum *Riboariensem* fuisse pagum maiorem.

De comitatu *Bunnensi*. (G) *Comitatus Bunnensis* denotat sine vilo dubio pagum *Bunnungao*, cuius meminit *Chartularium Werthinense* T. I. Leibn. p. 111, ubi refertur, *Gundwinum* et *Adelboldum* vendidisse *Hildigrimo* episcopo cortilum vnum in *Bunnungao* pagi villa *Melenchem*, quae probabilissime circa urbem *Bonnam* in archiepiscopatu *Colonienfi* ad *Rhenum* est villa *Melheim*.

De villa *castenica*. (H) Villa *Castenica* est *Kestemich*, intra diocesin *Coloniensem* sita. Quam villam designat sequens diploma, quod ex autographo archiui *Corbeiensi* liber proferre, cum typhotheta *Görtingensis* in *Historia Munchhusiana* f. 11. seq. valde vitiosum illud exhibuerit. Id sic habet:

Conradus dei gratia scē colonien. ecclē archieps sacri imperii per ytaliam archicancell. Notum facimus uniuersis quod dilectus consanguineus nŕ abbas *Corbeyen.* venerabilis ad preces nŕas dilecto et consanguineo et fideli nŕo uiro nobili *Theodorico de Nuenlinburg* in feodo concessit unam carratam uini quam sibi assignauit recipiendam annuatim in uino sibi apud *Kestemich* crescente cum idem abbas uinum ipsum inde deduci faciet uersus *Corbeiam*. Si uero propter defectum uini contingeret familiam curtis in *Kestemich* redimere uinum ipsum a p̄dicto abbate pro certa aliqua pecunie quantitate p̄dictus *Theodoricus* tantum pecunie pro carrata uini p̄dicta recipiet quantum ipse abbas pro una recipiet carrata. p̄dictus uero *Theodoricus* promisit, quod ipsi abbati uina sua uersus *Corbeiam* deducenda conduceret de *Dufburgh* usq. *Munichusen*. In cuius rei testimonium prefens littera est nŕo p̄dictorum abbatis et *theodorici de Nuenlinburg.* nec non *adolphi de monte cōm. Iulii.* uirorum nobilium sigillis communita. Datum in castris apud *Salcicen* anno dñi M. CC. XLVII. VII. idus aprilis.

*Theodoricus de Nuenlinburg*, cui in his tabulis vna carrata uini e vinea apud *Kestemich* in feudo concessa ab abbate *Corbeiensi*, erat filius infelicissimi *Eritherici comitis de Isenberg*, de quo loquuntur tabulae sequentes haecenus nondum editae, quas ex originum litteris in archiui *Corbeiensi* exstantibus hic primum in publicum proferimus:

In nomine scē et indiuidue trinitatis. *Hermannus* dñi grā \* *Corbeiens.* abbas. Vniuersis harum presentiu inspectoŕib⁹ notum esse cupim⁹ quod duas uini carratas. quas comes *fritheric⁹* † *diel⁹ de Isenb⁹g* de nob⁹ \* dum uiu⁹ et \*\* in feodo tenuit. capitulo ecclēie nŕe ad ipsi⁹ p̄bendā ⁊ ulim⁹ nam et ille † de uino nob⁹ et capitulo communi. pri⁹ ipsi comiti p̄soluebantur. quas nunc ante diuisionem ipsius uini pincerna percipiet annuatim. Si u⁹ \* p̄fati comitis filios contingat easdem uini carratas euincere ipsi a nob⁹ quindecim marcas quas a p̄memorato capitulo propter eas recepim⁹ restituem⁹. aut duas alias uini carratas de nŕo p̄soluem⁹ eidem annuatim. Vt autem hoc factum nŕum firmū ac stabile consistat p̄sentē paginā sigilli nŕi appensione fecim⁹ communiri. Acta sunt hec

anno dñice incarnationis M. CC. XXVII. anno u⁹ p̄latōis † nŕe quinto. Testes hui⁹ rei sunt nobiles. *Conrad⁹ de boenboken.* *Adolfus de hosten* *Ame-*

\* dei gratia  
† frithericus  
\* nobis  
\*\* uiuere  
† ille i. e. illae scilicet carratae.  
\* uero

† praefationis.



pertinentiis eorum utpote cum terris campis cultis et incultis vineis siluif gubernante Corbeiam W<sup>2</sup> pratis pascuis aquis aquarumue decuribus exitibus et regressibus nec non et isti rino. mancipiis utriusque sexus ad idem pertinentibus. huic traditioni praesentes

*Amelungus de lippia. Ministeriales u<sup>o</sup> Arnold<sup>o</sup> marscale<sup>o</sup> Heinric<sup>o</sup> de serue. Gerhard<sup>o</sup>. Henric<sup>o</sup>. Barnim<sup>o</sup> et Guidolo fratres de stamme. Conrad<sup>o</sup> dapifer. Hermann<sup>o</sup> de nigenkercken Johann de Lutmersen Godesfrid<sup>o</sup> de Godelun Hermannus . . . Hermannus de Malsborg Frider. thulen alexander de Hundellen Henricus de Corbeia. et alii.*

Sigillum lectori sese offert  
in Tab. II. n. 4.

Iste *Fritbericus de Isenberg* fuerat aduocatus abbatiae *Essendensis*, quam pro De Enmore seculi ipse diu vexauerat. Monitus ergo ab *Engelberto*, archiepiscopo *Coloniensi*, ut compilata redderet atque a vexando desisteret. Cum vero archiepiscopus a *Fritberico* nihil impetraret, conuentum publicum *Susati* anno 1225 mensis nouembri indixit. Eodem *Fritbericum* euocauit. Sed eo in congressu, cum archiepiscopus causam *Essendensis* monasterii constanter ageret, comes de archiepiscopi acerbitate queri, et communicato consilio cum *Arnsbergensi*, *Tecklenburgico* aliisque comitibus coniurationis consilia in necem archiepiscopi agitare cepit. Soluta ergo *Susati* conuentu, in quo nihil confici poterat, archiepiscopus altero die in viam se dedit, *Swelmensem* ecclesiam in diocesi sua consecraturus; *Fritbericus* vero, ut conceptam animo destinationem eo sagacius tegeret, archiepiscopum abeuntem cum aula comitatu deducit et blando aliquandiu colloquio deuinctum comitatur, promittens ad haec, se *Engelberto* Norinbergae in comitiis imperii praesto futurum, ut omnis istae disceptatio, ipsum inter atque ecclesiam *Essendensem* coorta, principum iudicio componeretur, donec in angustias locumque insidiarum peruentum esset. Haec coniurati, signo dato, omnes vno impetu ac strictis gladiis in archiepiscopum inuolant, perfossoque eius latere, alius super alium ictus ingeminat, quibus adeo corpus *Engelberti* laceratum, ut vix locus vulneri amplius superesset. Refert ita rem fides *Annalium MSectorum in archiepis Corbeiensis*. Ad tantam facinoris acerbitatem vindicandam acceleratur cleri conuentus, moderante cateruam archiepiscopo *Treuirensi Theodorico*, delectusque XV nouembris *Bonnensis* praepositus *Henricus*, ex nobili *Mollenarckiorum* dynastiarum familia ortus, qui vix thronum archiepiscopalem conscenderat, cum, ad voces *Colonienfium*, vindictam poscentium, se vltorem fore, iuraret. *Colonia* ergo relicta, *Francofurtum* ad regis colloquium aduolans, corpus *Engelberti* duobus abbatibus deferendum commisit, illudque visendum obtulit Regi ac principibus. Turbatus fuit rex obtutu. Extinctum planxit archiepiscopum, proscriptionemque comitis *Fritberici*, in *Norinbergensi* conuentu promulgatam, renouauit, comitis damnati hereditariis bonis ad fiscum redactis, ac feudis ei abiudicatis. Ita etiam abbatia nostra *Corbeiensis* duos vini carros ex vinea, ad *Kestelnich* sita, quos dictus *Fritbericus* comes de *Isenberg* in feudo ab ea tenebat, recuperauit. Rem indicat vltimum diploma. Sed leuis haec erat calamitas. Grauiora mala *Fritbericum* comitem consecrabantur. *Henricus* enim *Mollenarckius Moguntiam* descendebat cum *Engelberti* corpore, vbi *Conradus*, sedis apostolicae legatus, *Fritbericum* comitem, et quotquot in societatem latrocinii venerant, anathemate percussit. Quam sacri fulminis sententiam per *Magdeburgensem*, *Treuirensis*, *Bremensem*, *Moguntinam* ac *Colonienfem* metropoles earumque dioceses promulgari ipse mandauit, cereis per omnia templa ad criminis detestationem per singulos dies dominicos extinctis. *Henricus* vero maximum copiarum delectum instituit, euocatis ad arma, quotquot aut foedere (inter quos et *Corbeiensis* abbatia erat) aut iure clientelari *Colonienfem* ecclesiam obnoxii erant. Postquam magnus exercitus ad *Rhenum* erat collectus, itum id ad castra *Fritberici* expugnanda, quae funditus euerfa et solo aequata, oppida vero et villa ferro *Stammae* deuastata sunt. *Fritbericus* autem, ex quo vagus proscriptusque se *Remam*



Ab anno  
826 vsque  
853 im-  
perante  
Hludo-  
uico et

isti testes fuerunt *marfcale* (I) reinold helmdac horid et alii XVI. igitur ne huius traditionis aliquid imperfectum remaneret iussit praedictus *esic comes* illarum rerum fieri consignationem et manus uestituram (K) per homines suos

De ob-  
dione  
oppidi  
Saltzko-  
ten.

cum fratribus *Conrado Mindensi*, *Theodorico Monasteriensi* atque *Engelberto Osna-brugensi episcopis* contulerat, purgaturus et peroraturus causam suam in tribunali Romano. Cum illic patrocinii nihil reperisset, *Leodium* venit, ubi, a *Balduino* milite de *Geness* agnitus, inuitatusque ad hospitium, inter *Leodium* et *Hutum* capitur, ac festo S. Martini captivus *Coloniā* adducitur, XVIII. kal. decembris a. 1226 extra urbem ducitur vinculus, et in monticulo ante portam *Seuerini* in terram deicitur a carnificibus, quibus singula membra frangenda obtulit. Brachia eius, crura, et dorsum sexdecim ictibus contusa sunt. Ictus hos tam patienti animo comes pertulit, ut nec gemitu nec voce signa doloris ederet. Laceratum corpus funibus in aeneam rotam, in qua vsque ad matutinas preces ipse viuis haesit, protractum fuit. Nihil aliud a populi circumfusi multitudine petiit, nisi ut supremum numen precibus suis ipsi propitium redderet. Quae eius vox iniustata omnium commiseratione excepta fuit. *Vxor Fritherici* nostri, *Margaretha*, haud multo post fuit subita morte extincta, repertumque eius cor continuo doloris pulsu ita attenuatum, ut fabae vix magnitudinem excederet. Erat autem illa *Margaretha* soror *Henrici*, ducis *Limburgici*, qui *Theodorici*, nepotis sui ex sorore, tutelam suscepit. Quoniam paternae arces destructae erant, nouum is *Theodorico* castrum ad *Lenam* fluvium in *Westfalia* intra comitatum *Marcanum* construxit, idque *Linburg*, seu *Nuenlinburg*, vti satis distincte in diplomate allato appellatur, nominauit. Omnes vero recentiores historici fabulati sunt, *Henricum* ducem de *Limburg* castro nouo a ducatu suo *Limburgico* nomen indidisse, atque *Limburgum* appellasse, rati. *Linburg* vero denotat nihil aliud, nisi castrum, ad *Linam* fluvium situm. Sator autem fuit *Theodoricus* ille, de *Nuenlinburg* dictus, stirpis comitum de *Limburg* et *Bronchorst* in *Styrum* nec non dominorum de *Wisch*, *Borkeloë* et *Gehmen*, adhuc florentium. Inter haec memoratu dignum esse censemus, diploma *Conradi* archiepiscopi *Coloniensis* datum esse ad annum 1247. VII. idus Aprilis in castris apud *Saleicen*. Quemadmodum enim ex eo contra *Rittershusium* sequi videtur, *Gerhardum Montensem* et *Iuliacensem comitem*, patrem *Adolfi*, qui has litteras sigillo instruxit iam ante annum 1247 esse mortuum: ita data occasione recordamur quoque belli, quod eo tempore inter *Simonem* episcopum *Paderbornensem* et *Coloniensem* archiepiscopum exarsit, cui impliciti quoque erant, vti ex hoc diplomate patet, et *Nuenlinburgensis* et *Montensis* comites. *Simon* nempe episcopus *Paderbornensis* oppidum suae diocesis, hodie *Saltzkoten* dictum, fossis, vallibus, et muris cinxerat, translatis in illud tribus adiacentibus villis *Habringhusen*, *Vilbusen* atque *Hohenrod*. Quoniam vero archiepiscopus in finibus ducatus *Westfaliae*, quem ex *Henrici Leonis* patrimonio eius decessores acquisierant, munitiones, sine consensu suo exstructas, pati nolebat, ideoque oppidum *Saltzkoten*, a *Simone* episcopo praemunitum, euertere iussit, quod eo tempore eo facilius factum erat, quod *Fridericus caesar*, omissa Germaniae cura, in Italia tumultuaretur, victusque a federatis Longobardiae populis in Apuliam ad captanda oria ac ad fruendum deliciis discesserat, licet simul imperium *Conradum* inter et *Henricum* regem intestinis bellis discerneretur. Cum igitur episcopus *Simon* munitionem diruere nollet, archiepiscopus prope *Westfalia* totam conciuit in arma. Vt vero potentiores principes facile debilioribus pares sunt opprimendis, ita episcopus archiepiscopo locum tradere, atque ad destruendam munitionem coactus est. Sic nec vola nec vestigium munimenti vilius refedit. Sopita est lis ad VIII. idus Aprilis 1247 arbitris *Otone Monasteriensi* electo, atque *abbate Corbeiensi Hermanno*, qui sigilla sua compositionum litteris adunxerunt.

(I) *Marfcale* an nomen est viri? an dignitatis? Si posterius, an Reinold ille *Marfcal*-  
cus fuit et cuius?

(K) Attende ad ritum Germanorum antiquissimum.



suos (L) ita uocatos gherlo et offo unde isti sunt testes adalbert ghunteri dano harduin redger et alii VIII.

gubernante Corbeiam Wario.

## §. 134.

Tradidit baddo pro anima filii sui uuendilag quidquid habuit in *algeresbus* (M) testes abbi bern thanco alfine nithard maynhard.

## §. 135.

Tradidit abbi pro remedio animae matris suae quidquid habuit in *heppium* (N) testes baddo bern barno tanco alfine nithard maynhard.

## §. 136.

Tradidit *redhard* pro anima fratris sui *billing* (O) in *cogharden* (P) in campis et filiis quidquid habuit sicut testis eisulf horid brunold et octo alii.

## §. 137.

Tradidit bunico pro remedio animae thiadbern in *pago ambergo* in uilla *upstedi* (Q) quidquid ipse thiadbern ibi possederat testes sicutbold uuido friduuuard maynric auen et alii VII.

## §. 138.

(L) Insigniores comites iam tempore Carolingidarum suos habuisse ministeriales, ex hoc loco patet.

De ministerialibus comitum tempore Carolingorum.

(M) *Algeresbus* erat, testante Registro nostro, in *pago Ittergoë*. Intelligimus ergo, designari per hanc villam vicum *Alleringhausen* in principatu Waldeccensi eiusque praefectura Eisenberg.

De villa Algeresbus.

(N) *Heppium* villam itidem Registrum nostrum refert ad pagum *Ittergoë*. Cum vero in eodem principatu Waldeccensi eademque in praefectura Eisenberg ad fluuium dictum *die Aar* inueniatur vicus *Eppen*, Eschenbeck inter et Schleidern situs, eundem vicum significari arbitramur. Addita fuit littera H ex more istius seculi. Probabilissime idem vicus liberis Baronibus de Eppen, in castro Reckenberg ad riuum dictum die Orche in principatu Waldeccensi habitantibus, qui praestantissima feuda tenent ab ecclesia Corbeiensi, cognomen conciliauit. Ex villae illius situ iam supra §. 104. not. (I) collegimus, *Abbium* seu *Abbonem*, qui in eadem villa *Heppio*, quidquid habuit, donauit, ad familiam Widekindeam spectasse. An vero *Baddo* (§. 134.) frater eius seu consanguineus fuerit, incompertum mihi est. Illud videtur probabilissimum, binas has traditiones, §. 134. et 135. recensitas, vno die fuisse peractas, quia *Baddo* eosdem testes, quos *Abbi*, adhibuit.

De villa Heppium.

(O) De *Billingo* eiusque fratre *Redhardo*, ad stemma Billinganum pertinentibus, vide supra §. 104. not. (W). *Redhardi* vero nomen videtur illud Rudrati. *Billing* ergo noster non potest esse Billunc, in *Tradit. Fuldens.* occurrens. Rudratus enim mortuus erat ante *Billingum*. Noster itaque *Billingus* est nominandus tertius.

De Billing.

(P) *Cogharden* villa erat in *pago Wikanauelde*, testante nostro Registro. Denotatur *Kaier*, locus Principatus Wolferbuttelani, filiae Hils in praefectura Grenensi adiacens.

(Q) *Pagum Ambergo* fuisse in episcopatu Hildesiensi, et quidem in regione praefecturae Bindelagensis et Woldenbergensis, certum est, et ex hoc loco potest demonstrari. Nomen eadem regio usque in hodiernum diem retinuit ita, ut etiam eius tractus rustici se colonos in *dem Ommergau* et *Ommerthal* adpellent. Nomen

De pago Ambergo.



Ab anno  
866 usque  
853 im-  
perante  
Hludo-  
uico et

§. 138.

Tradidit arnulf quiddam habuit in *billurbeki* (R) tam in terris et siluis pascuis aquarumque decursibus quam etiam latos iudem incolentes. testef ecbert hrodbert anulo thesilo et alii V.

§. 139.

men eidem pago hæsisse ab Ambronibus vel Angariis, iam definire non licet. Originatio videtur exorta ex situ ad montem, *amberge*, siquidem a silua Harz exoritur ac Nette amnis sequitur decursum. Nulla prorsus verosimilitudine dicitur hic pagus *Halsala* seu *Halsala* fuisse adpellatus, licet b. *Lauensteinius* sibi ita persuasisset in *Historia Hildesensis* p. 18, ideo censoria animaduersione notatus a Doctis Lipsiensibus in *Novis Eruditorum Actis* mensis Martio 1741 p. 157. Diploma enim, cuius interuentu anno 1001 castellum Dalehem, situm in pago *Halsala* siue *Ambergan*, vti legit *Schatenius* in *Annal. Paderb.* P. I. p. 357. seu vti legit *Eccardus* in *Hist. Gen.* p. 296. in pago *Halsala* siue *Ambergau*, Otto III donasse creditur *Hildeneshemensi* præfati Bernwardo, sine vlllo dubio supposititium est, vti iam agnouerat *Harenbergius* in *Vindiciis* §. 59. p. 37. Hinc risum tenebunt amici, si in *Lauensteinii Historia Episcopatus Hildesensis vindicata* p. 23. viderint, *Lauensteinium* se *Harenbergii* opinione, ab ipso *Harenbergio* dudum refutata, iuisse vindicatum, ac præterea *Harenbergio* ibi multis sarcasticis questionibus, errantium propriis, insultasse. Egregia et perbella ratio hæc est se suaque defendendi, eisque sua de meliori nota commendandi, qui amant ampullas et sesquipedalia verba. *Upsedi* villa pridem dicitur *Upsed*, locus in episcopatus *Hildesensis* præfectura *Woldenberg* vix itinere vnus horæ ab oppido *Bokelen* septentrionem versus, dimidium vero horæ a castro *Woldenberg* occidentem versus disiunctus, non procul a vico *Nette* conspicuus. Eadem autem hæc villa *Upsedi* est alibi villa *Upsede*, quam tempore *Otonis M.* atque *Otwinii* episcopi *Hildesensis* incolebat *Macco*, ecclesie *Hildesensis* aduocatus. Qui cum probabilissime inter progenitores comitum *Woldenbergensium* sit referendus, *Thiadbern*, qui possessor fuit bonorum, in eadem villa traditorum ecclesie *Corbeiensis*, ad eandem familiam spectasse fortassis videtur. De *Macone* confer *Translationem S. Epiphani in Hildesheim* Tom. I. S. R. B. *Leibniti* f. 259. Vt vero tandem ostendamus, pagum *Ambergo* nomen non accepisse a fluuio *Ambra*, vulgo dicto *die Emmer*, (qui in episcopatu *Paderbornensi* alluit oppida *Steimen* et *Lüde*, et tandem se exonerat in *Vifurgim*.) vti *C. F. Paulinius* arbitratus est in *Commentario de Pagis* p. 8. sed conspicuum fuisse in episcopatu *Hildesensi*; iam supra eo sine produximus (§. 53.) *Astenbecki* et (§. 119.) *Hricon* villas, per quas designari intelleximus *Astenbeck* et *Rehne*, vicus ad fluuium, dictum *die Innerste*, in præfectura *Woldenbergensi*, et (§. 127.) *Riudiun* et *Riudianam marcum*, quæ erant vicus *Rüden*, et regio, circa *Rüden* intra præfecturam *Bilderlah* obuia. His ex Registro nostro addimus villam *Selide*, per quam significari intelligimus vicum *Sehlem* ad radices montis *Heinberg* et ad fluuium, dictum *die Innerste*, in præfectura *Woldenberg*, situm, qui in noua charta geographica episcopatus *Hildesensis* doctissimi domini *Arenholdi* ex errore chalcographi appellatur *Schlade*. Hunc vero vicum noscere et probe discernere necessum est a *Sehlen*, vico in eiusdem episcopatus *Hildesensis* præfectura *Winzenburg*. Hanc differentiam locorum exploravi, cum anno 1741 mense decembri in fluuio *Innerste* ad molam prioris *Selem*, vbi transitus est, cum vxore et liberis de vita periclitarer. Accedunt autem his villis alie ex aliis litterariis documentis. Huc refer villam *Pateleche*, quam *Lauensteinius* cum *Grupenio* in *Discept. Forens.* p. 550. pro *Bidelah* venditat. Idem olim senserat *Harenbergius*, docens postea, ex quo litteras feudales *Wallmodiorum* inspexerat, villam *Pedel* haud procul ab oppido *Sesen*, versus montes *Herciniae* ad meridiem inter villas desolatæ *Saxonie* nostræ recensendam esse. Eodem refer locum *Daleheim*, in *Bidelah* præfectura episcopatus *Hildesensis* situm, *Königsdahlen* vulgo dictum, et denique *Schufam*, prædium, et *Schufaburgum*, oppidi *Sesen* castrum in principatu *Wolferbutteleni*. *La* est locus stagnatione abundans aquarum. Ad flumen *Nette* existit olim eiusmodi stagnatio lacusque. Inde nomina traxerunt loca *Engela* et *Bidemla*.

De villa  
Billur-  
beki.

(R) De villa *Billurbeki* vide supra §. 127. not. (f) vnam enim eandemque hanc villam esse, ex nostro patet Registro.



§. 139. Renouatio traditionis quam fecit Otto de propria hereditate in pago *Hafugo* (S) nam ne unquam obliuione obliteretur iterum alia uice eam gubernante Corbeiam Warino.

(S) Vinculum huic loco esse cum §. 36, res ipsa loquitur. Quodsi igitur ibidem e testibus iam collegimus, per pagum *Hafugo* designari pagum *Hafego* vel *Hofgo* we. Frequentissima est litterae A et E inter se permutatio. Persisto adhuc eadem in sententia, per illum pagum indicari *Hefsi* Pagum, a me nondum, ut credam, impetrare possum. Nam *Hefsi* pagus, tam Franconicus quam Saxonicus, nunquam appellatur *Hafugo*, sed *Hefsi* seu *Hafsi*. Quam ob causam ratio videtur esse ficulna, quam ex hoc §. 139. instituit celeberrimus doctissimusque Grupenius in *Orig. Pyrmont.* p. 148. seq. perhibens, in pago *Hefsi* Saxonico legem Saxoniam fuisse in usu. Quamuis enim rem ipsam in dubium reuocare nequeamus, quia pagus *Hefsi* Saxonicus in Angaria fuit, atque, in marca *Sturmethi*, eidem fere contigua, legem Saxoniam adhibitam fuisse ac viguisse deprehendimus; ex hoc tamen loco comprobari non posse Ill. Grupenii sententiam arbitramur, siquidem pagus *Hafugo* nullus alius fuit, nisi pagus *Hofgo*we, inter Salam, *Wiperam*, atque *Unstrut* fluuios situs. Ad terras uelque episcopatus *Halberstadensis* eundem pagum *Hafego*we procurrisse, indicat diploma foundationis episcopatus *Halberstadensis* *Hludowici* pii in *J. C. Lunigs Reichs Archiv Spic. Eccles.* P. II. im *Anhang* p. 15. In confinio *Merlapurac* seu *Merseburgi* eundem pagum *Hafagoi* existisse, ex diplomate *Otonis* I, quod correctum exhibuit eruditissimus D. Dan. Eberh. Baringius in *Clauis Diplom.* p. 21, in propatulo est. Limites huius pagi *Hofgo*we designantur in diplomate erectionis archiepiscopatus *Magdeburgici* *Tom. I. S. R. G. Meibomi* p. 732. fluuii *Salla*, *Willerbeck*, et *Wipper*. Hinc *Herm. Conringius* in libro de *Antiquo Helmstadii statu* p. 75. pagum *Hofgo*we non recte distinxit a pago *Hafingau*, quem ab arce *Hessen*, cui vicus adiacet in Principatu *Wolferbuttelensi*, ab urbe *Wolferbutela* duo milliaria distans, nomen accepisse haud secus ac *Meibomius* perhibet. Nam circa arcem *Hessen* pagus *Derlingi* obuius erat. Pagus uero *Hofgo*we ab *Hafagoi*, seu, ut in his traditionibus appellatur, *Hafugo* non est discernendus. Id ipsum adprobant bona, quae *Oto* in pago *Hafugo* donauit ecclesiae *Corbeien*si, quippe quae fuerunt marca *Mimileu* et *Meginrichsdorf*, quas abbatia nostra omnino possedit usque ad tempus *Otonis* II. Anno enim 980 permutationem fuisse factam inter *Liudolfum* abbatem *Corbeien*sem et Imperatorem illum, quantum ad haec bona attinet, testatur diploma, quod ex autographi litteris, in *Archiuo Corbeien*si extantibus, exhibemus. In hoc citra dubitationem omnem per *Mimileu* designatur *Memleben*, adiecta *Unstruto* fluuio, in qua *Otto* M. vltimum spiritum pie creatori vniuersitatis rerum tradidit anno 973, testante *Widekindo* nostro *Annal. Lib. III.* p. 662. Ante eum pater eius *Heinricus* auceps anno 936 ibidem diem obierat supremum. En diploma:

C In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Otto diuina fauente clementia imperator augustus. omnibus fidei Christianae religiosi cultoribus ac regiae imperiali excellentiae magnitudinem fide debita iure honorantibus astantibus et futuris adhibiti scripti per subiectionem pateat qualiter nos et fidelem nostrum *Liudolfum* uidelicet *corbeien*sis *ecclesie* abbatem condecuit quoddam concambium de praediis nostris ob locorum oportunitatem inter nos facere. dedit igitur praefatus *Liudolfus* uenerabilis abbas ex ratione suae abbatiae per manum aduocati sui *Liudolfi* dual *marcas* *meirinrichsdorf* et *mimileu* dictas in pago *hafegouue* et in comitatu *sigefridi* comitis sitas cum omnibus rebus illuc rite pertinentibus in mancipiis utriusque sexus aedificiis areis agris pratis campis pascuis siluis cunctisque aliis appendiciis quae dici possunt nobis ob nostram petitionem firmiter in proprium atque ad integrum a suo iure et ecclesiae suae in nonum et quod uoto placeat nostro inde agendum redegit. e contra autem in recompensatione huius traditionis abbati praedicto et ecclesiae sibi commissae de portione nonae proprietatis per manum aduocati noni *Liudgeri* dedimus quidquid uisi sumus habere in



Ab anno 867 usque 853 imperante Hludouico et

tradidit ad reliquias s<sup>c</sup>i stephani et mox in praesenti domno abbati uuarino con-

uillis budineueldon brungeringhuson lellibeche rebon corbechi et in halgebuson dictis in pago nibibersē et in comitatu asichonis comitis sitis cum omnibus utensilibus illuc iure aspicientibus mancipiis utriusque sexus aedificiis arcibus agris pratis campis pascuis siluis aquis cunctisque aliis pertinentiis quae dici adhuc aliquo modo aut nominari possunt atque hoc a nōro iure in ecclesiae superius dictae et abbatis antefati liudolfi successorumque illius potestatem perpetualiter ibi standum omnino redegitur et imperiali dominatione ad integrum tradidimus. sed quia praescriptus abbas nōrae uotum petitionis sequendo hanc mutuo inter nos factam commutationem comprobauit propter suam dilectionem adiecimus ut ipse suiq. successores in praefatis deinceps locis quietem habeant atq. ut nullus comes uel iudiciaria persona hanc tranquillitatem uiolare praesumat hoc nōro imperii praecepto firmiter interdiximus ut autem huius concambii utrimq. facti traditio per futura de hinc tempora stabilius habeatur hoc nōrae dominationis praeceptum inde conscriptum sigilli nōri impressione signari iussimus manuq. propria ut infra uidetur corroborauimus.

Signum



domni ottonis inuictissimi imperatoris augusti

Hildiboldus ep<sup>s</sup> et cancellarius ad uicem uilligisi archicapellani recognoui et sss

Data XVII. kl. oct. anno dominicae incarnationis DCCCCLXXX indict. VII. anno uero regni s<sup>c</sup>edi ottonis XX imperii autem XIII. actum Uualahufon sel. amen.

Monogramma Ottonem indicat quartum, non secundum. Aut itaque illud est recentioris manus artificium, aut diploma ipsum laborat.

De villis, intra pagum *Nithersē* in hoc diplomate obuiis, iam supra exposuimus §. 86. not. (n.) Poterit autem primo ex hoc diplomate, ut hoc obiter mentionemus, refutari *Ditmarus* episcopus *Merseburgensis*, qui in *Chron. Lib. III. p. 341.* refert, *Ottonem II. piae genetricis suae instinctu Mimileue, ubi pater eius obierit, iusto acquisuisse concambio decimas, quae ad Heresfeld pertinuerint, et congregatis ibi monachis, liberam fecisse abbatiam datis ei rebus necessariis.* Scribere enim *Ditmarus*, non *Heresfeldam*, sed *Corbeiam* debuisset. Deinde uero incertum est, pagum *Hafugo* nomen ab *Hafis* seu *Hofis* accepisse. Et denique anni regni *Otonis II.* numerandi sunt in nostro diplomate a die coronationis eius, *Wormatiae* factae anno 950, ut fit in *Fastis Corbeiensibus MS&is*, diuerso tempore scriptis, et, ut ex litteris apparet, haud vnis. Id uidetur obseruandum contra omnes, qui hucusque de illius coronatione scripserunt, illam in annum 961 reuocantes, ad quam uero peragendam *Otto I.* permotus morbo, in quem anno 960 incidit, ut *Widkindus* noster *Annal. Lib. III. p. 659.* annotauit, adductus fuit. Postea quam enim *Otto* ex hoc morbo conualuerat, filioque suo coronam curarat imponendam, *Romam* anno 961 statuit proficisci et in *Longobardiam* contendere cogitauit.



consignauit iussit et manus uestituram et inde fecit secundum morem *saxonicae legis* (T) cum terrae cespice et uiridi ramo arboris quam hereditatem uice beneficii (U) postmodum a praedicto abbate ipse recepit et uxor sua possidendam quam diu quis eorum uixerit testes enno liuthi uoleger uffed uual et alii XXVI.

## §. 140.

*Thuring comes* (V) ut traditionem propriae hereditatis quam olim fecerat renouatione certificaret per omnia ita se peregrisse sicut supra notum est in sua traditione confessus est palam coram his testibus liuthard houlf hered ualldhard heinric et aliis XI.

## §. 141.

Tradidit *hadoldus* pro anima patris sui *eilbert* iurnales XXX et locum statuendi domum in *grimilesbusen* (W) testes reginoldus uuichger fidac.

## §. 142.

Tradidit *alfric* pro anima fratris sui *obtrit* (X) mansum unum in *falbasus* (Y) testes addasta hemmic theodger beuo.

## §. 143.

(T) *Lex Saxonica*, quae in pago *Hafugo* fuit in usu, indicio nobis esse poterit, pagum De Lege *Hafugo* ad Saxoniam nostram olim pertinuisse, ita tamen, ut *Mimileuu* in Thu. Saxonica, ringiae et Saxoniae confiniis extiterit, quia *Mimileuu* in allato diplomate nominatur marca seu limes. *Sigefridus* ergo, in cuius comitatu obuia anno 980 haec marca erat, sine ullo dubio comes, et fortassis marchio, in eadem marca fuit. Videtur is fuisse filius *Thiamari III*, fraterque *Haddonis V*, marchionis orientalis, de cuius prosapia egimus supra §. 104. not. (c) quod aliis perquirendum relinquimus. Legem Saxoniam, cum *Widekindus* noster *Annal. Lib. I. p. 634.* eam diligenter descriptam inueniri referat, quod hic publice significandum esse duximus, latere prodimus in archiuo Corbeiensi. Codicem membranaceum praestantissimum ac optima prorsus notae, qui forma quarta legem Saxoniam complectitur, ibi perlustrari, quem *Widekindus* noster inter ceteros uidetur indicasse. Hoc enim fatendum est, eundem codicem aetati *Widekindi* esse supparem. Dignus est ergo, qui edatur.

(U) Id est, feudi.

(V) De *Thuringo* comite, in villis *Chirsfenbruege* et *Nienthorpe*, quidquid habuit, De comite *Thuringo*, donante, vide supra §. 42. 47. 65.

(W) *Grimilesbusen* villa erat, testante *Registro* nostro, in pago *Hessi* sita. De pago *Hessi* tam Saxonico quam Franconico egimus supra §. 33. not. (v). Sine dubio *Grimilesbusen* hic intelligitur designari Saxonico. *Grimilesbusen* enim est *Grimmelsen* ad *hufen*. *Dimolam*, vno milliari distans ab oppido *Warborg* in episcopatu *Paderbornensi*. De *Hadoldo*, filio *Eilberti*, vide supra §. 104. not. (n).

(X) *Alfricum* cum fratre *Obtrit* supra §. 104. not. (††) et (u) ad stemma *Widekindi* De *Alfrico* retulimus, et, quantum coniectura auguramur, eosdem fuisse filios *Widekindi* Magni, credimus. *Alfrici* vero coniugem extinxisse *Eillogam*, et *Tettam*, abbatissam *Herifordensem*, *Alfrici* filiam fuisse statuimus, permoti ad hanc sententiam partim nomine, quod in stirpe *Widekindi* saepius recurrit, partim donis, quae ipsae tradiderunt, quaeque in pagis *Nethga*, *Hessi*, *Almunga* et *Pathergo* posita erant. Bona enim, in pago *Pathergo* sita, ut sine dubio villo ad *Widekindi* posteris spectarunt, ita bona, in pagis *Hessi* et *Nethga* obuia, indicio esse videntur, feminae *Eillog* originem stirpi *Brunonianae* fuisse innexam.

(Y) Villa *Falbasus* erat in pago *Nithega*, seu *Nethga*, iam vero desolata est. Exstitit De villa vero olim in loco adhuc dicto *das Valbuser feld* inter oppidum *Peckelsen* et *Ger-Falbasus*, den monasterium, in episcopatu *Paderbornensi* situm.



Ab anno  
826 vsque  
853 im-  
perante  
Hudo-  
uico et

## §. 143.

Tradidit *folclog* (Z) mansum dominicatum cum omnibus ad eum pertinentibus in pago *marstem* (a) in uilla nuncupante *fohanreder* testes aibert radmer adaluart albmer et alii sex.

## §. 144.

Tradidit ecgio quidquid habuit in *cogbarden* (b) testes marcodo comef eisulf adalold aldmer byda et alii V.

## §. 145.

Tradidit ade quidquid habuit in *bochem* (c) testes reinheri thiadheri gherheri.

## §. 146.

Tradidit *alfric* in *odburgun* (d) mansum unum cum familia eundem mansum excolente testes hunuard ricbert emmino,

## §. 147.

De Folc-  
loga.

(Z) *Folcloga* sine vilo dubio abbatis nostri Warini fratria erat. Infra enim §. 231. eius vir appellatur *Beuo*, qui citra controuersiam est saepe nominatus *Beuo* comes, pater *Beuonis*, atque auus *Bouonis*, abbatis Corbeiensis, gubernantis abbatiam nostram tempore Ottonis caesaris, ut infra videbimus. Hanc autem *Folclog* ex stirpe Widekindi Magni, cuius probabiliter neptis fuit, oriundam fuisse, ex illis, quae hoc loco donat, colligere licet bonis, in pago *Mersem* sitis. In eodem pago, et in eadem villa nepos eius ex fratre, *Wibertus*, (§. 337.) monasterio nostro quaedam donauit. In eodem pago eius pronepotes atque abnepotes praedia sua habuere, immo malla seu iudicia sua exercuerunt, ut iam supra §. 104. not (u) demonstraui. Unde probabilissimum est, hanc *Folclog* ad stemma Widekindum spectasse. Et quis credere potest, *Beuonem* comitem, ducis Ecberti filium, aliam feminam, quam ex stirpe quadam illustri oriundam, in matrimonium duxisse? Talis sine dubio vilo stirps *Widekindi M.* fuit.

De pago  
Marstem.

(a) Pagus *Marstem* ex mente *Casp. Abelii* in *Antiquit. Saxon.* p. 318. a fluuio Innerste nomen accepit, atque in episcopatu Hildesensi inueniendus est. Sed, falli Abelium, eruditum iam pridem agnouere. Illustris *Gruberus* P. I. der *Zeit und Gesch. Besch. der Stadt Göttingen* pag. 25. hunc pagum in praefectura Calenberg et Blumenau fixit; *D. Grupenius* autem in praefectura Calenberg et Coldingen in Principatu Hannoverano, in *Discept. Forens.* p. 544. collocauit. Adprobant id ipsum villae, quae huic pago in documentis litterariis tribuuntur. Haec vero sunt 1) *Lindart*, *Linderte*: 2) *Lembere*, *Limmer* ante portas urbis Hanouerae: 3) *Patibus* et *Pattenbusen*, oppidum *Pattenfen*: 4) *Runebergen*, *Ronnenberg* vno milliari ab vrbe Hanouera distans: 5) *Tratbe*, villa desolata in praefectura Coldingen prope Coldingam, quam cum Ill. *Grupenio* distinguendam esse censent a villa *Drothe* in pago *Astfalo* in praefectura *Tammonis*: 6) *Havingebusen*, *Herenhausen*: 7) *Bauenstide*, fortassis *Bavenstedt* in praefectura *Steuerswald* in episcopatu Hildesensi: 8) *Walersode*: 9) *Euerdissem*: 10) *Nitelrede*: 11) *Kobbingbusen*: 12) *Herdere*: 13) *Liuktungun*: 14) *Munulo* seu *Mandelslo*: 15) *Fohanreder*, aliaeque, de quibus infra pluribus.

(b) *Cogbarden* erat in pago *Wikanauelde*, hodie dicitur *Kater* in praefectura *Grene* prope vicum *Dellissen* ad siluam *Hils*. Patroni parochiae sunt *Generosissimi* *Krammii*, in *Sampleben* praedium equestre habentes.

De villa  
Bochem.

(c) *Bochem* villa erat sita in pago *Nithega* seu *Nitherfi*, nunc *Buken* in episcopatu *Paderbornensi*, haud procul a *Driborg* et *Swaney*.

De villa  
Odbur-  
gun.

(d) Supra (§. 142.) *Alfricus* quaedam tradiderat in villa *Falhafus* in pago *Nithega*. Iam quaedam addit ex eodem pago in villa *Odburgun*, quae villa *Otbergen* est in diocesi Corbeiensi, vno milliari a nostra Corbeia distans occidentem versus. Nee multo longius abest a villa desolata *Falhafus*. Quomodo vero bona haec in manus domini, e stirpe *Widekindae* orti, peruenerint, diximus ad §. 142. paullo ante.



## §. 147.

Tradidit liutheri pro anima patris sui et matris suae quidquid habuit in *tuistai* (e) testes uolauer auo cutuman et alii III.

gubernante Corbeiam Warino.

## §. 148.

(c) *Tuistai* villa erat, testante Registro nostro, in pago Hessi Saxonico. Eam ob causam sine dubio illo intelligendus est vicus *Twiste* in principatus Waldeccensis praefectura Arolfen ad fluuium, dictum die *Twiste*. In eadem villa *Twiste* feuda quaedam ab ecclesia Corbeienfi anno 1348. susceperunt Conradus de Virmyne et Ambrosius de Norderbike, quae resignauerat Ludolfus de Horhusf, testantibus litteris, obuiis in archiuo Corbeienfi. Mansisse autem aliquid iuris nobilibus dominis de Horhusen in villa *Twiste*, adprobant sequentes tabulae, quas ex protographis litteris eiusdem archiuu in lucem emittimus. En eas:

Nos olricus de horhusen miles. vniuersis ad quos pntes lre \* pue- \* praesen-  
nerint cupim<sup>9</sup> fore notum publice ptestando quod de pleno <sup>tes litte-</sup> sensu  
Johannis nri filii et frederici quondam Conradi de Horhusf nri fratris  
filii bone memorie et oim nro<sup>9</sup>. † heredum bona voluntate vendidim<sup>9</sup> † nostro-  
et in pntib<sup>9</sup> vendim<sup>9</sup> vna marcā pensionis denaz. \* in Wartberg vsua-  
liu honorabilib<sup>9</sup> viris et religiosis dno pposito et conuentui mon. † orum  
montis marteñ. de nra curia in *twissene* sita quam ad presens Henric<sup>9</sup> de † mona-  
Weden colit singulis annis in festo bti michahelis per dictum colo-  
nu seu aliu vel alios quis vel qui dcam \* curiam coluerint vel se de \* dictam  
ea intromiserint semp pmo † et principaliter atequa \* nobis dno olri-  
co vel nris heredib<sup>9</sup> quidquam datum fuerit de curia eidem antedictis <sup>quam</sup>  
dnis dno pposito et uetui p dco scilicet mon. montis Mart. dandam  
quiete ac hereditarie habendam pacifice et in ppetuum possidendam ac  
expedite miniftrandam nra uel nro<sup>9</sup>. heredum oim reclamacione non ob-  
stante. Volentes dce pensionis cum Johanne et frederico p dcs ac quibus-  
cunq. aliis nris heredib<sup>9</sup> antedictis dnis dno ppto et conuentui montis  
mart. veram et legitimā p stare et facere warandiam quandocunq. quo-  
tienscunq. et ubicunq. ab ipis fuerim<sup>9</sup> requisiti put ipis pmisim<sup>9</sup> et fide  
data pmittim<sup>9</sup> in hiis scriptis. In quoru testimonium sigill. nr. dni olrici de  
horhusen militis una cum sigillis Johannis nri filii et frederici nri pa-  
trui p dco<sup>9</sup>. pntib<sup>9</sup> est appensum et nos Johannes et frederic<sup>9</sup> famili dci  
de Horhusen quia ad omnia pmissa nrum plenu adhibuim<sup>9</sup> sensum nra  
sigilla pntib<sup>9</sup> duxim<sup>9</sup> apponenda. Datu anno dni millesimo tricentesi-  
mo quinquagesimo pmo. . . . . dominica, qua cantabatur oculi.

In eadem villa *Twisne* constituendi comitem liberum, qui vulgari nomine *Frigraue* nominabatur, licentiam dederat Theodorico Corbeienfi abbati Carolus IV Romanorum semper Augustus et Bohemia rex, testante eiusdem caesaris diplomate ad annum 1349, quod infra adducere volumus. Heic eiusdem imperatoris diploma, nondum editum, inserere reliquis monumentis volupe est. In eo comitem liberum abbatiae nostrae, in villa *Twisne* iura dicturum, Carolus IV confirmauit hunc in modum:

Wyr *Karl* van Godes Gnaden Romischer Keygser tzo allen Zyden Mehrer des Riches und Conig tho Behem bekennen offenlichen an dusen Bryveh wan der ehrwerdighe *Henrich Bischoff tzo Paderborn* unfer lieber Fürste unde anechtigher van des Stiffes wegen van *Corbey* uns ghebeden hat; datz wyr *Henrich* ghenannt *Mymicken* tzo eynen fryen Graben zetzen wollen an dem *Vrych gherichte* unde *Stole tho Horhusf* unde watz dar tho gehort. unde wan wyr befunden haben noch guder Underwysinge das derselbe *Henrich Mynike* dar tzo wol dog unde werdig ist, so han wyr unfer ehe genanten Forsten Bede gehort unde han denselben *Henrich* mit vorbedachten Mote unde van unfer Keygserlicher Macht tho *Horhusen* unde waz dar zho gehoret dem Stiffe tzo *Corbey* tzo *Twisne* tzo *Dorpede* und tzo *Westhem* tzo fryen



Ab anno  
826 usque  
853 im-  
perante  
Hludo-  
uico et

§. 148.

Tradidit gheruard in *wuringreshus* (f) iurnales V testef uolcrie ad-  
dic daguelp et alii quatuor.

§. 149.

fryen Graven gesetzt, also das he daselben richten unde alle die Sake  
doen moge die ein fry Grave van rechte edder van Gewondheit don  
mag und sal ane alle Hindernisse. Myt ohrkund ys dit versiegelt myt  
unserem kleinen hangenden Inghesegele. Gegeben zu Pym nach  
Christus Gheborn drytzenhundert Jar darnach in dem ver unde fezt-  
geften Jare an Dynstige in der Oster wochen unfer richte in dem acht-  
zenden und des Keyserlichen in dem tzenden Jare.

Post hæc Johannes de Horhusen, habitans in *Twiste*, resignauit anno 1440  
bona quedam feudalia in *Twiste*, quæ rursus Wernher de Sunrike in feudum  
accipit, testante diplomate archiui Corbeiensis, quod eam ob causam monere vo-  
luimus, ut constet, quomodo Ludouicus Landgrauus Hassiæ illa bona feudalia  
acquiritur. Sequentes enim illam docent rationem litterar. En illas:

Wir *Ludewig* von Gotis Gnaden *Landgrau*e zu *Hessen* bekennen  
vor uns und unse Erbin uffintlich in diesem Brieffe vor allen Luten  
als wir *Wernher von Sunrich* und *Guscon* seiner elichen Huftrauwen abe-  
gekauft han die *Kemenaden* und den *Amphthof* zu *Twisten* myt irer  
ztubehoringe die danne von den würdigen abete und Stifte zu *Corbey*  
zu lehin gehin und daz capitel zu *Corbey* uns auch solich kauft gewil-  
liget und zu gelassen hayn doch myt solich onderscheide das sie die  
gên. kemenaden und den amphthof von uns adir unsen erbin losen und  
wiederumb kauffen mogen vor eilffhundert gute Rinsche Gulden nach  
Innhalte und uswifinge des Brieffs den sie uns dar ubir gegeben han.  
Also bekennen wir nu das wir adir unfer erbin solich kemnathen und  
Amphthof myt sinen ztubehoringen dem Stifte zu *Corbey* wiederumb zu  
losen und zu kauffe gebin woln vor die egên. Summen Geldes doch also  
war wir daranne virbuwet und auch Gulde Renthe adir Ztintze dar zu ge-  
horende geloft und an uns bracht hetten das sie uns und unsen erbin  
solich gelt myt de houbt Summen usrichten und berzaln und auch den  
auch den kauff nymande zu gude thun dann in selbs und myt irem  
eigen gelde und wan sie den Wederkauff also theden so soln doch die  
Kemnade und Amphthoff zu *twisten* uns und unfer erbin uffen sin und  
bliben uns dar us und darinne zu behelffen wider aller melich alles  
ane geuerde. als auch daz Stiff zu *Corbey* nemlich die Probestie zu  
*Corbey* die probestie zum *Berghe* und die Kosterie zu *Corbey* etliche  
gulde und gerechteikeide haben us Huben Landen und molen daselbs  
zu *twisten* was sie der bussher da gehabt und noch in ihrem besitthun-  
gen und weren haben da bie soln und woln wir und unse erbin sie  
auch lasen und sie daran nicht hindern noch drangen. alles sunder ge-  
uerde und ane argelift des zu urkunde han wir unfer Ingesegel heran-  
nen thun hencken. Gebin uf mantagh nach sant pauwls tage conuer-  
sion. anno dñi millesimo cccc. quinquagesimo.

Sigillum lectori sese offert  
in Tab. II, n. 5.

Quibus omnibus addendum est, iam serenissimos principes, de *Waldeck* co-  
gnominatos, iisdem bonis scilicet *mit den frey Stubl und freyen Amthofe* zu *Twiste*  
ab ecclesia Corbeiensi infeudari. De quo negotio agendum est in *Clientela Cor-  
beiensi*. Hæc autem loco speciminis adducere uoluimus, ut constet, quomodo  
res plurium in his traditionibus obuiorum bonorum comparata sit.

De villa  
Wuring-  
reshus.

(f) *Wuringreshus* villa erat in pago *Hessi*. designatur *Wirminghusen* in præfectura *A-  
rollen* intra principatum *Waldecensem*. An *Gherwardus*, qui hæc tradidit, fra-  
ter



§. 149.

Cupiens aeterna temporalibus mutari et caducis super mensura acquirere tradidit *hadwy* mente deuotissima (g) ad reliquias fci protomartyris stephani nec non et fci uiti martyris pro redemptione uidelicet animae uiri sui *amalung* atque filiorum suorum *bennid* et *amalung* (h) quidquid habuit in *uweredun* (i) et in *upwueredun* (k) et

guber-  
nante  
Corbe-  
iam Wa-  
rino.

ter seu consanguineus fuerit Liutheri, qui in villa Tuistai §. 147. quaedam tradiderat, atque hi ambo inter progenitores nobilium dominorum de Horohufen referendi sint, id nunc quidem in medio relinquimus. Illud inficiandum non est, Horohufanos Nobiles inter antiquissimos nostrae Saxoniae esse numerandos.

- (g) Attende animum ad titulum insignem, quo salutatur *Hadwy* soror abbatis Corbeiensis *Warini*. Blanda haec uerba scriptor particulae huius codicis nostri dare potuit ad captandam abbatis sui *Warini* gratiam. Sed hoc mimine probabile. Id potius nobis uerisimilius uidetur, eo iam tempore *Hadwynam* tori conforte orbatam, et ipsam *Warini* nostri sororem, ut ab auctore coartaneo *Translationis S. Pufinae T. I. S. R. B. Leibn.* p. 182. appellatur, cogitasse, qua ratione vitam suam inter sacratas uirgines Herifordensis collegii transigeret. Indicari uero hoc loco sororem *Warini* et filiam ducis *Eberti* atque *Idae*, negari nequit, quia supra §. 125. *Cobbo* filius *Eberti* ducis atque abbatis *Warini* frater, eodem auctore teste l. c. auunculus *Amalungi* nominatur. Qui *Amalungus* hic filius *Amalungi* et *Hadwyne* nuncupatur. Dignissima haec sunt bona, ut considerentur accuratissime, quae *Hadwy* monasterio Corbeiensis hic donauit. Singulae enim uillae traditae non procul absunt a celebratissimo Saxonum castro *Brunonisburgo*, quod ad familiam *Ebertinam* seu *Ludolfinam* olim relatae esse, ex hoc etiam loco rectissime uidetur colligi posse. Sine dubio enim *Weredun* et reliquae uillae ad hereditatem *Hadwy*, filiae *Eberti* ducis, spectarunt. Ideoque eadem *Hadwy* ius ac potestatem habebat easdem uillas dandi monasterio nostro. Et quia locus Huexori situs in pago Auga, in quo Corbeia nostra erat, sine ullo dubio ad castrum *Brunonisburgum* quoque pertinuit, hinc ius *aduocatae Corbeiensis* etiam *Luidolfo* duci eiusque posteris cessit. Porro adde, quod *Adalardus* senior eiusque frater *Wala* fuerint fratres *Idae* ducis, ut iam supra demonstrauimus. Credimus itaque, *Adalardo* fratrique necessitudines fuisse in Saxoniam, et inde cogitationem de condenda apud Saxones noua Corbeia profluxisse.
- (h) Obserua ex his primo affinitatem familiae *Billinganae* cum illustrissima stirpe ducis *Eberti*, qui erat affinitate Carolo M. regi Francorum coniunctus. Porro admirare imprudenciam historicorum quorundam, qui *Hermanni* ducis Saxoniae patrem *Billingum* non erubuerunt diuitem rusticum Principatus *Luneburgici* appellare. Sane haec nugae, quae in ore omnium nondum euanescere, iam uero iclu corrumpunt. Nomen accepisse uidetur *Bennid*, *Amalungi* filius, a patruo suo *Bennitho* comite Saxoniae, qui patre *Amalungo* natus fuit, qui a Carolo M. noualia quaedam in *Buchonia* accepit, teste diplomate iam supra §. 104. not. (w) adducto, *Amalungo* autem fuisse a patre atque auo eiusdem nominis nomen inditum uidetur. Sator uero huius familiae *Amelungus* fuerit opulentissimus quidam dominus tempore Caroli M. oportet. Quamobrem huic stirpi in magnis deliciis fuisse apparet nomen istud eiusque monumentum. Fortassis ab uno horum *Amelungorum* uicis *Amelickhusen* in Principatu *Luneburgico* nomen traxit. Ab *Amelungo* autem, filio ipsius *Hadwy*, *Amelungeshem* in abbacia Corbeiensis, haud procul a uico *Weredun*, aedificata uidetur fuisse. Ab ea uilla post haec quidam ministeriales Corbeiensis, domini de *Amelungessen*, appellati fuere.
- (i) *Weredun* uilla hodie dicitur *Werden*, iacetque ad fluminis *Wiseræ* ripam, uix itinere dimidiae horae a castro *Brunonisburgo* in diocesi Corbeiensis disiuncta.
- (k) *Upwueredun* uilla desolata est, sita non procul a dicto uico *Werden*, e regione quidem castri *Brunonisburgi*, at sub radicibus montis *Wildborg*, ita appellati a castro *Wildborg*, quod quondam super montem istum exstitit, iam uero etiam desolatum est, paucis rudibus exceptis.

De uilla  
Weredun.

De uilla  
Upweredun.



Ab anno  
867 usque  
853 im-  
perante  
Hilodo-  
uico et

et in *beuerungun* (l) cum omnibus pertinentiis eorum id est cum terris cultis et incultis siluis pratis pasuis aquis aquarumue decursibus exitibus et regressibus nec non et mancipiis utriusque sexus ad eadem loca pertinentibus huic traditioni praesentes affuerunt hi *bardo comes thiandger comes marchodo comes ecbert* adalold eyulf horid cado et alii LVII omnes autem huic traditioni praesentes fuere LXXV.

## §. 150.

Tradidit hildlec et thiadbert in *falobus* (m) mansum unum cum filiis et pasuis testes habent horic uolchard uoohrid baddo et alii XI.

## §. 151.

Tradidit abbe pro anima uiri sui in *dungun* (n) . . . . . testes iidem qui supra.

## §. 152.

Tradidit adalbold pro remedio animae matris suae suuanahild quidquid habuit in *budinesfeldun* (o) in *amriki* (p) testes ghiki uuulfrid folker maynhard bernulf et alii decem.

## §. 153.

De villa  
Beuerungun-  
gen.

(l) *Beuerungun* hodie appellatur *Beuerungun*, atque oppidulum est ad fluvium Visurgis ripam, vix iter dimidiae horae a vico distans Werden. Olim spectauit locus ad iura principis Corbeiensis. Nunc vero refertur partim ad Corbeiensem abbatem, partim ad episcopum Paderbornensem. Iacent autem haec tria loca quasi in triangulo, atque olim erant, testante Registro nostro, in pago *Nerga*. Ipsa villis Godeleuesheim et Rehon, quae eodem in pago fuere, circumcluduntur.

De villa  
Falobus.

(m) *Falobus* villa erat in pago *Nitbega*, iam desolata, olim in episcopatu Paderbornensi haud procul a Gerden vico sita.

De villa  
Dungun.

(n) *Dungun* villa olim sita erat in pago *Auga*, dudum vero euersa, obuia in territorio Corbeiensi inter Lebendorf et Furstenauiam, vno milliari a nostra Corbeia distantem. *Abbe*, quae haec tradidit pro viro suo, videtur domina fuisse vel *Witmanni* comitis, vel *Herimanni* vxor, de quibus vide §. 148. et 93.

De villa  
Budines-  
feldun.

(o) De villa *Budinesfeld* in pago *Logne* intra principatum Gottingensem vide supra §. 33. not. (u). Sed non est extra omnem dubitationem positum, eandem villam *Bodensfeld* ad Wiseram hic designari. Quia enim, testante diplomate supra §. 139. allato, etiam villa quaedam *Budinesfeldon* fuit in pago *Nitberse*, quae villa desolata est non procul a vico Driborg in episcopatu Paderbornensi, vti iam supra diximus §. 87. perhibere quis posset, eundem vicum *Benvilte* hic indicari, quia certum est, pagum *Nitberse* seu *Nethga* ad Angariam pertinuisse. Quare delige, vtra placuerit. Mihi inter haec probabilissimum videtur, denotari *Bodensfelde* ad Wiseram, quae villa olim erat in pago *Logne*.

De An-  
garia ve-  
teri.

(p) *Amriki* videtur nomen corruptum. Non enim potuit propter pallorem, a veritate exortum, clare et distincte legi. Videtur substituenda vox *Angri* vel *Angeri*. Videtur scriptor codicis nostri indicare voluisse, villam *Budinesfeldun* in pago *Logne* vel *Nitberse*. Sciendum enim est, nostram antiquam Saxoniam olim diuisam fuisse in tres partes seu prouincias maiores, scilicet in *Saxoniam orientalem*, *Westfaliam*, atque *Angariam*, testante Widekindo nostro in *Annal.* Lib. I. p. 634. his verbis: *Geni Saxonum triformi genere ac lege prater conditionem seruilem diuiditur. A tribus etiam principibus totius gentis ducatus administrabatur, certis terminis exercitus congregandi potestate contentis, quos suis locis ac vocabulis nouimus signatos, in orientales scilicet populos, ANGARIOS atque WESTFALOS. Si autem vniuersale bellum ingrueret, sorte eligitur, cui omnes obedire oporteat, ad administrandum imminens bellum. Quo peractio aequo iure ac propria potestate vnus-* quis-



quisque contentus vivebat. Nominatur autem Westfalia interdum quoque Saxo-  
*nia occidentalis*; vtraque vero Saxonia tam orientalis quam occidentalis flumine  
 Wisera quasi determinabatur. Nominabantur illi itaque *Westfali*, qui Rhenum  
 inter ac Visurgim confederant. *Angaria* autem in media vtriusque *Saxonia*, tam  
 occidentalis quam orientalis, parte interiacebat. Hinc id loco erroris est de-  
 purandum, quod defunctus a. 1746 Lauensteinius, quondam Hildesensium ad  
 S. Michaelis ac tandem ad S. Iacobi animarum parochialium pastor, in *Historia*  
*Episcopatus Hildesensis* p. 12. seq. denuo recoxit, ratus, *Angariam* ad *Westfaliam*  
 duntaxat relaram fuisse. Ipse eam ob causam merito a doctis Lipsiensibus fuit  
 castigatus. Quamvis vero Lauensteinius ad chartas geographicas antiquas Ger-  
 maniae prouocauerit, nemo tamen non videt, illis in hisce antiquioribus geogra-  
 phiae momenti nullam inesse vim, nullum pondus. Vetustiora diplomata hic  
 omne ferunt punctum. Sitam autem fuisse *Angariam* rum cis, tum trans Vi-  
 surgim, docent diplomata nostra Corbeiensia. Ipsam Corbeiam trans Visurgim  
 fuisse in *Angaria*, patet exinde, quod illa ponitur modo intra pagum *Angri*,  
 modo in pago *Auga*. Pagus *Angri* sine vilo dubio denotat pagum maiorem seu  
 generalem; pagus vero *Auga* designat pagum specialem. Est ad manus diploma quod-  
 dam praestantissimum, nunquam antea editum atque in *Historia* Corbeiensis eden-  
 dum, cuius clausula haec est: *Actum Corbeia secundum leger Angeriorum*. Pa-  
 gum porro Suilbergi cis Visurgim in comitatu Dasselienfi fuisse in *orientali Saxo-*  
*nia* atque in *Angaria* situm, diploma quoddam ineditum clare demonstrat. Ad-  
 dimus, pagum praeterea Logni cis Wiseram in principatu Göttingensi fuisse An-  
 gariae partem. Adprobabimus sequenti diplomate imperatoris Hludouici,  
 quod ex autographo accurate in lucem producimus, id, quod veritati congruere  
 modo contendebarum. En illud:

**C**In nomine domini dñi et saluatoris nri ihu Xpi hludouicus diuina  
 repropitiante clementia impri augustus. si liberalitatis nostrae munere  
 de beneficiis a dō nobis conlatis locis dō dicatis quiddam conferimus  
 id nobis et ad mortalem uitam feliciter transigendam et ad aeternam  
 perpetualiter obtinendam profuturum liquido credimus. Id circo no-  
 notum fieri uolumus oīū fidelium nostrorum tam praesentium quam  
 futurorum solertiae quia complacuit serenitati nostrae quasdam uil-  
 las iuris nostri sitas in *angrariis* in *logni* quarum uocabula sunt *subichi*  
 et *hemlion* monasterio quod dicitur noua *Corbeia* ubi praesenti tempo-  
 re uuerinus uenerabilis abba pastor et rector esse dinoscitur sub inte-  
 gritate per hanc nostram auctoritatem delegare ut nostris et successo-  
 rum nostrorum temporibus in ditione eiusdem monasterii perpetualiter  
 consistant ad stipendia monachorum inibi constitutorum et necessi-  
 tates eiusdem monasterii procurandas atque subleuandas. has ut dixi-  
 mus uillas sub integritate cum omnibus rebus appendiciis et terminis  
 suis et cum omnibus rebus ad se pertinentibus id est domibus ceteris-  
 que aedificiis terris pratis siluis campis pascuis aquis aquarumque decur-  
 sibus cultis locis et incultis mobilibus rebus ac se ipsas mouentibus  
 mancipiis diuersi sexus et aetatis praedicto monasterio concedimus atq.  
 confirmamus ut ab hac die in futurum sicut dictum est in iure ac po-  
 testate ipsius perpetuo permaneant absque cuiuslibet comitis uel pu-  
 blici iudicis aut cuiuslibet personae contradictione uel refragatione.  
 et ut haec nostrae donationis atq. concessionis auctoritas inuiolabilem  
 et inconuulsam obtineat firmitatem manu propria subter eam firmaui-  
 mus et anuli nostri impressione adsignari iussimus.

signum **P<sup>o</sup> S** hludouici serenissimi imperatoris

Hirminmarus notarius ad uicem theogonis recognoui et ff

Kk

data



Ab anno  
826 vsque  
853 im-  
perante  
Hludo-  
uico et

§. 153.

Tradidit folker quidquid habuit in *riudium* (q) testef folcbold bernulf bant heio ailbern et alii XVII.

§. 154.

Tradidit fini in *sulbeke* (r) mansum unum testef odulf erluni erlulf adalold et alii tres.

§. 155.

Tradidit *jda mente deuotissima* (f) ad reliquias sc̄orum martyrum stephani et uiti ref proprietatis suae quas sibi dominus imperator hludouuicus

data idus mai anno Xpo propitio XXI imperii domni hludouuici piissimi augusti indictione XII actum aquisgrani palatio regio in d̄i nomine feliciter amen.

Sigillum exhibuimus  
Tab. II. n. 6.

Cum itaque supra §. 33. villa *Budinifeld* in pago Logne collocetur, hoc autem loco in Angeri, nulla ex eo repugnantia se prodit. Nam indicatur prouincia maior per Angariam. Supra autem pagus specialis, qui pagus Logni erat, memorabatur.

De villa  
Riudium.

(q) De villa *Riudium* in pago *Ambergo* vide supra §. 127. not. (u). De *Folkero* porro, qui tradidit in hac villa, quidquid habuit, vide §. 104. not. (††).

De villa  
Sulbeke.

(r) *Sulbeke* villa distinguenda est a *Sulbichi* villa, quae in allato diplomate Hludouuici ponitur in pago *Logni*. *Sulbeke* enim quaedam erat, testante nostro Registro, in pago *Auga*. Est autem villa *Sulbeke* dudum derelicta, quondam sita inter oppidum *Holzminden*, et vicum *Luchteringen* in territorio Corbeienfi. conf. infra §. 257.

De Ida  
ducissa.

(f) Cum *Ida mentis deuotissima* femina appelletur; probabilissimum est, hoc esse exinde profectum, quod gratificari uoluit abbati suo Warino huius loci scriptor, non quidem ut adularetur illum, sed tantum ut indicaret, qua gauderet matre reuerendus praesul. Docent enim Acta Idae ducissae Tom. I. Leibn. p. 171. sqq. ab Uffingo, monacho Werthinensi, conscripta, illam reuera valde deuotam, quin immo inter sanctas numeratam, *Idam* fuisse vxorem ducis *Ecberti*, ac matrem *Bouonis*, *Cobbonis* ac *Luidolfi*, comitum, itemque *Warini* abbatis Corbeienfis, atque *Hadwy* abbatissae, ut iam supra §. 104. not. (n) diximus. Nihil ergo restat, nisi ut demonstremus quoque, eandem *Idam* oriundam fuisse e stirpe potentum Franciae regum, ac filiam fuisse *Bernhardi*, fratris regis *Pipini*. Hoc autem eam ob causam ostendamus necesse est, quia scimus, doctos viros plerumque hic abire passim in contrariam sententiam. Leibniti putauit T. I. S. R. B. in *Introduct.* num. 9. patrem *Idae* ducissae fuisse vel *Nebelungum*, Matriacensem comitem, e *Childebrando* natum, quem Caroli Martelli fratrem *Fredegarius* fuisse suspicatur, vel *Theodoricum*, magnae apud Carolum Magnum auctoritatis, et *Ripuarii* praefectum, qui, ut infra ostendimus, *Westfalis* proximi erant. Quia autem haec tantum doctae Leibniti erant coniecturae, in coniecturis autem nunquam non quodam metu agitamur, verentes, ne res aliter se habeat; igitur *Nic. Hier. Gundlingius* in Libro de *Henrico Aucepe* p. 6. seq. arbitratus fuit, *Idam* Caroli Magni fuisse neptem ex filia *Berta* natam, quae *Berta Angilberti* coniugio fuerit copulata, eique *Harnidum* et *Nithardum* pepererit, ipso *Nithardo* teste. Sed saepius mirati sumus, viros doctissimos atque acutissimos non uidisse, *Idam* Caroli M. neptem, ex filia *Berta* natam, esse non potuisse, eo quod *Chronologia* repugnat.



pugnât. Atque, ut hoc palam fiat omnibus, adducenda sunt primo ipsa Eginhardi verba ex Vita Caroli M. f. 138. ubi hæc scripsit: *Karolus post mortem patris (Pipini) cum fratre (Karolomanno) regnum partitus, tanta patientia multates et inuidiam eius tulit, ut omnibus mirum videretur, quod ne ad iracundiam quidem ab eo prouocari potuisset.* Deinde cum maris (Bertradae) hortatu filiam Desiderii, regis Langobardorum, duxisset uxorem, incertum, qua de causa, post annum repudiavit, et Hildegardim de gente Sueuorum, praeipuae nobilitatis feminam, in matrimonium accepit, de qua tres filios Karolum videlicet Pipinum et Ludouicum, totidemque filias Rotrudim, Bertam et Gislam genuit. Habuit et filias tres, Theodradam, Hildrudim et Rotbaidem; duas de Fastrada uxore, qua de orientalium Francorum Germanorum videlicet gente erat: tertiam de concubina quadam, cuius nomen modo memorie non occurrit. Defuncta Fastrada, Luidgardam Alamannam duxit, de qua nihil liberorum tulit. Post cuius mortem quatuor habuit concubinas, Mathalgardim scilicet, qua peperit ei filiam nomine Rotbildim: Gersuindam Saxonici generis, de qua ei filia nomine Adeldrudis nata est: et Regnam, qua ei Drogenem et Hugum genuit, et Adelluidam, ex qua Theoderichum procreauit. Ex his Eginhardi verbis patet, matrem Berta fuisse Hildegardim. Cum hac Hildegarde Carolus ante annum 773 matrimonium contrahere non potuit. Duxisse enim Carolum regis Desiderii filiam anno 770, Annales Francorum Fuldenses Tom. I. Freheri referunt. Si itaque repudiavit eam post annum, Hildegardim Carolus rursus anno 773 in tori foedus expetere potuit. Ponamus ergo, ex Hildgarde esse natum Karolum anno 774, Pipinum anno 775, Ludouicum anno 776, Rotradim anno 777, Bertam anno 778, et Gislam anno 779; Bertamque Angilberto nupsisse anno ætatis suæ XIV. Hac ratione coniugium inter eos contractum esse anno 792, nemo vnus videt et intelligit. Eodem vero anno nubere potuisse Bertam Angilberto, pernegamus strenue. Hoc enim pugnat cum verbis Eginhardi, qui nullam Caroli M. filiam, patre adhuc superstiti, matrimonium contraxisse refert in Vita Caroli M. f. 139. his verbis: *Filiæ (Karoli) cum pulcherrime essent, mirum quod nullam earum cuiquam aut suorum, aut exterorum, nuptum dare voluit: sed omnes secum usque ad obitum suum in domo sua retinuit: dicens se earum contubernio carere non posse: ac propter hoc licet alias felix, aduersæ fortune malignitatem expertus est: quod tamen ita dissimulauit, ac si de eis nunquam alicuius probri suspicio orta vel dispersa fuisset.* Cum itaque Carolus Magnus demum anno 814 die XXVIII. Januarii mortuus sit, eodem Eginhardo teste, Angilbertus Bertam anno 814 in tori foedus accipere, atque Ida ducissa e matris vtero excludi potuisset anno 815. Si capropter rursus ponamus, Idam anno ætatis suæ XIV. thalamum mariti conscendisse; exinde consequeretur, Ecbertum ducentem Idam in tori accepisse sociam anno 829. Eo autem iam anno Warinus, Ecberti et Idæ filius, abbatiam Corbeiensem gubernauerat per tres annos, et Carolus Magnus iam dudum e vita exierat, qui vero adhuc viuens matrimonium Ecberti cum Ida procurauerat, uti Acta Idæ ducissæ testantur p. 172. Et quamuis Nithardus scripserit, se esse cum fratre Harnido filium Angelberti ac Bertæ filia Caroli M. non tamen addidit, suam quoque sororem fuisse Idam ducissam. Quoniam ergo fundamento fretus eruditissimus Hildeheimensium olim coryphæus, medicinae doctor, Conradus Bertholdus Behrens in dem Hochgemüßigten Schreiben iam supra laudatus scripserit p. 6: Gundlingium demonstasse, Idam ducissam Caroli M. ex Bertæ fuisse neptem, ego prorsus non perspicio.

Io. Ge. ab Eccard in Notis ad Vitam Hathumoda Abbatisse p. 30. perhibet, Idam nostram fuisse filiam Theodorici et neptem Bernardi fratris Pipini regis Francorum. Duxisse enim, addit, Theodoricum filiam illius Bernardi Theodradam, ratus, Theodoricum istum fuisse Ripuariorum præfectum seu comitem et Caroli M. propinquum; Bernardum autem affirmat duxisse in matrimonium filiam quandam Adolphi, qui Widekindi Magni a secretis, ac pater Walderici et Dedde seu Theodorici fuerit illius, qui anno 743 claruerit; Waldericum vero fuisse patrem Theodradi monachi Corbeienfis, et Deddam patrem Walgeri, fundatoris abbatie Herifordensis, censet. Ipse, hanc suam sententiam adprobari posse, arbitratur Eccardus, ex Translatione S. Viti, quæ Tom. II. Scriptorum Historiæ Francorum f. 344. seqq. et Tom. I. S. R. G. Meibomii f. 763. seqq. reperitur, itemque ex Wigandi Vita B. Walgeri, quam C. F. Paulinus edidit in Commentario suo de pagis p. 281. seqq. Sed tam Translationem S. Viti, quam Vitam



Ab anno  
826 vique  
853 im-  
perante  
Hludo-  
uico et

B. Walgeri scripta esse supposititia, et ad corroborandas veritates historicas minime apta, euincam in Historia Corbeiensis. Quemadmodum ergo, *Walgerum* filium fuisse *Theodoric*, ac fundatorem monasterii Herifordensis, omnino negamus: ita *Adolfus*, qui tempore *Caroli Martelli* vixerit oportet, *Widekindi Magni* probabilissime anno 737 nati, a secretis esse non potuit. Quoniam ergo fundamento quibusque de causis statui queat, eundem *Adolfum* fuisse patrem *Theodoric*, qui anno 743 in *Annal. Rerum Francorum* p. 144. Saxonum primarius appellatur, nullus non perspicit. Pater *Walgeri*, vti ex his Traditionibus apparet, tempore *Hludouici pii* floruit, et, si sequimur probabiliora, fuit *Herimannus* filius *Widekindi Magni*. Cumque idem *Walgerus* tempore *Hludouici I* et *II* bona quaedam tradiderit monasterio nostro Corbeiensis, in pago *Thiatmelli* sita, restantibus §. 129. et 190, magnum et impudens mendacium est, quod *Wigandus* p. 287. perhibet, *Walgerum*, patre et matre orbatum, iam tempore *Caroli M.* omnem hereditatem suam ecclesie *Herifordensi* tradidisse.

Quis ergo tandem, quæris, pater fuit *Ida* ducisse? Respondemus ad hæc iure nostro. Pater eius fuit *Bernhardus*, frater *Pipini* regis Francorum. Hic si pater dicens est *Ida* ducisse, necessario quoque *Idam* appellari oportet sororem *Adalardi*, *Walonis*, *Bernbarii*, *Gundrade* ac *Theodrade*. Hisce enim liberis gauisum esse *Bernhardum*, id est, quod iam erit euincendum. Producimus itaque primo loco testimonium grauissimum *Paschaſii Raberti*, qui in *Actis Sanctorum Bolandi et Henschenii* mens. Januar. p. 97. *Adalardum* (abbatem Corbeiensem) nominat regali prosapia *Pipini M.* regis nepotem et *Caroli consobrini* *augusti*. Idem p. 102. indicat, *Walam* et *Bernarium monachum Corbeiensem* fuisse *Adalardi fratres*, et *Gundradam* eius sororem exstitisse. Idem addit ibidem, *Theodradam*, eiusdem *Adalardi* sororem, *Suessione sanctimonialium vitam* rexisse. Si itaque *Adalardus* fuit *Caroli Magni* consobrini, et *Pipini* regis nepos, pater eius fuerit oportet vel *Carolomannus* vel *Griſo* vel *Bernbartus*. Ex his autem fuisse patrem *Adalardi* et *Wala*, *Bernbartum*, docet deinde *Eginhardus*, qui in *Annal. Rerum Francor.* inter alia ad a. 812. p. 164. ita dixerit: *imperator (Carolus) generali conuentu Aquis solenniter habito Bernbartum, filium Pipini, nepotem in Italiam misit propter samam classis, qua de Africa et Hispania ad vastandam Italiam venit; WALLONEM, FILIUM BERNHARTI patruelis sui, id est, patruis, secum esse iussit, quousque rerum euentus securitatem nostris afferret.* Hunc autem *Wallonem* fuisse fratrem *Adalardi*, *Hludouicus* imperator in diplomate fundationis monasterii Corbeiensis proficitur, vbi *Walonem* nominat *germanum Adalardi*. Huic consentit auctor *Translationis S. Pusinne*, qui Tom. I. S. R. B. Leibnit. p. 182. *Adalbardum* et *Walam fratres*, nuncupat *consobrinos Caroli, imperatoris augusti*. Fuisse autem denique *Idam* ducissam sororem *Adalardi* et *Walonis*, iam demonstraui supra, verbis *Translationis S. Pusinne* §. 29. not. (1) productis, e quibus patet, *Hadwidam*, abbatissam *Herifordensem* fuisse neptem *Adalardi* et *Walonis*, vtpote ex eorum sorore *Ida* genitam.

Non est, ita clamitas, non est profecto. Vocabulum enim *horum* in verbis loco laudato adductis, referendum est ad *Warinum* eiusque fratres, nam horum neptis fuit *Hadwi* abbatissa. Cum itaque *Erdmannus* in *Chronica Osnabrug. T. II Meibomii* p. 200. seq. indicet, fuisse quandam abbatissam *Herifordensem*, cuius nomen non addit, sororem comitis *Cobbonis* tempore *Hludouici pii*; imperante vero *Hludouico I.* abbatissa *Herifordensis* fuerit *Addila*, *Addila* illa ipsa fuit filia *Echerti* ducis atque *Ida*, et mater abbatissæ *Herifordensis Hadwi*. Frater ergo *Hadwidis* abbatissæ constituendus est comes *Cobbo junior*, qui cum sorore sua *Hadwi* *Carolo Caluo* tertio quartoue generationis gradu coniunctus erat, vti auctor *Translationis S. Pusinne* ibidem asserit. Stare ergo tua sententia non poterit, cum tot viri eruditissimi atque illustres statuerint, *Addilam* et non *Hadwidam* filiam fuisse *Ida* ducissæ.

Sed hæc tu frustra. Quod vt palam fiat omnibus, primum nonnihil præmonere debemus, ne quis cogitet, me ad mea duntaxat admiranda esse aptum natum, cum tot viris illustribus assensum præbere non sustineam. Nullo enim nouaturiendi pruritu, nulla reprehendendi, vel alios affligendi, libidine, sed solo amore veritatis, ad hæc et cetera scribenda me ferri, publice profiteor. Quæcunque enim a viris egregiis egregie dicta sunt, ea vbi que amplector, vbi que exofculor, eaque adamo, quamdiu spiritus et vita hos rexerit artus. Docendum est deinde, id quod *Erdmannus*, seculi XV. scriptor, blaterat in rebus seculi IX. sine



sine vlllo testimonio scriptoris vetusti et coartanei, fide esse indignum. At finge, gubernante Corbeiam Warino. *Erdmannum* vera prædicasse et sua ex antiquioribus hausisse. Sic prima tamen ibi abbatissa Herifordensis *Tetta* designari nequit. *Addila*, quæ secunda fuit, posset existimari filia *Ecberti* atque *Idæ*, dummodo demonstrare liceret, *Cobbonem* comitem, quem *germanum abbatii Warini et abbatissæ Herifordensis* appellat *Erdmannus*, vno tempore et vno anno tam abbati, quam abbatissæ, decimas *Osnabrugenses* tradidisse. Quemadmodum vero *Cobbo* fratri suo *Warino*, qui anno 853 mortuus est, quædam donare potuit, et, hoc defuncto, sorori suæ abbatissæ; ita nihil impedit, quo minus deinde perhibere queamus, *Erdmannum* designasse non *Addilam*, sed *Hadwidam*. Hanc ab illo indicari omnino, censemus, quia, ipso *Erdmanno* teste, *Cobbo* comes, frater *Warini*, demum anno 883 mortuus fuit. Quodsi nobis obicere velis, loqui *Erdmannum* de ea abbatissæ, quæ tempore *Hludouici pii* vixerit, eo quod *Erdmannus* *Cobbonem* nominauit *fidem imperatoris Hludouici*, prætereaque memoriæ prodidit, hoc esse factum tempore episcopi *Osnabrugensis* *Goswini*; tunc respondemus primo quidem, neque *Addilam* neque *Hadwidam* tempore *Hludouici pii* vitam moresque sanctimonialium Herifordensium rexisse, sed *Tettam* adhuc anno 840, quo *Hludouicus* cæsar mortuus est, eidem abbatissæ præfuisse, et cum deinde, ipso *Erdmanno* teste p. 200, *Goswinus* demum anno 864 decesserit, nullam causam videmus, cur non intelligere debeamus *Hadwidam*, quippe quæ iam anno 860 abbatissa fuit, teste auctore *Translationis S. Pustinnæ* f. 183. Palam itaque est, vera non prædicasse *Eccardum* atque alios doctos æque errasse, perhibentes *Agium* in *Vita Hatbumodæ* abbatissæ p. 9. significasse per *amitam Hatbumodæ* abbatissæ *Addilam* abbatissam Herifordensem. Cum enim *Agius* ibi hanc *amitam Hatbumodæ et grandæuam et senio consecram* nominet, et referat, illam *Hatbumodæ* indefessam astitisse, cum *Hatbumoda* XIII. kal. decemb. an. 874. decesserit, *Addila* abbatissa Herifordensis eo anno non amplius in viuis, neque abbatissa erat. Nam *Hadwida* iam ante annum 860 regimen abbatissæ susceperat Herifordensis. Eandem vero *Hadwidam* adhuc anno 887 Herifordensibus præfuisse, demonstrat ac extra dubitationem collocat genuinum diploma regis *Arnolphi*, quod ex autographo infra producemus. Pater ex hoc ipso, eruditos hucusque nondum distincte latis, *Luidolfum* ducem fuisse filium *Ecberti* ducis, ostendisse. Ipsi ita ratiocinati sunt: si abbatissa Herifordensis *Addila*, soror *Cobbonis*, fuit *amita Hatbumodæ*, filix *Luidolfi*, *Cobbo* vero filius fuit *Ecberti* ducis, sequitur, et *Luidolfum* fuisse filium *Ecberti*. Hæc procul dubio falsa et friuola est via ratiocinandi. Nam anno 874, quo *Agus* quandam abbatissam Herifordensem nominauit *amitam Hatbumodæ*, nulla abbatissa, nomine *Addila*, præfedit abbatissæ Herifordensis. Quodsi vero *Addila* substituamus *Hatwidam* pro eo, ac debemus, argumentatio illa omnino vim adprobandi induet, et tali modo instituenda est. *Agus*, scriptor coartaneus, quondam abbatissam Herifordensem anno 874 appellat *amitam Hatbumodæ abbatissæ Gandershemensis* filix *Luidolfi*. Eo anno abbatiam Herifordensem gubernauit *Hadwida*. Ergo *Hadwida* fuit soror ducis *Luidolfi*. *Agus* enim p. 3. nominat illum, Orientalium Saxonum ducem, patrem *Hatbumodæ*. Si *Hadwida* seu *Hadwi* soror fuit *Luidolfi* ducis; sequitur, *Luidolfum* ducem quoque fuisse fratrem *Cobbonis*. *Cobbo* enim ab *Erdmanno* appellatur frater tam *Warini* abbatii Corbeiensis, quam abbatissæ Herifordensis. Si *Cobbo* frater fuit *Luidolfi* ducis; sequitur porro, *Luidolfum* ducem, comitem *Cobbonem*, *Hadwidam* abbatissam, ac *Warinum*, abbatem Corbeiensis, fuisse liberos *Ecberti* ducis atque *Idæ*. Fuisse enim *Warinum* abbatem filium *Ecberti*, ex *Translationis S. Pustinnæ* euidentissimis verbis patet, id quod etiam egregie e traditionibus nostris confirmari potest, in quibus §. 126. *Luidolfus* appellatur *germanus Cobbonis*, et *Cobbo* §. 125. auunculus *Amalungi*. Fuisse autem *Amalungum* *Hadwidæ*, filium elucefcit e verbis, §. 149. in medium adlatis.

Quæ cum ita sint, necessario exinde consequitur, pronomen *horum* in additis verbis *Translationis S. Pustinnæ* capienda esse de *Adalardo* et *Walone*. Si enim *Hadwi* *Cobbonis* et *Warini* soror fuit, eadem illorum neptis esse non potuit. Traditiones nostræ et auctor *Translationis S. Pustinnæ* non quadrant ad *Cobbonem* iuniorem. Illum enim iam anno 842 in celebritate esse versatum et comitarum tenuisse, affirmaturum esse neminem, existimamus.


At pergis, stare hæc non posse, quia ex Actis *Idæ* ducissæ p. 172. eluceat, *Idam* ducissam fuisse *unicam* filiam patris sui, ex nostra vero demonstratione ap-




Ab anno  
866 vique  
853 im-  
perante  
Hludo-  
uico et

parere, *Idam* ducissam non fuisse vnicam filiam *Bernharti*; sed ipsi fuisse sorores duas *Gundradam* et *Theodradam*. Respondemus autem, ex ipsis Actis *Idæ* ducissæ c. 8. p. 181. elucere, *Uffingum* sua consignasse anno 980. Nonne ergo facile fieri poterit, vt id ad aures *Uffingi*, non peruenerit, quod aliunde constat, scilicet *Idæ* fuisse duas sorores, olim in monasterio degentes, et sic in obscuro latentes? Verum ea exceptione opus non esse, patet ex eis, quæ iam iam dicturi sumus. Statuimus enim, *Uffingum* omnino vera retulisse. *Ida* scilicet tantum vnicam filia erat laica, reliquas tradiderat *Bernhartus* Deo eiusque sanctis cælitibus in monasterio Sueffionensi. Has non amplius habitas esse pro liberis a parentibus, comprobamus e *Widekindo* Corbeiensis, qui in *Annal.* lib. II. p. 649. *Luitgardam*, *Ottonis I.* cæsaris filiam, appellat vnicam eius filiam, quam *Otto* desponsauerit *Conrado*, *Lothariorum* duci; cum tamen certum sit, nec *Widekindo* latuerit, habuisse *Ottonem* præter *Luitgardam* duas alias filias, scilicet *Matbildam* et *Adelheidam*. Quia vero altera abbatissa erat *Quedlinburgensis*, altera abbatissa *Essendiensis*; hinc non amplius eæ reputantur pro filiabus *Ottonis*. Dubitamus vero, dicturum esse quempiam, *Widekindi* nostri memoriam vacillasse. Hæc enim exceptio statim euanescit, considerare si quis volet, *Widekindum* ipsi *Matbilde* abbatissæ annales suos inscripsisse.

Vt autem tandem nihil omitamus intactum ac minus extricatum, quod nostræ sententiæ obici possit, ostendere præterea debemus, quomodo abbatissa *Hadwi*, filia *Idæ* ducissæ, *Carolo caluo* tertio quartoque cognationis gradu coniuncta fuerit. Id autem tali modo fieri posse censemus. Vxorem scilicet *Hludouici* pii fuisse *Iuditham* *Theganus* cap. XXVI. testatur his verbis: *Sequenti anno accepit (Hludouicus cæsar) filiam Welfi ducis, qui erat de nobilissima stirpe Bauarorum, et nomen virginis Iudith, que erat ex parte matris nobilissimi generis Saxonici, eamque reginam constituit.* Nomen matris imperatricis *Iudithæ* prodidit auctor *Translationis S. Bathildis Regina*, qui cap. I. Anno vicesimo imperante, inquit, cum magna felicitate *Hludouico serenissimo augusto in regno Francorum venit kala monasterium ubi venerabilis abbatissa HEGILWICH, GENETRIX IVDITH IMPERATRICES magno gregi sanctimonialium præerat.* His testimoniis innisi, tertium gradum consanguinitatis ita damus erutum et representandum:



Quartus vero cognationis gradus hic erit:






Hæc me primum feliciter explicasse, confidenter existimo. Vt vero omnia hæcenus dicta vno conspectu dispicere et perlustrare possis, schema genealogicum, testimoniis scriptorum cœtaneorum adprobandum, eam quoque ob causam adiungimus, quia in sequentibus ad id sæpe prouocabimus et recurremus.

TAB. I.



guber-  
nante  
Corbe-  
iam Wa-  
rino.




TAB. IV.



Ab anno 826 usque 853 imperante Hludouico et  
 cus per praeceptum tradidit in pago *niftharsi* in uilla *ymminchusen* (t) cum omnibus ibidem pertinentibus testes uoluerunt *ecbertus* adalhard uolrid hem et alii XXIII.

§. 156.



De pago Niftharsi.

(t) *Pagum Niftharsi* nullum esse alium, nisi iam saepius nominatum pagum *Nihtkerse*, *Nitbega* et *Netga*, apparet ex nostro Registro Bonorum et Prouent. Abbatiae Corbeiensis. Qui enim in codice nostro appellatur Niftharsi, in Registro abbatis Corbeiensis Sarachonis nuncupatur *Nitbega* pagus. Sine ullo dubio *Ida ducissa* in traditione sua nomen pagi ita retinuit, ut id reperit in eo diplomate caesaris Hludouici, quod ipsa eadem occasione abbatiae nostrae et filio suo *Warino* tradidit. Ipsum diploma Ludouicianum dabimus, simul ac monuerimus, probabilissimum esse, per villam *Ymminchusen* designari vicum *Himmigbusen* in episcopatu Paderbornensi haud procul ab oppido Nihem, ad riuum dictum die Fischebeke, qui Embrinae se committit fluuio, positum. In eadem villa nobiles domini, de Schilder dicti, possedere olim bona feudalia pariter atque allodialia. Illa acquisiuerunt iidem ab ecclesia Paderbornensi, haec a Corbeiensis; atque haec iam spectant ad nobiles dominos de Donop. Nunc vero accipe diploma caesaris Hludouici:

**I**n nomine dñi dī et saluatoris nri ihu Xpi hludouicus diuina ordinante prouidentia imp̄r augustus. si iustis petitionibus unius fidelis nri aurem accommodamus sine dubio reliquorum animos in suo obsequio promptiores reddimus. Idcirco notum sit omnium fidelium nostrorum tam praesentium quam et futurorum industriae qualiter uenerabilis *ida* propinqua nostra ueniens ad nos rogauit celsitudinem nram ut res quas ei maritus eius *ekbertus* quondam fidelis comes noster in pago niftharsi in uilla imminchusen concessit per nrae mansuetudinis auctoritatem confirmaremus cuius rationabili petitioni assensum praebentes per hoc nrae serenitatis praeceptum res in uilla imminchusen praedictae matronae conlatae confirmamus et praecipientes iubemus ut nullo inquietante memoratae res cum his quae ad illas iure et legaliter pertinent iure proprietario possideat et quidquid de illis agere uoluerit absque ullius contradictione ordinet atque disponat. Et ut haec concessionis auctoritas inuiolabilem atque inconuulsam obtineat firmitatem et a fidelibus nris et per futura temporum curricula uerius certiusque credatur eam manu propria



## §. 156.

Tradidit richardus pro anima patris sui nomine bernhari quicquid habuit in *helpdun* (u) et in *hesiti* (v) testes erp aibet uolmer tiadric et alii sex.

gubernante Corbeiam Warino.


## §. 157.

Tradidit usfo qui et liudulfus pro anima fratris sui bosonis in *drobem* (w) mansum cum omnibus appendiciis testes frithuric thiadric liudman uigiung et alii quatuor.

## §. 158.

Tradidit beuo in *astonbolteimarki* (x) quicquid ibi habuit in familiis

cam-  
pria subter firmauimus et anuli nostri impressione assignari iussimus.

Signum  domni hildouici serenissimi imperatoris augusti.

hrotmundus notarius ad uicem hildouini recognoui et *fff*.

data XI kld decembris anno Xpo propitio XXV imperii domni hildouici serenissimi imperatoris indict. i. actum ingelenheim palatio v in dī nomine feliciter amen.

Sigillum habet  
Tab. II. n. 6.

- (u) *Helpdun* villa, erat testante Registro nostro, in pago *Nitbega*. Dudum vero ea De villa desolata est. Sita erat ea haud procul ab oppido Nihem intra episcopatus Paderbornensis terras.
- (v) *Hesiti* erat, eodem Registro teste, in pago eodem *Nitbega*. Intelligimus ergo, de villa notari vicum *Hesle* seu *Heste* in episcopatu Paderbornensi situm, itinere unius *Hesiti* horae ab oppido *Driborg* distantem.
- (w) *Drohem* villa existit in pago *Huetigo*, uti indicat *Saracho* in *Registro Bonorum* De villa et *Prov. Ab. Corb.* Pagum *Huetigo* existisse ad fluvium *Ensbriam* in comitatu *Drohem*. *Sualenbergico* et *Pymontano*, iam supra §. 3. docuimus. Villam vero *Drohem* in eadem regione diu inuenire non potuimus, donec amicus quidam nobis retulit, inueniri ad viam, quae ducit ab oppido *Steinheim* in episcopatu Paderbornensi ad *Kollsted*, campum dictum *das Druheimersfeld*. In eo, quod probabilissimum videtur, eadem villa *Drohem* quondam existit, dudum inter desolatas villas recensenda.
- (x) *Astonbolteimarki* locus quaerendus est in terris episcopatus Paderbornensis. *Mar-* De *A-* *cus* quid significet, iam supra §. 118. indicauimus. Designatur regionis limes *ston-* seu terminus alicuius provinciae. Memoratu dignum hunc esse locum, diligentes antiquitatum scrutatores facile dabunt, in primis cum nullum hucusque edictum diploma istius marcae mentionem iniecerit; ex auctore autem *Vitae Mein-* *werci* Tom. I. Script. Rer. Brunsvic. Leibnitii p. 530. demonstrari non potuerit, an marca, quam adtingit, sit *Colsidi*, vel *Astonbolte* vel *Lanchel*. Cum ergo eundem marem considerare constituerimus, primum verba e *Vitae Meinwerci* loco laudato adducere debemus. Ea sic sonant: *Quadam sanctimonialis de Gesiker,*  
L1 Oda



Ab anno 826 usque 853 imperante Hludouico et campif filiu hoc tamen pacto ut si dominus illi concesserit filium proprio ipse illud teneat iure si non post mortem matris et uxoris suae ad reliquias scđm martirum stephani atque uiti iure pertineat hereditario testes *bardo comes* ali uolchard uuighard brun et alii X.

## §. 159.

Tradidit Osdag quiddam habuit in *lengi* (y) in loco qui dicitur *osterholt* mansum unum cum medietate familiae et omnibus appendiciis testes bofo uuallo ouo eyo buno.

## §. 160.

*Oda* nomine, pro remedio anime suae parentumque suorum, quicquid hereditariae proprietatis habuit in villis ac marca COLSTIDI ASTANHOLTE atque in LANCHAL, vel in omni Patherga cum consensu ac petitione fratris sui iustissimi heredis RICHARDI cum omnibus appendiciis ecclesiae Patherbrunnenſi in proprium tradidit. Unde Meinwercus episcopus, misericordia motus, in finitimis locis ad vitam eius X aratra decimationis ei concessit, et insuper unam libram inter aurum et argentum et unum poletrum, ac quinque uictimas, id est, *Friskinga*, fratri uero eius unum equum dedit, *Hofado* praeposito, *Ecelino* imperatoris capellano, *Amulungo* comite, et aliis multis, *astantibus*. Quae uerba, collata cum harum traditionum loco, iam ita interpretanda sunt, ut auctor per *Collidi* et *Lanchel*, villas, per *Astanholt* uero marcam indicare uoluerit. Apparet uero ex eisdem uerbis, *Astholteimarkum* fuisse in terminis pagi Patherga. Cum igitur inter oppida *Dethmold*, *Horn* et *Lippſpringe* uno milliari a *Paderborna* urbe, ad *Sendam* (*Paderbornensis* et *Lippienſis* ditionis vastam solitudinem) inueniatur vicus *Osterholt*, probabiliter iste vicus inter reliquias marcae *Astholteimarki* est numerandus. Est autem eadem regio in Romanis Francicisque annalibus celebratissima. Hic enim, *Velleio* teste, *Tiberius* caesar castra hybernantium legionum collocauit. Hic *Carolus Magnus* ingentem multitudinem Saxonum in *Lippiae* fontibus, qui ad *Lippſpringe* oppidum magna aquarum vi ex uenis ac meatibus subterraneis Teutonicorum montium profluunt, baptizandos curauit. Hic Saxones nostri inuictissimo *Carolo* sponſerunt, se fore et persituros esse Christianos. Hic *Carolus* iterum castra metatus est, et, per aliquot dies moratus, synodum celebrauit. Hic postea *Carolus* generalem conuentum censuit habendum. Hic legati, quos *Nortmannorum* rex *Godefridus*, atque *Avarorum* principes *Cecanus* et *Iugartus* miserant, sunt auditi. Cuius autem prouinciae terminus fuerit *Astholteimarcus*, tandem uideris ex nobis querere. Respondemus breuiter. Totius is Saxoniae terminus esse non potuit. Cuiusnam ergo? *Angariae* occidentalis, uel pagorum *Patherga* et *Thiadmelli*. Memoratu autem dignum esse censemus, in eadem marca possedisse aliquid iuris *Beuonem* comitem, qui, ut infra uidebimus, filius *Eberti* ducis, et frater *Luidolfi* fuit. Cum itaque *Luidolfi* uxor, ut supra diximus, fuerit celebratissima *Oda*, fortassis quoque *Oda* sanctimonialis in *Geleke* cum fratre *Richardo*, hic ad eandem quoque familiam spectauit, et *Richardus* fortassis *Bernhardi* uel *Haholdi* frater fuit.

De pago  
Lengi.

(y) *Lengi* hic poni pro pago, nemo negare poterit, qui considerabit, locum *Osterholt* poni in *Lengi*. Data ergo occasione in situm huius pagi inquirendi, pagum *Lengi* probe discernendum esse a pagis aliis, censemus, primum a pago *Logingaba* in *Hassia* ad flumen dictum *die Lohn*, deinde a pago *Laingo* in *Frisia Orientali*, de quo iam supra egimus §. 8, tum a pago *Langinga* in praefectura *Wölpe* in terris *Brunſuicensibus*, et denique a pago *Logni* in principatu *Göttingensi*, de quo conferendus §. 33. not. (u). Pagum *Lengi*, qui et appellatur *Lainga* fuisse putamus in Principatu *Luneburgico* in praeposituris seu *Amtsvogteyen* *Soltow* et *Bergen*, atque in praefectura *Wensen*, ut demonstrant uillae, in eodem pago occurrentes, quae sunt 1) *Salta* 937 et *Saltowe* 1069, per quam designatur vicus *Soltow auf der Soltauer Heide* in praepositura *Soltow*, 2) *Timberla*, *Timmerloh* eadem in praefectura, 3) *Bredanbiki*, *Breitbeck* in praepositura *Bergen*, 4) *Silhem*, fortassis *Selhof* in praepositura *Bergen*, et 5) *Osterholt*, *Osteholt*



## §. 160.

Tradidit raginoldus in uice eisulf in - - - - - quidquid  
ibi habuit testef aldmer euuuruuard maynuerc figer et alii tres.  
tradidit ymynnuard quidquid habuit in *holtesfrynne* (z) tam in campis  
quam in siluis testef syni pumi helmbodo uildag et alii tres.

guber-  
nante  
Corbe-  
iam Wa-  
rino.

## §. 161.

Tradidit ailhardus mansum unum cum familia in *thiumun* (A) testef  
bozo bruni bodo offo et alii tres.  
tradidit beuo quidquid habuit in *haculesthorpe* (B) testef gelo hildigerus  
eisulf cado et alii quatuor.

## §. 162.

in praefectura Wense, quam villam probe discernas velim ab Osterholt in praefectura Siecke in comitatu Hojano. Notatu adhuc dignum esse putamus, dominum, qui in Osterholt quidquid habuit, donauit, appellari *Osdagum*, quippe qui idem videtur fuisse, qui supra §. 10. quaedam tradidit in Gadensted, loco praefecturae Peina. An vero ad familiam Billinganam referendus sit, nec ne, de eo infra pluribus differemus.

- (z) De villa *Holtesfrynne*, in pago Auga sita, vide supra §. 97. Quomodo locus saeculo XIII vrbs euaserit, comprobatur diplomate Euersteiniensis Comitis circa finem Addendorum seu Diplomatarii subiuncti.

- (A) *Thiumun* villam fuisse in pago Auga, didicimus praeterea ex *Registro* nostro saepissime excitato. At vero in eadem regione nullus eiusdem nominis vicus reperitur. *Thiumun* villa ergo vel desolata est, vel designatur nullus alius locus, nisi castrum *Tbonenborg*, iter dimidiae horae distans a Corbeia nostra ad Wiseram.

Quod ipsum nobis probabilissimum videtur. Annales MS. incerti auctoris, in archiuo Corbeiensis exstantes, f. 460. haec habent verba: *Cum propter continuos bellorum motus (anno 1295) vicina castra hinc inde deicerentur, ne ex his vis fieret ab hostibus, nostra quoque Brunisberga, vetus Saxonum castrum ab episcopo Paderbornensi Ottone, et comitibus Swalbergensibus Adolfo et Alberto, fratribus, funditus euersum est.* Quoniam autem post haec tempora abbatiae nostrae bona omnibus praedonibus diripienda concedebantur, hinc anno 1315 *Rupertus abbas noster Tonenburgum exstruxit, adiutus opera Theodorici de Iter, iisdem annalibus testibus.* Cum igitur ex aliis constet documentis, *Tunen* villam anno 1230 adhuc existisse in eadem regione, probabiliter nomen villae *Tunen* mutatum fuit, et a castro in ea constructo *Tonenborg* est nominatum. Dignissimum autem notatu arbitramur, quod ille dominus, qui in eadem villa *Thiumun*, vix iter vnus horae a castro Brunonisburgo distante, bona possedit, appellatur *Ailhardus*, quem supra §. 104. not. (n) magna probabilitatis specie nepotem Angariorum ducis Brunonis fuisse asseruimus. Quod si igitur relatum legimus, quendam *Edelbardum* inter antiquos occidentalium Saxonum reges fuisse, collegimus inde, illum *Edelbardum* verisimiliter inter progenitores Brunonis ac Widekindi ducum esse referendum. Nomen *Edelbarði* idem esse quod *Adelbardus* atque *Ailhardus*, nemo sane mentis negabit, et quamuis sciamus, *Edelbardum* illum inter fabulosos Saxonum reges a quibusdam numerari, arbitramur tamen, licet iam supra §. 106. ipsi concesserimus, quaedam fabulosa in genealogia antiquorum Saxonum regum occurrere, cum cane non simul et lorum reiiciendum esse. Fatemur, nos de illo *Edelbarde* nullos antiquiores habere testes, quam Engelhusium et Gobelinum: at e contrario scimus, eosdem pleraque sua ex antiquioribus membranis, in bibliotheca Corbeiensis olim exstantibus, quibus imperiti milites tempore bellitricennalis vias et plateas muniuerunt, hausisse. Cum igitur Gobelinus *Aetate VI. cap. 27. Tom. I. Meibomii p. 234.* referat, *venerabilem Bedam obiisse anno 735, et post hoc Edelbardum regem occidentalium Saxonum obiisse*, censemus hanc relationem ideo in dubium vocandam non esse, quum Chronologia Anglo-Saxonica mortem Bedae in annum 734 retulerit et ad annum 741 scripserit: *Her Aethelbeard Cyning forþsferde i. e. Aethelhardus rex decessit.* In *Chronico Saxo-*

De Edel-  
hardo Sa-  
xonum  
duce.



Ab anno  
826 vsque  
853 im-  
perante  
Hudo-  
uico et

## §. 162.

Tradidit adi pro remedio animae patris sui offic et fratrum suorum  
tadi ac frederici in *snuidi* (C) quidquid ibi habuit testef helmold uuorid  
afic et alii tres.

## §. 163.

Tradidit *gberoldus* (D) quidquid hereditatis habuit in *gudul-  
ma*

De villa  
Hacules-  
thorpe.

(B) *Haculesborpe* villa in nostro Registro inuenitur posita in pago *Auga*, quam in vtra-  
que Visurgis ripa circa Corbeiam nostram fuisse obuam, iam supra diximus.  
Hodie eadem villa desolata est, probabilissime autem olim reperta est in loco  
dicto *die Hackelbreite*, vix iter vnius horae qui discretus cernitur a castro Bruno-  
nisburgo. *Beuonem* ergo habemus pro fratre abbatis Warini et nepote ducis  
Angariorum Brunonis. Confer infra §. 400.

De mar-  
ca Sneui-  
di.  
De Ger-  
oldo co-  
mite.

(C) De villa et marca *Sneuidi* vide supra §. 118. not. (x)

(D) *Gberoldum* supra §. 95. habuimus pro filio *Alsburga*, *Alsburg*, vti demonstraui-  
mus §. 104. quae vxor fuit *Walberti*, nepotis ex Widekindo M. Ergo *Geroldus* ha-  
betur pro filio *Walberti*, fortassis autem duntaxat *Walberti* priuignus erat, quia  
in tota genealogia Widekindae nomen *Geroldi* alias non occurrit. Si coniecturis  
aliquid dandum est, velim hunc *Geroldum*, quia in Annal. Corbeienf. MS&is *no-  
bilis Francus* appellatur, habere pro filio *Geroldi* ducis Sueuiae, qui cum Wide-  
kindo M. gessit atrox bellum, in quo Widekindus periit, teste Krantzio in *Saxo-  
nia* Lib. II. c. 24. quod accidit anno 807, testante Chronico Rittageshusiano Tom.  
II. Leibnitii p. 72. Quamuis enim de hoc *Geroldo* nullos habeamus antiquiores  
testes praeter excitatos, ex aliis tamen constar documentis, illum *Geroldum* tem-  
pore Caroli Magni claruisse. In testamento Caroli Magni, quod exhibet Egin-  
hardus in eius *Vita* p. 142. seq. quodque Carolus annis tribus, antequam decede-  
ret, fecit, inter comites, coram quibus eandem ordinationem Rex constituit, re-  
peritur *Gerholtus*. Ex quo momento firmiter colligimus, magnam eundem  
gratiam atque auctoritatem apud Carolum M. esse consecutum. Huius *Geroldi*  
porro meminit Eginhardus in Annal. Rer. Franc. p. 166. referens: *Hudowico*  
*imperator* anno 815 allatum esse, quosdam de primoribus Romanorum ad interfi-  
ciendum Papam Leonem in ipsa vrbe Roma conspirasse, caesarem igitur Bernhartum  
regem Italiae nepotem suum ad cognoscendum, quod nunciatum, Romam misisse, quem  
vero eo ventum aegritudine decubuisse, res tamen compertas per GERHOLTVM CO-  
MITEM ad hoc legatum datum imperatori nunciasse. Post haec idem Eginhardus  
l. c. p. 174. anno 826 *Gerholtum* nominat comitem et Pannonici limitis custodem  
in Carantanorum provincia, ex quo videre possumus, *Gerholtum* istum eodem  
anno habuisse in Austria comitatum suum, atque ibidem imperatoris negotia  
procurauisse. Post annum 826 in Annalibus, quantum scimus, nulla eiusdem  
*Gerholti* mentio amplius iniicitur. Eius vero pater videtur fuisse *Geroldus Bajoria  
comes*, qui, Poeta Saxone teste, Tom. I. Leibn. p. 149. anno 799, cum *Chri-  
sti* populum defendere ac bello seuis Hunis obistere vellet, sinuit vitam fragilem.  
Quae ipsa etiam narrat accurate auctor Chronici Quedlinburg. Tom. II. Leib-  
nitii p. 276, qui illum appellat *Gberaldum et clarum Bajoria marchionem*. Quod  
si altius ascendere vellemus, possemus perhibere, huius *Geroldi* marchionis pa-  
trem fuisse *Geroldum illustrem palatinum Pipini ab Herstallo*, cuius meminit Vita  
S. Swiberti Tom. II. Leibn. p. 236. seq. Sed cum proferimus haec tantum  
tanquam coniecturas, Vitaque Swiberti sine dubio villo scriptum sit suppositum,  
vt ipsi doctissimi patres Societatis Iesu Henschenius ac Papebrochius agnouere,  
haec vera esse non contendimus, falsa autem esse praefraete affirmare non aude-  
mus. Illud vero tacere nolumus, Albericum in Chronico suo, quod tam in  
Leib-



Leobnitii Accession. Historicis, quam in I. B. Menckenii Script. Rer. German. gubernante *Geronem* marchionem orientalem, quem *Gerinum* <sup>nante</sup> *comitem* nominat, *vixisse 300 annos*. Hinc doctus quidam vir coniecit, *Ger-* <sup>Corbe-</sup> *ronem* istum esse posse *Geroldum*, quocum Widekindus M. anno 807 bellum gef- <sup>iam Wa-</sup> <sup>rino.</sup> fit, quia Gero et Geroldus vnam nomen sit, quemadmodum Reinoldus contrahitur in Reino, Manigoldus in Menno, Arnoldus in Arno, et Hunoldus in Huno. Sed ex supra dictis patet, distinguendos esse Geroldos, nec confundendum patrem cum filio, et filium cum auo. *Gero*, orientalis marchio, mortuus, et sepultus est anno 965 in monasterio Gerenrode, quod ipse fundauerat. Noster vero *Geroldus* vitam cum morte commutauit anno 875 in monasterio nostro Corbeienfi, et sepultus fuit in crypta post summum altare. Eius epitaphium Romano charactere conscriptum hic exhibemus:

INCLITVS EISTIC POSITS SEVA GEROD  
 QVONAR REGHE GARS IN OBSE Q. O  
 SEDSERV REDN MENHOCQV D HABEBAT  
 SECVPRESENI CTVIT ECCAE  
 CIVSDOCTRINS GADET DNQ REVEJ  
 PROQVO XPE IVGE CT FERREI REQVIE



Ab anno  
826 vsque  
853 im-  
perante  
Hludo-  
uico et

Matrem huius *Geroldi* fuisse ex domo Brunoniana, propter dona a *Geroldo* nostro tradita, tam certum sit, vt negari non potuerit. In Frisia ducatu in pago *Westracha* eundem *Geroldum* quoque bona possedisse, Corbeiensi monasterio donata, probamus sequentibus tabulis imperatoris Hludowici pii, quas ex originum litteris vndiquaque illas beneque conseruatis eam ob causam addimus, quia ex illis *Annales Fuldenses* Tom. I. S. R. G. Freheri f. 24. corrigi possunt, referentes, Hludovicum imperatorem mortuum esse anno 840. XII. kal. Julii, seu die 20 Junii:

**Q** In nomine dñi dei et saluatoris nostri ihu Xpi Hludouicus diuina propitiante clementia imperator augustus notum sit igitur omnibus fidelibus scēe dī ecclesiae et nostris praesentibus scilicet et futuris quia ante annos aliquod concessimus cuidam fidei nostro uocabulo *gerulfo* quosdam res proprietatis nostrae quae sunt in *ducatu frisiae* in pago *uuestracha* in uilla *camminge hunderi* et in aliis uillis circumquaq. sepositis. sed quia interuenientibus quibusdam turbinibus per ipsius *gerulfi* negligentiam ab eius potestate et dominatione eadem res abstractae sic regio sociatae sunt tandem diuinae misericordiae intuitu placuit nobis easdem res illi restituere et quemadmodum pridem fuerat in eius potestatem et dominationem transfundere. quas ut certius firmissq. nostris futurisque temporibus possidere ualeret has auctoritatis nostrae litteras ei fieri iussimus per quas memoratas res cum his quae ad eas iure et legaliter pertinent deinceps iure proprietario ualeat possidere et quidquid de eis agere uoluerit liberam habeat potestatem. neque aliquam ob memoratam occasionem de eisdem rebus ullo unquam tempore calumniam patiatur sed quidquid sicut diximus de eis ordinare atque disponere uoluerit liberrimo in omnibus potestatur arbitrio. Et ut haec nostrae restitutionis auctoritas et nostris et futuris temporibus inuiolabilem ualeat obtinere firmitatem de anulo nostro subter eam iussimus sigillari.

glorius notarius ad uicem hugonis recognoui et  
SSSS.

data VIII. id. iul. anno Xpo propitio XXVI. imperii domni hlu-  
douici



douici serenissimi imperatoris indictione secunda. actum cruciniaco gubernante palacio regio in di nomine feliciter amen.

gubernante  
Corbeiam  
Wario.

Sigillum exhibet  
Tab. II, n. 7.

Memoratu autem dignum esse censemus, quod infra §. 175. de nostro *Geroldo* relatum inuenimus, permutasse scilicet bona *Geroldum* comitem circa annum 856 cum abbate Corbeienfi Adalgario. *Geroldus* enim abbati dabat, quidquid habebat in pago Suilbergi, abbas vero *Geroldo*, quidquid possidebat in pago Thuringia in villa Honesleue. Ea permutatio redundauit in vtriusque partis utilitatem, quam sine vilo dubio locorum situs afferebat. Vnde non inepte colligitur, *Geroldum* eo tempore comitatum suum habuisse vel in pago Northuringi, vel in pago Hardego, vel in pago Sueuon, vel in pago Hafugo. Si enim in his regionibus *Geroldus* noster comitatum suum non habuisset, mutatio illa bonorum ipsi non fuisset conducibilis. Plura autem alia bona istum in istis regionibus tempore regiminis sui acquisuisse, est probabilissimum. Illud inficiari haud licet, illum grandem natu monasterio Corbeienfi sese sacrasse, ibidemque inter leuitas assumptum esse. Quae vicissitudo eo tempore, vti ex Hlotharii imperatoris exemplo aliisque est perspicere, pro summa pietatis documento habebatur. Liberos procreasse *Geroldum*, antequam habitum monachicum induit, patet e verbis sequentibus in archiuo Corbeienfi in membrana scriptis:

*Post habuit Christo uxorem natoque Geroldus,  
Imperiale genus, Saxoniaque decur.*

Verisimillimum ergo nobis videtur, eundem fuisse latorem iam supra dicti marchionis *Geronis* atque *Sifridi* comitis, quorum alter fundator abbatiae Gererodensis, alter autem monasterii Gröningensis conditor exiit. Quemadmodum enim in Andrea Hoppenrodii *Annal. Gererodensibus* Tom. II. S. R. G. Meibomii p. 425. marchionis *Geronis* pater appellatur *Gero comes*, qui anno 890 vixit: ita Andreas Poperodius in *Stambaum*, seu in *Genealogia principum comitumque in terris Saxoniciis*, *Geronis* marchionis auum itidem *Geronem* dictum Burgrauium Magdeburgensem fuisse tradit, atque habitasse scribit in arce *Geroldsdorf* ante urbem Quedelburgum, cuius arcis nomen contractum est ex *Geroldsdorf*, qua ratione pro Reinoldsburg et Hunoldsburg dicimus Rensburg atque Hundsburg. De auo igitur marchionis *Geronis*, *Geroldo*, hactenus diximus, eius patrem vero nos inuenisse credimus in his traditionibus §. 285, vbi *Gerulf*, quidquid habuit in Bisnisburg in Hafugo pago, tradidit. Quae villa sine vilo dubio est Befenburg, sita sub iurisdictione Mansfeldensium comitum. Fuisse autem *Geroni* marchioni fratrem nomine *Sifridum*, verbis Chronici Montis Sereni p. 36. comprobamus hinc: *Temporibus primi imperatoris Ottonis duo fuerunt fratres Gero dux et marchio et Sifridus comes. Horum soror Hidda dicebatur. Gero filium habuit vnicum Sifridum, qui in iuuentute obiit, de cuius morte pater adeo turbatus est, ut Romam peteret, et coram altari B. Petri arma deponeret, impetratoque S. Cyriaci brachio domum rediens cum omni hereditate sua ad Christum confugit, constituens ecclesiam, quae Gererode eius nomine dicitur, filiique sui viduam Hetwigam, quam ille annis septem habuerat, a Bernardo Halberstadeni episcopo velatam, eidem monasterio praesecit: consummatisque feliciter omnibus XIV. Kal. Iulii obiit anno DCCCCLXV. Sifridus quoque frater eius in honorem B. Viti construxit ecclesiam, quae Groninge dicitur. Hidda vero nupsit Christiano marchioni, qui genuit ex eo Geronem Colonensem archiepiscopum et Dithmarum marchionem. Hi fratres et mater ipsorum defuncto patre, fundauerunt monasterium in honorem Dei genetricis in loco, qui Danemarivuel dicitur, et est in confinio castri Anehalt, congregatis ibi fratribus Deo iuxta regulam B. Benedicti seruientibus, et praeposito eis abbate, qui Hageno dicebatur, quem etiam imperatoris consanguinitas illustrabat. Plura de isto marchione *Gerone* addere non placet, quia ea in I. G. Eccardi *Histor. Geneal.* p. 111. seqq. iam exstant. Id vnicum addimus, ex diplomatibus, quae l. c. atque in Hoppenrodii *Annalibus Gererodensibus* loco laudato inueniuntur,*

appa-




Ab anno  
826 vsque  
853 im-  
perante  
Hludo-  
uico et

apparere, *Geronom* istum amplissima prædia in pago Sueuon et contiguis regio-  
nibus tenuisse. De eius vero fratre *Sifrido* restat nonnihil annotandum. Eius  
vxor in autographo diplomate *Folemari* non appellatur *Iutta*. Sed nomen hoc  
legitur apud Abbonem de Dalem, cuius chronici fragmentum C. F. Paulinius  
primus, sed mancum, edidit in *Chronico Otbergensi* p. 198. seqq. Abbo eius  
nomen expressit, referens, filium *Iuttæ* fuisse *Sifridum* et filiam, cui fuerit no-  
men *Iutte*. Ipsum diploma *Folemari*, licet iam a Meibomio, Paulinio, Leuck-  
feldio, Kernero, Lunichio atque Eccardo sit editum, ex ipso tamen autographo  
accurate descriptum addimus hunc in modum:

**Q** In nomine dī omnipotentis *folcmarus* nouae corbeiae indignus abbas  
omnisq; congregatio inibi dō seruiens omnibus scēae matris ecclesiae  
filiis salutem. quia statuta sepe maiorum perturbat turba prauorum. et  
iuste possessa aliquando iniuste putantur acquisita. idcirco uniuersitati  
nr̄ae notum fieri uolumus. qualiter *comes Sifridus* nomine ob  
spem retributionis aeternae tradidit hereditatem suam ad monasterium  
nr̄um in pago *bardgo* in loco cuius uocabulum est *uuestergroningen* sito  
iuxta fluuium *bade*. hoc est ipsam ecclesiam cum clericis quos ibi pro-  
prio habuit. et quidquid in australi parte ecclesiae intra urbem est.  
et quidquid extra urbem hereditatis possidet in agris pratibus pascuis cul-  
tis et incultis aquis aquarumq; decursibus. pro rege gloriosissimo uide-  
licet *Heinrico* cum serena *Machilda* et regia prole *oddone Heinrico Brun*  
*Gerbert. Hathuuin*. nec non et pro se ipso una cum coniuge et pro  
omnibus suis debitoribus. ea ratione si fieri posset. ut eum iuuaemus  
monasterium ibi construendum et ut duobus monachis de nr̄a congrega-  
tione ipsum locum perpetuo commendarem quod et fecimus. haec  
traditio facta est presente dō coram altari sacratissimorum Xpi marti-  
rum *Stephani* atq; *Uiti nr̄ae* adstante paucitate simulq; *aduocato bogero*  
cum aliis testibus *luidbrando* aged *thiadmaro* heoduuardo et aliis.  
Actum autem nouae *corbeiae* anno incarnationis dominicae DCCCC.  
XXXVI. VII. kal. iunii id est postridie urbani indictione VIII.

Omnium igitur, quae diximus et coniectauimus hactenus, genealogica cog-  
mentatio hoc exhibet schema:



Ex



*ma* (E) siue in *erpesbus* (F) siue in quocunque alio loco testef adalhard <sup>gubernante</sup>  
 ecbert pumi erb bodo et alii XXI. <sup>Corbeiam</sup>

§. 164. <sup>rino.</sup>

Ex quibus progeniei vinculis apparet, cur *Sifridus* comes Groningense monasterium tradiderit abbatiæ Corbeienfi. Scilicet auus eius in eodem sepultus iacebat.

- (E) Villa *Gudulma* erat, testante Registro nostro, in pago *Nithega*. Pagus *Nithega*, De villa <sup>Gudul-</sup>  
 vi (§. 86.) iam supra vidimus, inueniendus est ad fluuium *Neita*, qui in epi- <sup>ma.</sup>  
 scopatu *Paderbornensi* oritur, atque in diœcesi *Corbeienfi* haud procul a villa  
*Gudulma* in *Wiseram* influit. Intelligimus ergo, per villam *Gudulma* denotari  
 vicum *Golen*, locum *Corbeienfi* abbatiæ. Situs eiusdem villæ nobis persuadet,  
 eandem olim ad nullum alium, nisi ad potentissimum possessorem castri *Bruno-*  
*nisburgi*, referri potuisse. Quemadmodum enim supra (§. 149.) didicimus, fi-  
 liam, *Ecberti* ducis, *Hadwydam* in eodem tractu tenuisse villas *Weredun*, *Up-*  
*weredun* et *Beuerungun*, atque ex eo collegimus, *Ecbertum* omnino ducem  
*Brunonisburgi* possessorem fuisse; ita villa *Gudulma*, quæ *Brunonisburgo* prop-  
 rior et pene ad radices montis *Brunsbere* iacet, ad familiam *Ecbertinam* sine  
 vilo dubio spectauit. Quodsi autem *Geroldus* hereditatem suam, in *Gudulma*  
 obuam, monasterio *Corbeienfi* confert, ille autem origine nobilis *Francus* fuit,  
 mater eius *Saxonica* domina, et probabiliter ipsius *Ecberti*, vel eiusdem fratrum  
 filia fuerit oportet. A matre enim accepisse *Geroldum* ea bona, infra videbi-  
 mus. Putamus autem, designari eandem villam diplomate regis *Arnolphi*, quod  
 ex originum litteris inserere nostra et fortasse plurimum interest.


¶ In nomine scæ et indiuiduæ trinitatis *Arnolfus* diuina fauente gra-  
 tia rex: Conuenit regiae excellentiæ ut inter fideles suos mutuam  
 utilitatem prouidere et de singulorum rationabilibus commodis assen-  
 sum prebere uelit quapropter omnibus notum esse uolumus quoniam  
 inter fideles nostros *houonem* abbatem et *oddonem* comitem pro mutua  
 utilitate hanc commutationem fecimus ut res proprietatis nre in *gode-*  
*leueshem* et in pago qui dicitur *nithberfi* *oddoni* beneficiata ad monaste-  
 rium noue corbegue cui prefatus preest abbas in ius proprietatis  
 traderemus cum omnibus familiis mancipiis terris pratis siluis aquis  
 aquarumq; decursibus et omnibus omnino rebus tam mobilibus quam  
 immobilibus quatenus ex hoc ad predictum monasterium cum omni  
 integritate mancipentur. E diuerso autem res eiusdem monasterii in  
 orientali parte ultra fluuium *ouaccram* coniacentes in nostrum ius cum  
 omnibus quae ad eas pertinent receptas *oddoni* in beneficium concess-  
 simus id est in *dalbem* litof XIII colonum I. et sextam partem salina-  
 rum. in *odonhem* litof XIII. colonof II in *kirtsbi* litof II in *leri*, litof  
 colonum I. mansof II et dimidium in *laubingi* colonum unum in *scod-*  
*dersted* litof II. in *mullumsted* litof III. in *sepbingi* mansof V. in *uredu*  
 litof VII. mansof XII. in *rodensfleua* litof XX. mansof LX. in *dallan-*  
*gibudli* colonof et mansof XV. in *beriuuudi* colonof et mansof XVI.  
 in *sladuorde* colonof VII. et octauam partem totius marcae in benefi-  
 cio aduocati mansof VIII. in *ailimundesfrothe* mansof XX. utriq; ergo  
 parti per hoc consulimus eo quod utriusq; maior commoditas in lo-  
 corum situ habeatur quam antea fuerit. et ut firmiter ista omnib. in fu-  
 turum temporibus constant manu propria roborata anuli nri impressio-  
 ne signari precepimus

M m

signum



Ab anno  
826 vsque  
853 im-  
perante  
Hludo-  
uico et



Aspertus cancellarius ad uicem theotmari archicapellani recognoui.

Data III. id. iun. anno dominicæ incarn. DCCC. LXXX. VIII. indi-  
cti. VI. anno autem domni regis Arnolphi largissimi regis primo. Actum  
franchonofurt palatio regio in dñi nomine feliciter amen.

Sigillum exhibet  
Tab. III, n. 1.

In hoc diplomate villa *Gudulma* appellatur *Godeleueshem* et ponitur in pago *Nitberfi*. Diuersa huius villæ scriptio nemini dubitationem asferre debet. In antiquis enim membranis, in archiuo Corbeiensi extantibus, eadem villa modo *Godeleuesheim*, modo *Godelheim*, modo *Godelmen*, modo *Godelem*, modo *Godelmon*, modo *Godolumen*, modo *Godelumen*, modo *Godelun* et modo *Godelen* scripta fuit. Quilibet autem, ipsa diplomata accurate considerans, facillime perspicere poterit, vnam eandemque villam sigillatim indicari, quemadmodum etiam hodierno die idem vicus modo *Godelheim*, modo *Golen*, modo *Galen* et modo *Gaulen* scribitur ac pronunciat. Quilibet vero vnum eundemque vicum ad fluum Neire in abbatia Corbeiensi semper designari intelligit, in quo vico, vt hoc obiter addamus, ante viginti et quod excurrit annos, vidi rusticos, manus suas aratro admoventes, qui sensa animi latinis verbis perfectissime explicare valebant. Amplum esse *Godelheim* vicum, omnes norunt, qui regiones incolunt vicinas. Sed ager, licet ferat messes opimas, bonitate par non est mansis, quos, testante diplomate regis Arnolphi, Oddo comes ab ecclesia Corbeiensi accepit. Hi sunt, præter litos et colonos atque octauam partem totius marcae Sladforde et sextam partem salinarum in Dalhem, 140 mansi et dimidium, qui efficiunt 8430 iugera; tot vero iugera circa *Godeleueshem* non inueniuntur. Probabilissimum ergo est, *Godeleueshem* fuisse curtem maiorem, ad quam olim alia minores e. g. Dringtorpe (hodie Drencke) et Otburgun (hodie Ottbergen) spectarunt. Vt autem plura, ad explicationem præstantissimi diplomatis facientia, adferamus, res ipsa flagitat. Nam illud, in *Orig. Pyrmont*, p. 159. seqq. in malam crucem detortum videmus. Dalem in orientali parte, seu Orientali Saxonia, vltra fluum Ouaccram, id est, *die Orker*, sine vilo dubio est Salztzhalem, vbi magnifica et dædalea arte domus ducalis structa conspicitur. *Odenhem* non esse potest Ahlen haud procul Wolferbuttela. Designari credo Eilen vicum satrapie (Landvogrey) Eufensis. Eadem enim villa in recentioribus documentis scribitur *Adelem*, atque in documentis infra in *Addendis* sub num. 9. *Oudenheim*, sub num. 17. *Oudenheim*, sub num. 18. *Udenon*, et sub num. 35. *Odenhem* nominatur. *Kikthi* sine dubio est *Stekte* in præfectura Wolffenbuttelenfi. *Leri* est *Lere* in præfectura Kampen. *Laubingi* vero est Lauingen in præfectura Königslutter; *Scodersted* villa est desolata, cuius situs fuit haud procul ab oppido Königslutter in loco dicto adhuc *das Scoderstetter feld*. Hic præterea inuenitur *das Scoderstetterholtz*. *Mullumstedi* in pago Derlingi existit. Ibidem existit *Seppingi*. Hæc est Scheppau in præfectura Kampen. Illa vero villa Mullumstedi fuit dudum defo-



desolata, olim sita haud procul ab oppido Scheppensted. *Uredu* hodie nominatur Uehrde, locus praefecturae Wolffebuttel. *Rodenleua* sita fuit in pago Norththuringi. Designatur Rodenleuen in tractu Magdeburgici Ducatus, quem vocant *Borde*. *Dallangibudli* erat, in pago Derlingi sita. Designatur Dannebuttel in Gifhorn praefecturae Principatus Luneburgici. *Beriwidi* probabiliter est Barmke haud procul a monasterio Marienthal, seu Berwedel in praefectura Gifhorn. Villam vero *Sladforde* haecenus pro vico et praefectura Slansted in episcopatu Halberstadenfi reputauimus. Nota fuit olim Sladfordemarca. Videntur ibi limites fuisse pagorum Derlingi atque Hardego. Hoc si ita est, locum *Slancisfordi*, ad quem Heinricus caesar anno 1015 cum exercitu glomerato perrexit bellum gesturus cum Bolizleuo duce Bobemiae, testante Ditmaro T. I. Leibn. p. 404. per Sladforde licet interpretari. Quamuis enim nobis quis obiicere possit, si *Slancisfordi* esset Slansted, caesari fuisse retrocedendum, quia caesar profectus erat Goslaria Magdeburgum, et hinc ad locum *Slancisfordi*; respondeamus tamen, nos Ditmarum, qui confuse scripsit, et hoc ipsum, ita interpretari, ut ipse referre voluerit, caesarem, ut congregatio militum Goslariae fieret, mandasse, atque inter haec caesarem Goslaria Magdeburgum profectum esse, ut interuentu S. Mauricii exorati exsuperaret Bolizlaui contumaciam, eoque facto caesarem se contulisse ad *Slancisfordi*, ad quem locum inter haec exercitus iter fecerit, quo auctus postea Heinricus Albim transiit. Denique in eadem regione reperiuntur Abbenrode, Essenrode, Elchenrode, Ibanrode, Erckerode. Obuius est locus in nemore Elmo dictus *Groten-Rode*. Haec vox nonnihil similitudinis habet cum villa *Ailimunderrotbe*, quae in diplomate Arnolphi memoratur. Fortassis autem nobis optata datur occasio, eiusdem villae situm accuratius indagandi. Designasse regem Arnolfum in adducto diplomate vicum *Godelheim*, in radice montis Brunsberg situm, elucet porro ex diplomate imperatoris Chuonradi secundi, ad annum 1028 dato, quod in Historia Corbeiensis ari incisum producimus, quia singulare et praestantissimum est, et restitutionem villae *Godeleueshem*, iniuria temporis ablatae, continet. Huius villae possessionem deberi ecclesiae Corbeiensis, Abbas tunc demonstrabat ex litteris regis Arnolphi. Quare diplomata huic veteres Corbeiensis in membranae ora adscripserunt haec verba: *villam Gadelhem a matre Geroldi leuitae, et ab hoc monasterio nostro donatam atque ab aduocato Ottone acceptam, sed iniuria temporis ablatam, reddit Chuonradus rex.* Quod momentum si expendimus, ex ipso conspicuum est diplomate Arnolphi, nullum alium vicum per *Godeleuesheim* designari, nisi villam a nobis indicatam. Arnolfus dicitur hoc diplomate parti vtrique consuluisse, quod vtrisque maior commoditas in locorum situ habeatur, quam antea fuerit. Id vero caesar profecto adfirmare haud potuisset, si *Godelsheim* villam praefecturae Eisenberg in principatu Waldeccensi indicatum esse, vellemus. Corbeia enim nostra ex locorum eiusmodi situ nihil vtilitatis capere potuisset. *Godelsheim* enim, in praefectura Eisenberg sita, tam longe a nostra Corbeia abest, quam villae in pago Derlingi ultra Ouaccram ab hac distant. *Godelheim* autem, ad radices montis Brunsberg sita, vix vno milliari ab ecclesia nostra distat. Peraeque *Oddoni* comiti magnam afferebant commoditatem villae in pago Derlingi sitae et in vicem acceptae. Nemo facile inficiabitur, *Oddonem* comitem fuisse *Ottonem* illustrem, filium ducis Luidolfi ac patrem Heinrici aucupis. Ex villa Werla, quae probabilissime hoc tempore iam exstitit, siquidem anno 919 ibi iam castrum munitissimum Heinrici caesaris erat, perspicui potest, *Ottonem* illustrem anno 888 iam quadam bona possedisse in pago Derlingi. Haec verisimiliter ex hereditate ducis Ostfalorum Hessi in manus eius peruenerant, ut supra (§. 104.) vidimus. Ut ergo tandem hanc commentationem ad finem perducamus, ex dictis argumentamur atque definimus, 1) Geroldum omnem hereditatem matris suae in villa Gadelheim dedisse monasterio Corbeiensis, 2) matrem Geroldi fuisse e stirpe Brunoniana, 3) *Ottonem* comitem in eadem villa concessisse abbatiae Corbeiensis, quidquid habuerat, 4) *Ottonem* comitem descendisse ex eadem stirpe, ex qua fuerat orta Hadwy ducis Eeberti filia, 5) *Ottonem* illum fuisse patrem Heinrici aucupis et nepotem ducis Eeberti. Quidquid enim Otto ex hereditate aui sui habuerat, is retinuerat sibi usque ad annum 888. Parescit inde, 6) Luidolfum, ducem Saxoniae, fuisse filium Eeberti Saxoniae ducis, 7) *Godeleueshem* non esse *Godelsheim* in principatu Waldeccensi, 8) pagum Nitherfi et Nerga esse vnum eundemque pagum, 9) nos recte collocasse eundem pagum ad ripas fluminis Neita



Ab anno  
826 vique  
853 im-  
perante  
Hudo-  
uuico et

## §. 164.

Tradidit adaluardus cum fratribus suis pro matre sua syburg in *luchtringi* (G) duos iurales testes marchodo berndag dang uuelp aldric. Tradidit idem in *witthem* (H) iurales V. testes odi bernheri uuighelm thiadbern.

## §. 165.

Tradidit ailuardus II. mansos unum in *falbus* (I) alterum in *heylcanbus* (K) testes thiadricus bodo berndag aymo fini et alii tres. Tradidit beio in *redun* (L) pro anima hunoldi quidquid idem hunoldus ibi habuit testes adold aeric hrodbert brun et alii sex.

## §. 166.

Tradidit aldger in *barndengo* (M) quidquid ibi habuit testes marchodo comes eisulf asic tiaddag unroc.

tra-

in diecesibus Paderbornensi ac Corbeienti, et 10) expungendos esse in tabula Angariae in *Originibus Pyrmont*. tam pagum Niterfi, quam pagum Nithega, quos auctor collocat in principatu Waldeccensi, et restituendum ibi pagum Netga ad fluuium Neire, ut iam supra demonstrauimus.

- De villa Erpeshus. (F) *Erpeshus* villa in nostro Registro posita inuenitur in *pago Nithega*. Nulla ergo ipsa est alia villa, nisi vicus *Erbfen*, in episcopatu Paderbornensi haud procul ab oppido Nihem conspicuus.
- De villa Luchtringi. (G) *Luchtringi* villa erat in *pago Auga*, testante Registro nostro. Locus hodie dicitur Luchteringen ad Wiseram, qui ne quidem iter dimidiae horae abest a Corbeia nostra.
- De villa Witthem. (H) *Witthem* villa erat posita in *pago Auga*, dudum desolata. Confer supra §. 19. not. (E).
- De villa Falbus. (I) *Falbus* erat, ut didicimus ex Registro Bonorum abbatis nostrae, in *pago Nithega*, dudum desolata. Existit vero olim villa haec haud procul a monasterio Gerden in episcopatu Paderbornensi.
- De villa Heylcanbus. (K) *Heylcanbus* villa olim reperiebatur in *pago Nithega*, testante Registro nostro. Probabiliter designatur Helkerfen seu Helgerfen, in episcopatu Paderbornensi locus.
- De villa Redun. (L) Villa *Redun* erat sita in *pago Levi*, testante Registro abbatis Sarachonis. Pagum *Levi* existisse circa monasterium Wildeshulen ad flumen dictum *die Hunte*, vidimus iam supra. Probabilissime ergo designatur vicus *Rebden* in comitatu Diepholtano. Ex hoc situ loci verisimillimum fieri putamus, *Hunoldum*, ad quem spectarunt bona in villa *Redun*, fuisse illum *Hunoldum*, quem infra per coniecturam pro fatore comitum de Oldenburg, Hoja et Bruchhausen, venditabimus. An Beio eius filius seu consanguineus fuerit, non addunt traditiones. Ergo et nos illud in medio relinquimus.
- De pago Bardengo. (M) *Barndengo* poni pro pago, ex terminatione *go* manifestum est, quippe quae pagum significat. Arbitramur autem, eundem pagum esse pagum Bardengo in Principatu Luneburgico, de quo supra egimus §. 125. not. (1) et §. 126. not. (p). Haec in pago Bardengo bona post haec in manus mortuas monasterii, in Ullesheim siti, peruenere. An vero horum bonorum traditor *Aldger*, quod nomen ex Adalgario contractum videtur, sit Aldger, qui supra §. 48. in villa *Scherua* quadam donauit, incertum est. Fortassis horum indicatur vnus, quorum



tradidit horid in pago *Sturmidi* (N) in loco qui dicitur *heclo* mansum unum et familiae duas testes eilhard raynfrid unroc tydfo.

tradidit hildibert in *heloan* (O) pro animabus gherbern et theodbern quidquid habuit testes folcuert fini bruno ecbert et alii XII.

tradidit altric . . . . . testes iidem qui supra traditionis horid.

## §. 167.

Tradidit *gherold* (P) quidquid habuit in *thiednodeshus* in *suilbergi* (Q) testes eilbert unroc tydfo.

## §. 168.

rum alter ad Billinghamam, alter vero ad Brunonianam familiam spectasse videtur, qui pater fuit Adalgarii abbatis Corbeiensis, cuius germanus fuit Adalgarius Hammaburgensis archiepiscopus, testante Vita S. Rimberti p. 742. ed. Fabric.

(N) *Pagum Sturmidi* fuisse in episcopatu Verdensi, negari non potest. Notissimum De pago diploma foundationis episcopatus Verdensis euincit, statuisse Carolum M. ecclesiam *Sturmidi* et cathedram episcopalem super Aleram fluuium in pago, qui *Sturmi* dicitur, et in loco *Fardun* vocato. Quamuis enim quaedam sint, quae huic diplomati, vti diplomati foundationis ecclesiae Bremensis, falsitatis maculam inurere possint, antiquum tamen est, et demonstratio ex eo instituta, qua pagus *Sturmi* in episcopatu Verdensi locatur, reici non poterit. Eandem sententiam quoque approbat diploma caesaris Ottonis III, quo idem imperator anno 985 concedit Brunoni episcopo Verdensi (Chronicon Episcoporum Verdenf. T. II. S. R. B. Leibnitii f. 215. Erponi episcopo id factum fuisse perhibet, quod transeat cum ceteris huius Chronici erroribus) ius venandi in pago *Sturmio*, quod Brunoni episcopo nulli admodum emolumento esse potuisset, si extra diocesin Verdensem pagus *Sturmio* exstitisset. Villae in hoc pago erant *Fardun*, *Ekina* et *Ekynon*, atque *Heclio*.

(O) *Heloan* villa in antiquissimo Registro nostro ponitur in pago *Tilitibi*, qui erat in praefectura Gronde, *Ohlen* et *Polle* ad *Wiseram*, vti supra demonstraui §. 105. not. (γ) Neutiquam ergo errabimus, si per *Heloan* designari intelligimus *Helen* ad *Wiseram* inter *Bodenwerder* et *Hamelen* oppida, seu, vti mentem distinctius explicemus, inter *Keminade* monasterium et praefecturam *Gronde*. Nunc ille vicus pertinet ad comites, de *Schulenburg* dictos, olim vero erat sedes quorundam nobilium de *Helen*, ministerialium Corbeiensium, de quibus egimus in Clientela Corbeiensis. *Hildibertum* supra inter progenitores comitum *Euersteinen* retulimus, id quod e situ villae *Heloan* in meditullio comitatus *Euersteinen* reperiunda conclusimus. Quantum vero etiam e nominum similitudine colligimus, iudicamus, fratrem fuisse *Gherberni* et *Theodberni Euerbardum* Saxonem, filium *Meginhardi* comitis, quem anno 881 a Nordmannis captum mater eius *Euesu* postea magno pretio dato in columen recepit, Annalista Saxone teste Tom. I. Eccardi p. 220. Probabile enim est, *Euerbarde* illi nomen esse inditum, ab auo suo petiitum. Cumque *Euerbarde* II pronepos e fratre fuerit *Meinwercus* seu *Meginhardus*: vnum enim idemque nomen est, vti diplomata probant, quae *Meinwercum* episcopum *Paderbornensem* aliquando etiam appellabant *Meginhardum*; eo ipso haec nostra sententia probabilior redditur.

(P) De *Geroldo* eiusque progenitoribus et posteris iam quidem supra §. 163. not. (D) De comitibus pluribus egimus. Intermittere autem non possumus, quin quaedam addamus, vti nostram de eo sententiam probabiliolem reddamus. Cum enim l. c. dixerimus, *Geroldi* IV patrem fuisse *Geroldum* III, pannonicis limitis custodem, ac matrem *Alsburg* e *Brunoniana* domo; post hoc deprehendimus, eius quoque fecisse mentionem auctorem Vitae *Meinwerci* episcopi *Paderbornensis* Tom. I. Leibnit. p. 545. his verbis: *Meinwercus iuxta principale quoque monasterium capellam quandam, capella in honore sanctae Mariae perpetuae virginis a Geroldo, Carolo*



Ab anno  
826 usque  
853 im-  
perante  
Hudo-  
uico et

roli M. imperatoris consanguineo et signifero, contiguam per græcos operarios con-  
struxit, eamque in honore sancti Bartholomæi apostoli dedicauit. Quibus in verbis  
primo ellipsim deprehendimus, ac vocem *constructæ* omisam esse omnino puta-  
mus: deinde quoque in eisdem verbis particulam *et* inter voces Geroldi et Ca-  
roli M. omisam esse censemus, vt itaque totus sensus sic reddendus sit: Mein-  
wercum capellam, capellæ a Geroldi et Caroli M. imperatoris consanguineo et  
signifero constructæ, contiguam per græcos operarios construxisse. Ita autem  
ex his verbis restituta minime probari posse arbitramur, capellam istam ab ipso  
Geroldo esse constructam, perperamque igitur eandem appellari a Nic. Schatenio  
Tom. I. Annal. Paderb. f. 32. seq. Geroldinam ædem. Quemadmodum enim  
alio tempore euidentissime ex diplomatibus quibusdam demonstrari sumus,  
tum episcopatum Paderbornensem non tam antiquum esse, vt Schatenius aliique  
perhibent, tum *Translationem S. Viti*, in Tom. I. Script. Rer. Germ. Meibomii  
f. 763. seqq. reperiendam, ad quam Domini Paderbornenses aliique continuo  
prouocant, scriptum esse supposititium; ita e verbis Vitæ Meinwerci elicimus,  
constructorem capellæ S. Mariæ fuisse et Caroli M. et Geroldi consanguineum.  
Quodsi igitur iam supra demonstrauius, Widekindi Magni posteros in pago  
Pathergo possedisse amplissima prædia, atque ideo ad ipsum Widekindum pagum  
Pathergo spectasse; probabilissime constructor capellæ (Geroldinæ) quidam e  
Widekindi posteris existit. Sic autem in ipsis verbis Vitæ Meinwerci, licet ob-  
scurioribus, argumenta deprehendimus, affirmandæ sententiæ nostræ idonea,  
dicitantes, Geroldum nostrum, leuitam, fuisse filium Alsburge, quæ postea nup-  
sit Walberto nepoti Widekindi M. Si enim Alsburg filia fuit Eberti ducis atque  
Idæ, vtique Alsburg Caroli Magni consanguinea erat cum filio suo Geroldo. At-  
que si Alsburg, mortuo Geroldo III, denuo nupsit Walberto nepoti Widekindi M.  
constructor sæpe dictæ capellæ etiam Caroli Magni consanguineus potuit nomi-  
nari. Ex his autem videmus et intelligimus, quam longe discesserit Schatenius  
l. c. a veritate, quippe qui Geroldum, ab auctore Vitæ Meinwerci nominatum,  
reputauit pro Geroldo, Baioariæ præfecto, qui anno 799 in prælio Hunnico oc-  
cubuerat. Distinguendos enim esse Geroldos, nec inuicem confundendos, iam  
supra docuimus.

De pago  
Suilber-  
gi.


(Q) Pagus Suilbergi olim erat in comitatu Dasselienfi. Quod vt euidentissime demon-  
stremus, primum de hac regione exterminare debemus pagum *Himmeltago* vel  
*Immetago*, quem clar. Grupenius in *Discept. Forens.* p. 543. ad fluum Ilme in præ-  
fecturis, Rotenkirchen intra Principatum Grubenhagicum, et Hundesriedek, in  
episcopatu Hildesienfi, collocat. Quod idem est ac si dixisset pagum Himmeltago  
quondam existisse in comitatu Dasselienfi. Deceptus autem fuit vir doctis-  
simus auctoritate C. F. Paullini, qui, cum in *Commentario de pagis* p. 98. quen-  
dam pagum Himmeltago ex diplomate Arnolfi quodam adduxisset et Nic. Scha-  
tenium in *Annal. Paderb.* P. I. f. 216, qui eundem pagum appellauerat Huuerango,  
seu Huuetago, correxisset, pro Huuerango legit Himmeltago. Quem itaque pagum  
laudatus Grupenius in comitatu Dasselienfi se inuenisse putauit, eum merito proscri-  
bimus. Sed tam Schatenium quam Paulinium viros celeberrimos errasse, eruditi ex  
ipso diplomate ad normam autographi correcto, quod in præstantissima Historia nobi-  
lium dominorum de Munchausen extat, cognoscere possunt. Diploma illud Arnolfi  
ex autographo correctum cum viro Illustrissimo atque omni nostra laude maiore do-  
mino scilicet Gerl. Ad. de Munchhausen, scæ Maiestatis Britannicæ etc. consiliario in-  
timo etc, communicauimus. Nullus error in apographum, prout in Historia illa lau-  
data, exemplo profutura nobilitati Germanicæ atque inprimis Saxonice, in addita-  
mentis num. I. extat, irrepsit, excepto quod tantum in voce *Piringisa* vnica littera p.  
vertenda et legenda est *Diringisa*. Quod vitium, vti quilibet iudicare poterit,  
typhothæ est. Hisce præmissis, quilibet ex hoc vnico exemplo perspicere poterit,  
quam vitiosissime diplomata Corbeiensia tam a Schatenio quam a Paulinio esse exhi-  
bita. Parebit id quoque ex eo, pagum Himmeltago nunquam fuisse in rerum  
natura, neque proin in comitatu Dasselienfi esse collocandum. Idem enim pa-  
gus Himmeltago est pagus Huuetango, de quo supra (§. 3.) satis superque egi-  
mus. Cum vero diploma ipsum loco plane alieno reperitur, ideo huc illud  
transferendum esse omnino duximus, addito monogrammate, quod loco deest  
laudato. En illud:

In



**C**In nomine sc̄ae et indiuiduae trinitatis Arnolfus diuina fauente gratia rex. Notum sit omnibus sc̄ae d̄i ecclesiae fidelibus nostrisq̄, praesentibus scilicet et futuris qualiter bobo ūc̄n. abba n̄ram precatus est celsitudinem quatinus nos quasdam res proprietatis n̄rae quas quidam nobilis uir hohuara nominatus prius in beneficium habuit pro remedio animae n̄rae parentumq̄, n̄r̄orum ad monasterium noua Corbeia nuncupatum cui idem bobo et fratribus ibidem d̄no famulantibus praeesse dinoscitur in proprium concederemus. Cuius petitioni pro aeternae felicitatis amore annuimus libenter. Dedimusq̄, ad idem monasterium quiddam praefatus uir houardus in pago huuetango in comitatibus, *ecperri et reuthard et herimanni* et in locis *diringisa marca schidara adekenbusun et muchobusun* n̄ri beneficii tenuit cum consensu eius in perpetuum proprietatem. cum omnibus reb. illud iuste respicientibus. curtilibus aedificiis terris cultis et inculis agris pratis campis piscuis siluis aquis aquarumq̄, decursibus uis et inuis exitibus ac redditibus quaesitis et inquirendis mobilibus et immobilibus. omnibusq̄, appendiciis et adiacentibus finibus. illuc legaliter pertinentibus. haec uero omnia hoc sunt hoba. XXV. de n̄ro iure in ius et dominacionem praelibati monasterii in honore sc̄i stephani protomartiris Xpi dicati tradidimus atq̄, contulimus et iussimus inde hos praesentes regalitatis n̄rae apices titulari. per quos decernimus atq̄, iubemus ut idem bobo egregius abba suiq̄, successores ab hodierna die ac deinceps potestatem habeant integerrimam easdem res ita ordinare atq̄, disponere prout usui fratrum inibi d̄no militantium necesse esse conspexerit. Et ut hoc firmum et stabile perpetually consistat idem praecceptum propria manu firmauimus anuloq̄, n̄ro sigillari iussimus.

gubernante  
Corbeiam  
Warrino.

signum domni Arnolphi  inuictissimi regis

Aspertus cancellarius ad uicem deotnari archicapellani recognoui et *fff.*

Data XIII. k. septemb. anno incarnat. d̄ni DCCCLXXXVIII. indict. VII. anno II. regni arnolphi piissimi regis. Actum ad curtem quae uocatur portanaha in d̄i nomine feliciter amen.

Sigillum est dextrum, probabiliter uero aequale fuit illi, quod supra exhibuimus.

Remo.



Ab anno  
826 vsq[ue]  
853 im-  
perante  
Hludo-  
uico et

## §. 168.

Tradidit hoger in *breccuitti* in uilla nuncupante *ofidi* (R) mansum unum et familia[m] duas testef[ur] folcrid uual item folcrid bern.

## §. 169.

Remoto ergo pago Himmeltago e comitatu Dasselienfi, eidem Comitatu restituumus pagum Suilbergi. Atque vt hanc nouam sententiam cuique adproberimus, prouocamus ad villas, quae huic pago tribuuntur, quaeque sunt in his traditionibus §. 18. 1) *Theutmaresbus*, Detersen in praefectura Hundesfrück, 2) *Stoekchem*, Stoekheim in praefectura Rotenkirchen, 3) *Ymmanbus* §. 51, Imbsen in Principatu Grubenhagico, 4) *Marchertesbus* §. 75. Merxhufen ad flumen dictum *die Spöling*, 5) *Thiednodesbus* §. 167. Detenissen, villa desolata ante saltum Sollingianum sub castro Lauenberge, vno distans milliari ab vrbe Einbeck, atque vno milliari ab oppido Dassel remota: 6) *Ameluesbus* §. 173. Amelsen in praefectura Hundesfrück, 7) *Ordagerhusen* §. 187, Odassen in comitatu Dasselienfi, 8) *Dassila* §. 203. oppidum Dassel, 9) *Disfeldshusen* §. 235. et 244. Dassenen in praefectura Rotenkirchen, haud procul a villa desolata Bentershusen ad riuum dictum *die Benterbach*, qui influit in fluuium Ilme, 10) *Rucunhusen*, Rengershusen in praefectura Rotenkirchen haud procul a villa Auenshusen, 11) *Odileueshusen*, quae villa vel Oikershusen est ante Sollingianum saltum, haud procul a Giluerdeshufen atque oppido Dassel, vel Oekenfen, villa desolata in eadem silua, 12) *Makkanhusen*, Mackensen in praefectura Hundesfrück haud procul ab oppido Dassel ad riuum nominatum *die Spöling*, 13) *Thiadbertesbusen*, Teckenhusen villa desolata in saltu Sollingano, vel Denkihufen haud procul a Mackensen vico, 14) *Holthusen* §. 292. Holzhausen in praefectura Erichsburg, 15) *Natbiresbus* §. 370. Naensen sub inspectione Grene in Principatu Wolferbuttelensi, 16) *Walcrimbur* §. 354. Wellerfen, cuius ecclesia filia est ecclesiae in Dassenen, 17) *Ewardesbus*, §. 382. postea dicta Iekershusen, iam Oikershusen. Ergo Odileueshusen Oekenfen erit. 18) *Balgeri* §. 393. Bilder villa desolata in Sollingano saltu. 19) *Folcberggebus* (§. 402.) Volbrechtshufen in eadem silua, 20) *Thieddegesbus* §. 407. Thidexen, villa desolata haud procul ab oppido Einbeck, 21) *Aldamborpe*, villa desolata non procul ab eadem vrbe, 22) *Ameluesbus* §. 419. vid. num. 6. 23) *Negenborne* (§. 310.), Negenborn in Principatu Grubenhagico in praefectura Saltru der Hellen haud procul a flumine Leina, 24) *Hemenbur* §. 361. Emisen in praefectura Rotenkirchen haud procul a villa Odassen, 25) *Sullisbus*, villa desolata in comitatu Dasselienfi, et 26) *Hildtwertesun*, quae vel Hilwartshufen est in praefectura Erichsburg, vel Hilvershusen in praefectura Hundesfrück. Hisce rite consideratis, nullum fore speramus, qui dubitauerit, *Suilbergi* pagum fuisse in Principatu Grubenhagico ac comitatu Dasselienfi. Relatum vero eundem pagum olim fuisse ad Saxoniam orientalem, et speciatim ad Angariam in orientali regione, comprobamus ex praestantissimo diplomate hactenus inedito atque in Historia Corbeienfi producendo, cuius clausula haec est: *Actum secundum legem Angariorum in orientali Saxoniam in pago Sulbirgowe.*

De pago  
Hreccwi-  
ti.

- (R) *Pagum Hreccwiti* situm fuisse in ducatu Westfalorum, docet et euincit sequens diploma regis Hludouici, in quo hic abbatissa Hadwi, sorori abbatis Corbeienfis Warini, donat quasdam res proprietatis suae, quas hactenus Folcherius probabiliter ad stemma Widekindum referendus, de quo egimus supra §. 104. not. (††) in beneficio tenuerat, in ducatu Westfalorum in pagis Grainga et *Hreccwiti*, contiguo situ inclitis. En illud:

¶ In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Hludouicus diuina fauente gratia rex. si locis deo dicatis quiddam ex rebus quas diuino munere possidemus largitatis gratia conferimus hoc nobis procul dubio ad



ad aeternam uitam promerendam profuturum liquido credimus. quapropter nouerit omniū fidelium nostrum praesentium scilicet et futurorum industria qualiter nos ob amorem dei et pro absolutione peccatorum antecessorum nostrum augustissimorum imperatorum atque pro remedio animae nostrae quasdam res proprietatis nostrae quas folcheri fidelis noster haecenus in beneficium tenuit in ducatu uuestfalorum coniacentem in pagis grainga et breuuii nec non in comitatibus burchar-di uualberti albrici atque letti eae sunt mansi XIII. cum familiis XX. qui lingua eorum luti dicuntur ad monasterium quod uocatur herifurt quod est constructum in honore sanctae mariae semper uirginis ubi haduui praesentibus temporibus abbatissa et rectoris esse uidetur eum omnibus appendiciis totum et integrum ad praesatum monasterium in proprium perpetualiter tenendum tradimus et de iure nostro in ius et dominationem ipsius monasterii solemniter condonamus. ita uidelicet ut nullus successor noster easdem res inde ulterius subtrahendi licentiam habeat sed ab hodierno die rectoris atque scimoniales ipsius monasterii easdem res recipiant atque deinceps per hoc nostrum praecceptum data licentia christo propitio habeant potestatem utendi pro communi utilitate eorum qualitercumque eis libuerit. et ut haec auctoritas nostrae largitionis atque traditionis per futura tempora firmior habeatur et a cunctis fidelibus nostris melius conseruetur ueriusque credatur subter eam manu propria nostra firmauimus et impressione anuli nostri robarari iussimus.

signum



domni hludouici serenissimi regis

hadbertus subdiaconus ad uicem uuitgarii cancellarii recognoui et *fff.*

data VII. kal. maii anno christo propitio XXVII regni hludouici serenissimi regis in orientali francia regnantis indict. XIII. actum in franconuord palatio regio in dei nomine feliciter amen.

Sigillum est idem,  
quod exhibuimus  
in Tab. I. n. 3.

Quemadmodum autem hoc diploma indicat prouinciam generalem, in quo pagus *Hreewiti* existit: ita haec traditiones quasi digito demonstrant episcopatum Osnabrugensem, et quidem eam regionem, quae comitatus Tecklenburgico contigua est, in qua *Hreewiti* pagus est inueniendus. Primum enim in hoc §. 168. tribuitur pago *Hreewiti* uilla *Ofidi*, in episcopatu Osnabrugensi reperiunda, in qua seculo XII nobilis comitissa Eilica monasterium sanctimonialium in honore S. Dei genetricis et Iohannis baptistae fundauit. Quem locum celebrem fecerunt quidam nobiles domini dicti de Ofide, Ofithi atque Ofde, uti in nostris diplomatibus appellantur, quorum forte sator fuit *Hogerus* noster, qui mansum in uilla *Ofidi* donauit. Deinde in eodem pago *Hreewiti* erat, testante Registro Sarachonis abbatis Corb. uilla *Hikieshus*, quae nobis uidetur esse *Hickingen* in episcopatu Osnabrugensi. Tum huic pago tribuitur §. 285. et §. 416. uilla *Asterehus*, quae uilla *Ostershus* erit, in episcopatu Osnabrugensi sita, comitatus Teck-

N n



Ab anno  
826 vsq[ue]  
853 im-  
perante  
Hludo-  
uico et

§. 169.

Tradidit *ida* (S) omnem hereditatem suam quam habuit in *helmonstede* (T) testef

lenburgico vicina, quibus denique Registrum nostrum quoque addit villam *Lengirichi*, quæ villa Lengerke erit, in comitatu Tecklenburgico sita.

De *Ida*  
ducifsa.

(S) *Ida*, donatricem horum bonorum, fuisse quandam fœminam illustrissimam, ex testibus, qui præsentes erant, cum hæc traderentur, colligere placet. Quatuor illi erant comites, qui minime itineris molestiam susceperant, nisi *Ida* quædam in magno honoris gradu constituta matrona fuisset. Ex his ergo circumstantiis non sine veritatis specie concludimus, *Idam* fuisse matrem abbatis nostri *Warini*, ac coniugem *Ecberti* ducis Saxonie, de qua vid. supra §. 155. not. (s).

De villa  
*Helmon-*  
*stede*.

(T) *Helmonstede* villam caue ne confundas cum vrbe *Helmenstadio* in ducatu *Guelpherbyitano*, in qua academia hodierno die floret. Etiam si enim maxima similitudo sit inter utramque, *Helmenstadium* hoc tempore iam quoque existerit, ut supra §. 20. not. (F) ex vita *S. Hildegrimi* didicimus; nostra tamen villa in Registro nostro reperitur collocata in pago *Itergowæ*, quem in comitatu *Waldeccensi* fuisse nemo negare poterit. Bona in villa *Helmonstede* olim in beneficio seu feudo habebant ab abbacia *Corbeiensi* nobiles de *Tuiste*, in villa *Twiste* ad fluvium *Twiste* in principatu *Waldeccensi* in præfectura *Arolsen* commorantes, ut sequens commonstrat diploma. Non ergo sine probabilitate intelligimus per *Helmonstede* vicum *Helmscheit* in præfectura *Eisenberg*, qui non procul abest a villa, nominata *Twiste*, in principatu *Waldeccensi*. En vero ipsum diploma ex originali:

**C** In nomine sc̄e et indiuidue trinitatis Widekindus dei gr̄a Corbeiensis ecclie abbas cunctis successoribus suis in perpetuum. Cum ex debito commissi nobis regiminis eccliarum semper teneamur incrementis prospicere notum esse uolumus cunctis successoribus nostris quod diem nouellam apud *Godelouessen* in Xpo locassem familiam nos raritatem pdiorum loci illius siderantes duo talenta in eadem uilla ad cameram fratrum *Corbeiensium* pertinentia et ad indumenta abbatis deputata p̄c̄o cenobio ut deo ibi seruientes eo ampliora possint habere subsidia uolumus quod nimirum collatio ut tanto esset firmior p̄positi loci illius II. talenta in *Helmensteden* ab *Heinrico de Tuiste* et herede fratris sui *cononis* qui ab ecclia *Corbeiensi* in beneficio tenuerunt redemit et ipsi ea nobis resignauerunt. que nos in recompensationem pdictorum talent. camerario fratrum assignauimus quod nimirum ne in dubie contentione scrupulū possit relabi presentis pagine tenorem iussimus scribi et testibus in quorum presentia hec acta sunt subter annotatis sigilli nostri impressione ea iussimus communiri. Sunt autem hi. *Conradus* maior p̄positus. *Frihtericus* prior. *Reinherus* camerarius. *Olicus* hospitalarius. *Ropertus* camerarius. *Johannes* capellanus. *Ministeriales Wasmodus marscalcus*. *Erenbertus* camerarius. *Ludolfus* uterq[ue] dapifer. *Helmericus*. *Reinherus* et *Arnoldus* fratres de *Porta*. *Tidericus* Rufus. *Herboldus* de *Rubike*. *Joannes* de *Berinchus*. *Albertus* Wippo. *Heinricus* de *Widingbus*. *Frihtericus* de *Groninga* et alii quam plures.

Acta



Acta sunt hec anno incarnationis M. C. XCV. indictione XIII. anno prelationis nre VI.

gubernante Corbeiam Wario.

Sigillum habes in Tab. III, n. 2.

In hoc diplomate sine dubio per *Godelouessen* designatur *Goddelsheim*, locus principatus Waldeccensis in praefectura Eisenberg haud procul a monasterio Schaken, vti ex aliis constat documentis. Quodsi autem ipse Widekindus abbas attestatur, ecclesiam Corbeiensem praedia ibidem non habuisse multa, magno id esse argumento putamus, in diplomate regis Arnolphi, supra §. 163. inserto, per *Godeleueshem* non fuisse significatum *Goddelsheim*, in principatu Waldeccensi situm. Otto enim illustris ab abbacia Corbeienfi praeter alia bona accipiebat 8430 iugera. Indubie autem abbaciae nostrae agros eiusdem ferme mensurae et indolis reddebat, qua illos acceperat. Hinc *Goddelsheim*, in praefectura Eisenberg locus, non potest esse *Godeleueshem* in pago Nihtherfi. Ad quamnam vero prouinciam villa *Helmonstede* in pago *Itergowie* pertinuerit, nunc porro inquirendum est nobis. Quodsi itaque pagus *Itergowie* in Waldeccensis principatus terris fuit, Waldecciam autem D. Grupenius in *Origin. Pyromont.* p. 150. seq. refert ad Saxoniam, respondere ac contendere debebit ipse, *Helmonstede* villam fuisse Saxoniae nostrae partem. Sed cum dissimulandum non sit, quod obscurari non poterit, et quod fatendum esse duximus, argumenta, quae eam ob causam Ill. Grupenius l. c. protulit, id nondum adprobare, quod erat comprobandum. Quamuis enim primum inficiari non ausim, episcopatum Paderbornensem fuisse erectum in Saxonia, ad religionem christianam conuertenda; ea tamen ratio colligendi et argumentandi non valet, quae ita instituitur: Schaken, Aroldeffen et Flechtorf (non Fluchtorf), in principatu Waldeccensi sita, ad episcopatum Paderbornensem relata fuerunt; ergo ipse pagus *Itergowie* seu principatus Waldeccensis ad Saxoniam est referendus. Haec enim monasteria diu post erectionem episcopatus Paderbornensis sunt fundata, semperque negauerunt illae abbaciae Schaken atque Aroldeffen, se ad diocesin Paderbornensem spectare. Bullatae Papae Leonis III litterae nihil hic adprobare queunt, quia litterae de Heresburgenfi ecclesia indicium faciunt, quae quidem ad Saxoniam, nequaquam vero ad diocesin Paderbornensem pertinuit, vti alio tempore documentis fide dignissimis demonstraturi sumus. Si se deinde Volouinus de Sualenberg natus et renatus et synodaliter subiectum ecclesiae Paderbornensi nominat, id quidem de Sualenbergico, non vero de Waldeccensi comitatu capi intelligique potest. Quamuis porro in regione, circa montem Heresburg sita, vbi Irmenfula quondam exstitit, decima secundum Saxonicas *rafsas* sint numeratae, potest tamen moneri, a particulari ad vniuersalem non progredi, non valere, consecutionis logicae legem. Multo minus diploma, quod Schatenius in Annalibus Paderbornensibus et Paulinius excitant, non vero attulere, nec vnquam viderunt, quia confirmationem bonorum Waldeccensium illud continere et indicare perhibuerunt, id comprobatur nec euincit, Waldeccensem principatum ad Saxoniam esse relatum. Praestantissimum enim diploma hucusque ineditum atque in Historia Corbeienfi afferendum sic inter alia habet: *Aelum Corbeia secundum leges Angerlorum.* Minus solide ratiocinamur, ita colligentes argumentationem: Srenissimus Princeps Waldeccensis bona quaedam, in Waldeccensi agro sita, ab abbacia Corbeienfi in feudum accepit, ergo ipsa Waldeccia fuit intra Saxoniam sita aequae ac Corbeia. Idem enim hoc est ac si diceret: duces Pomeraniae olim ab abbacia Corbeienfi insulam Rugianam in feudum acceperunt, ergo tota Rugatenfis insula ad Saxoniam est referenda. Duces Cliuenses a Duce Burgundiae feuda susceperunt. Quis vero, Cliuam fuisse Burgundiae partem, existimabit? denique ea ratiocinandi forma ad nihilum recidit: Episcopi Paderbornenses habuere in Waldeccia suas curtes

An principatus Waldeccensis ad Angariam sit relatus.



Ab anno 826 usque 853 imperante Hludovico et

testes bardo comes (U) heriman comes (V) theidger comes (W) marcbo-  
do comes (X) et alii XIII.

§. 170.

dominicales, ergo Waldeccia ad Saxoniam spectat. Potuisset enim Paderbornensis ecclesia bona quaedam in Wurtembergico ducatu possidere, eam ob causam tamen ducatus Wurtembergicus ad Saxoniam non relatus esset. Ad quam igitur provinciam, tandem quæris, referendus erit principatus Waldeccensis? Respondemus, non ad Franciam, neque ad Hassiam, sed ad Saxoniam, speciatim vero ad Angariam, in occidentali regione sitam. Quemadmodum enim iam supra demonstrauius, liberos Widekindi Magni, Saxonie ducis, in pago Itergowe amplissima possedisse prædia; extra Saxoniam vero in Francia Widekindum aliquid iuris vel prædiorum possedisse, nemo quantum nosse datur, asseruit: ita deinde in Waldeccia vsu trita fuit lex Saxonica et speciatim Angarica, vti docent vnumquemque nostra diplomata. Accedit, quod marcus Sturmethi, positus circa oppidum Geseke et in Westfalie ducatu, speciatim nunc sic dicto, ultra limites comitatus Waldeccensis probabilissime existit terminus Angarie occidentalis. Poeta Saxo Tom. I. Leibnitii pag. 121. cecinit ita:

*Inter, inquit, predictos (sc. Westfalos et Ostfalos) media regione morantur*

*Angarii, populus Saxonum tertius. Horum*

*Patria, Francorum terris sociatur ab austro*

*Oceanoque eadem coniungitur ab aquilone.*

E quibus verbis colligimus, Waldecciam nostram circa meridianum cardinem fuisse terminum Angarie occidentalis. Sed, inquit, his contrarium est id, quod *Ida*, quam origine Francam fuisse ipse (§. 155.) demonstraui, aliquid hereditatis in pago Itergowe possedit, vti ex hoc §. 169. apparet, quippe ex quo quis adfirmare possit, Waldecciam potius ad Franciam, quam ad Angariam, spectasse. Ac respondere liceat, terminos Francorum et Saxonum ubique circa annum 772 in plano contiguos fuisse, ac Saxonum tellurem vix limite certo adiacuisse Francis, in quibus quippe cædes, rapinæ atque incendia certatim contingere, quæ tandem pacem conturbarunt. Id ex Eginhardo ac Poeta Saxone constat. Inde factum fuisse probabile est, vt bona *Idæ*, in villa *Helmonstede* sita, iure belli in manus peruenerint Caroli Magni, qui eadem tradere potuit fratribus *Idæ* ducissæ. Hi erant, vti supra §. 155. vidimus, Adalardus, Walo, ac Bernharius, quibus mortuis eadem bona iure hereditatis in manus *Idæ* videntur deuoluta. Non sine grauiori causa *Bardonem* atque *Herimannum* comites inter testes fuisse, putamus. Vti enim iam supra, illos e posteris Widekindi Magni existisse, asseruimus: ita hac occasione, quæ mea est coniectura probabilis, de iure suo, quod in bona in *Helmonstede* sita habere poterant, cesserunt.

De Bardone comite.

(U) *Bardo comes*, vti (§. 104.) vidimus, erat frater Walberti ac nepos Widekindi M. in magna auctoritate constitutus, vti hæ traditiones passim demonstrant, comitum Waldeccensium procreator.

De Herimanno comite.

(V) *Herimannus comes* probabiliter quoque ad stemma Widekindium refertur. Fortassis is fuit filius vel Alfrici vel Ohtriti, quorum mentionem inieciimus supra §. 142. Nomen sane Herimanni in familia Widekindia est vsitatissimum, et perquam familiare, vti ex tabula genealogica supra §. 104. inserta apparet.

De Theidgero comite.

(W) *Theidger* nomen germanicum est, denotans *patrem belli*. Nomen *Theite* adhuc in Westfalia est tritissimum, significans *patrem*. A voce *ger* autem non



## §. 170.

Tradidit todo in *redberesbus* (Y) mansum unum cum familia testef osman (Z) uual rodulf maynheri.

guber-  
nante  
Corbe-  
iam Wa-  
rino.

tradidit folchard pro anima fratris sui mansum med. in *bulibem* (a) et in *wuegballidi* (b) testef folcdag ecbert bernger dagrim.

## §. 171.

Tradiderunt uuilli et auen in *dysfeldefbus* (c) quidquid ibi habuerunt testef bennuco alfer rayndag.

tra-

non immerito deducitur nomen *guerra*, *gera*, et *werra*, id est, bellum. In quonam pago ille *Theidger* comitatum suum habuerit, incertum est. Si inter coheredes ducis Ostfalorum Hessi *Theidger* reperiretur, habere eum vellemus pro fratre *Hrodgeri* comitis, e domo Brunoniana procreati. Sed nihil definimus.

(X) De *Marcodone* comite ea vide, quæ ad §. 106. commentati sumus.

De Marc-  
bodone  
comite.

(Y) *Redberesbus* villa, in Registro nostro posita, inuenitur in pago *Guddingo*. De villa De pago *Guddingo*; intra dynastiam *Homburgicam*, seu vt accuratius loqua- Redhe-  
mur, intra tractum *Lauensteinensem* reperiendo, iam egimus supra §. 7. reshus.  
nor (n) Intelligimus ergo designari per villam *Redberesbus* vicum *Redhardes-*  
*sen* seu *Rade*, haud procul a *Bruntkenfen* vico, et *Marienhagen* situm in radi-  
cibus montis *Nied*. Mons hic adpellatur alias *Gigbat*, *Ist* et *Nied*, discernens  
præfecturas *Wichenensem* et *Lauensteinensem* ad Orientem australem.  
Varios habuit ea villa dominos. Modo enim ipsa paruit progenitoribus de  
*Northem* comitum. *Todo* enim, qui in hac villa quædam donauit, nobis  
*Theodhardus* videtur, de quo egimus §. 104. not. (r). Modo paruit villa  
*Dominis* de *Hoinboken* dictis, quorum dynastia sita erat inter *Lauenstein*,  
*Gronau*, *Alfelde*, *Grene*, atque *Homborg*, prouti diplomata nostra approbant.  
Modo ipsa paruit dominis, de *Rottingen* dictis, modo dynastis *Homborgicis*,  
modo *Dominis* de *Steinberg*; modo dominis de *Bock*. Nunc vero serenissi-  
mis Ducibus paret *Brunsuico-Luneburgicis*. Ad hos corymbos faciunt multa  
et egregia documenta litteraria, quibus in *Clientela Corbeiensi* erit locus.

(Z) De *Osmanno* vid. supra §. 20. not. (H)

De Of-  
manni  
nomine.

(a) Hic memoratur dominus quidam, cui *Folchardus* nomen, qui per proba- De villa  
bilitatem est *Folchardus* ille, cuius meminere traditiones supra §. 130, quæ Bulihem.  
illum filium *Deddi* atque *Albe* nominant. Villam enim *Bulibem* ponit  
Registrum nostrum in pago *Lagne*, intra principatum *Göttingensem* collocando,  
vt iam supra §. 33. not. (u) demonstrauius. Per *Bulibem* villam ergo defi-  
gnari intelligimus vicum *Buble* in dynastia *Hardenberg* intra *Göttingensem* prin-  
cipatum, *Northemium* inter prope montem et geminam arcem *Hardenberg*.

(b) *Wegballidi* villa in nostro Registro itidem posita censetur in pago *Lagne*. Sed De villa  
affirmare non audemus, vicum *Wibbeke* per eam designari in dynastia Ade- Wegbal-  
lipfen situm, in principatu *Göttingensi*. Maior enim discrepantia inter *Wibbe-* lidi.  
*cke* et *Wegballidi* intercedere viderur, quam vt hic locus aduocari posset. Nisi  
est ea villa vicus *Wibbeke*, respiciendum est ad vicum quemdam dynastie *Har-*  
*denbergicæ*, quem venditores ahenorum crebri incolunt.

(c) Villa *Dysfeldefbus* erat, testante Registro nostro, in *Suilbergi pago*, de quo con- De villa  
N n 3 fer Dyfel-  
desbus.



Ab anno tradidit uiguit in *bardonbus* (d) quidquid ibi habuit hoc tamen pacto ut  
826 vsque ipsa quam diu uixerit illud possideat testes runheri beuo haold.  
853 im-  
perante  
Hludo-  
uico et

## §. 172.

Tradidit tetta in *uuergesi* (e) ex parte aquilonali et orientali X iur-  
nales testes sunt . . . . .

## §. 173.

Tradidit tietgeruf quidquid habuit in *ameleuesbus* (f) pro anima tiet-  
geri et tuide prope enim mansum habet testes hildulf tiedric godefman et  
alii X.

tradidit marchold pro se et fratre suo asi quidquid in farto hoc est in *ama-  
lesbus* (g) ad illos pertinebat litum scilicet cum familia unum et quidquid  
in

fer supra §. 167. not. (Q) Locus vocatur nunc Dassenfen, conspicuus in prae-  
fectura Rotenkirchen.

(d) *Bardonbus* villa reperiebatur olim eodem in pago *Suilbergi*. Designari intelli-  
gimus per eam vicum *Barshufen* seu Barshufen in Wolferbutteleitfif Principa-  
tus praefectura Grene haud procul a vico Wentzen situm. Locus vnus  
milliaris interuallo distat ab oppido Einbeck, quod oppidorum Principatus  
Grubenhagici principatum tenet.

De villa  
Bardon-  
hus.

(e) *Wergesi* villa in pago existit *Auga*, teste Registro nostro. Indicatur sine vi-  
lo dubio vicus *Wirjesen* ad *Wiseram*, vnum milliare et dimidium a nostra  
Corbeia distans. Habent in *Wirjesen* domicilium equestre nobiles domini de  
*Wreden*. Disiungit *Wirjesen* villam ab *Heristallo Saxonico*, loco, in  
Annalibus Rerum Francorum celebratissimo. Hic enim anno 798. Carolus M.  
cum exercitu hiemauit. Huc ipse Pipinum de Italica et Hludouicum de Hispanica  
expeditione regressos ad se venire iussit. Hic legatos Hunnorum, cum  
magnis muneribus ad se missos, audiuit atque dimisit. Hic *Adelphonfi* regis  
Asturicae et *Galeciae* legatum, ipsi dona adferentem, suscepit. Hic totum  
hyemis tempus ad redigendam in ordinem Saxoniam impendit. Hic natalem  
domini et pascha celebrauit. Hinc collecto exercitu ad locum, qui *Minda* di-  
citur, mouit, et contra desertores fidei, inter *Albim* et *Wiseram* incolentes,  
peragrauit totamque obiuit Saxoniam. Retulerunt ita *Regino*, *Adelmus*, *Poe-  
ta Saxo*, *Eginhartus* in *Vita Caroli Magni* alique.

De villa  
Wergesi.

(f) Villa *Ameluesbus* seu, vti in nostro Registro locus scribitur, *Amaleuesbus*  
erat in pago *Suilbergi* sita. Eum pagum supra §. 167. not. (Q) collo-  
cauimus maxima ex parte in comitatu *Dasseliensi*, atque designari intellexi-  
mus l.c. per hanc villam vicum *Amelsen* in praefectura *Hundefrueck* in epi-  
scopatu *Hildesienfi*, vno milliari distantem ab vrbe *Einbecka*, loco Principa-  
tus *Grubenhagici*. Infra in his traditionibus eadem villa aliquoties recurrit.  
Bona autem in eodem vico *Amelsen* ab abbatibus *Corbeiensibus* in feudum da-  
ta sunt quibusdam ciuibus *Einbeccensibus*, quos patricios vocant, a quibus et  
ea vsque in hodiernum diem feudali iure possidentur.

De villa  
Amel-  
uesbus.

(g) *Amalesbus* villa distinguitur ab *Amaleuesbus*. Quemadmodum enim haec in *Suil-  
bergi*, ita illa in *Tilitibi* pago reperitur, teste Registro nostro sapissime excitato.  
Pagus *Tilitibi* erat ad *Wiseram* in praefecturis *Gronde*, *Ofen*, *Artzen*, *Ottenstein*  
et circa urbem *Hameloa* positus, vti iam supra ostendimus. Intelligimus ergo  
designari per *Amalesbus* vicum *Amelgofen* ad fluuium *Embrinam* (dic *Emmer*)  
inter *Gronde* et *Hemelschenburgum*, vno milliari ab oppido *Hameloa* situm.  
Olim locus spectauit ad dynastiam *Artelsen*, vti olim appellabatur, seu *Artzen*,  
quam

De villa  
Amales-  
bus.



in eodem loco in culta et inculta terra possidere uidebantur testes uolcri d'oberbert uuulfger.

gubernante  
Corbeiam  
Warino.

## §. 174.

Tradidit *beuo comes* (h) hoc quod concambiauuit (i) in *bechina* (k) a fratribus hereditatem uidelicet *heluconis* simulque totum quod habuit in loco qui dicitur *ultra baghon* ea conditione ut ipse ac mater uxorque his rebus in uita sua fruerentur testes *thiadger eyfulf adalold dendi cado uualdo* et alii XII.

## §. 175.

quam comprehendisse praefecturas *Gronde Ofen* atque *Artzen*, docemus in *Clientela Corbeiensi*. *Marcholdum* ergo eiusque fratrem *Asi* ad progenitores dynastarum seu comitum de *Artelsen* spectasse, collegimus inde. Suspiciamus, illum *Marcholdum* haud differre a *Marchodone*, supra (§. 106.) memorato, quem, quantum ex nomine eius ac bonis colligimus, e progenitoribus *Widekindi* ac *Brunonis* ducum descendisse ibi asseruimus. An eruditi sententiae nostrae calculos suos adiecturi sint, ignoramus.

- (h) *Beuo comes* frater fuit abbatis nostri *Warini*, et eam quoque ob causam frater *Cobbonis* comitis ac *Luidolfi*, Saxoniae ducis. Testantur id nostra documenta diplomatica Corbeiensia, in quibus *Bouo*, tertius huius nominis, abbas Corbeiensis, qui ecclesiae Corbeiensi ab anno 942. usque 948. praefuit, *Warini abbatis Corbeiensis nepos ex fratre* nominatur; quae appellatio facit ad explicandum locum insignem, in *Widekindi* nostri Annalibus Lib. III. p. 651. obuium. Qui locus quoniam in nostro MScto aliter sonat, ideo uerba ipsa adscribemus, hunc in modum conformata: *Hic (Bouo abbas Corbeiensis) erat uir sapiens ac clarus, a Deo nobis ostensus, sed non concessus. Huius pater Bouo graecas litteras coram chunrado rege legendo factus est clarus. Et huic (abbati) eiusdem nominis auus erat, ut natu maior, sic omni uirtute ac sapientia potior; sed et ipse nepos erat Warini, qui ex milite factus est monachus et primus omnium apud nouam Corbeiam regulariter electus in patrem.* Quibus ex uerbis nonnihil docemur, 1) abbatis *Bouonis* patrem fuisse *Bouonem*, eundemque uixisse tempore regis *Conradi I.* et nouisse litteras graecas, earundemque litterarum in aula imperiali interpretem egisse: 2) eiusdem abbatis *Bouonis* auum appellatum esse *Beuonem* seu *Bouonem*, quod unum idemque nomen est, ut nemo negare poterit, facileque, si necessum foret, demonstratu esset: 3) *Bouonem* abbatem fuisse nepotem abbatis *Warini*, et quidem non in sensu latiori, sed proprio, ut *Annales Corbeienses* MScti ex archiuo Corbeiensi referunt: 4) *Beuonem* seniores, scilicet auum abbatis *Bouonis*, natu maiorem suos inter fratres fuisse, quod et iam supra §. 86. ex hisce traditionibus collegeramus: 5) *Beuonem* comitem, auum abbatis *Bouonis*, fuisse fratrem *Warini, Cobbonis* ac *Luidolfi*, nec non filium *Ecberti* ducis atque *Idae* sanctissimae; et denique 6) *Bouonem* abbatem consanguineum *Heinrici* aucupis atque *Otonis M.* rectissime appellari, quia illis tertio quartae cognationis gradu coniunctus erat, uti uidere poteris ex noua tabula genealogica stemmatis *Ecbertini*, quam supra §. 104. exhibuimus.


- (i) Verbum hoc, apud scriptores medii aui atque in tabulis publicis uisitatissimum, De uerbo Con-  
significat, *bonorum permutationem instituere, durch Tausch etwas an sich bringen.* bo Con-  
Sequitur autem ex eo, *Beuonem* bona tradita neque a patre *Ecberto* neque ab *Ida* cambis-  
matre accepisse. Quam uisitam usque ad haec tempora uixisse et filio *Warino* re.  
superstitem fuisse, ex hoc §. rectissime colligitur.

- (k) *Bechina* uilla collocatur in pago *Guddingo* a Registri nostri auctore, qui abbas De uillis  
Saracho uideretur fuisse. Pagum *Guddingo* ea in dynastiae *Homburgicae* parte, Bechina  
quae et *Ultra-*  
*haghon.*



Ab anno  
826 vsque  
853 im-  
perante  
Hludo-  
uico et  
guber-  
nante  
Corbe-  
iam Wa-  
rino.

quæ circa oppidum Eltze in episcopatu Hildesienfi reperitur, exstitisse, atque decurrisse vsque ad monasterium Wennigfen positum in præfectura Calenberg, iam supra §. 7. not. (n) docuimus ex villa Amplithi seu Empelde, haud procul a monasterio Wennigfen sita, id colligentes. Iam eadem sententia vterius comprobanda est ex villis *Bebina* atque *Vltragbon*. Quamuis enim situm villæ *Bebina* accurate indicare nequeamus, eandemque inter desolatas Saxonie nostræ villas recensendam esse statuere quis possit; villa tamen *Vltragbon* sine dubio erit vel *Oldenhagen* haud procul ab Hallerspring et Brünjuhufen in Principatu Calenbergico, vel *Oldenhagen*, villa desolata non procul a Wallensen in præfectura Lauenstein, cuius meminit eruditissimus Dom. D. Eb. Baringius in *descriptione Sale* p. 40. Quodsi autem quid tentare liceat, quid autem tentasse nocebit? volumus cum Guddingo pago trans aliquam partem silvæ Deister migrare, atque prorsus statuere, villam *Bebina* esse *Backe*, vicum inter Nettelrede, Dachtelfeld ac montem Sintel. Etiam si enim nobis quis obuiere possit, nosmet pagum Tilithi vsque ad Munderam oppidum, a quo vicus *Backe* haud procul absit, extendisse, pagum Cilide hac regione expellentes; respondemus tamen, villam *Backe* non tam prope Munderam iacere, vi perhibetur, cum nobis probabile videatur, montem Sintel terminum fuisse tam Tilithi quam Guddingo pagi. Illud certum est et in propatulo, ecclesiam Corbeiensis in hac regione quondam amplissima possedisse bona. De hisce copiosius agendum erit in *Clientela Corbeiensi*.



TRA-